EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SVPPLEMENTVM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

VOL. IV

VENIT
ROMAE APVD INSTITVTVM
BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
1881

11

INSVNT

HEMEROLOGII ALLIFANI

FRAGMENTVM TERTIVM.

(Vol. I p. 299; Eph. III p. 85.)

Post repertum fragmentum hemerologii Allifani dies continens Aug. 11—19, quod edidimus huius eph. vol. III p. 85, adiungendum parti dudum notae editae in corporis vol. I p. 299, mox alia particula prodiit dierum Aug. 9—11 itaque continuans id quod nuper edidimus. Vidi ipse et descripsi Capuae in museo publico, ubi hodie duo nuper reperta adservantur, cum id quod pridem eruderatum est prostet Neapoli in museo publico; hoc enim voluerunt sive fatorum iniquitas sive caeca hominum studia, ut eiusdem praeclari monumenti lacerae reliquiae expositae sint in duobus museis publicis ambobus et ambobus Italis. Prodiit in actis societatis Campanae Casertanis a. 1876 p. 68 seq. Haec autem sunt quae in eo leguntur.

Aug. 9	F	SOLI · INDIG · I*n colle quir. fer* QVOD E · *Vicit c. caesar phars*
10	C	
11	C	

Haec particula ut exigua, ita nequaquam inutilis est. Primum sacrificium publicum Soli indigeti oblatum in colle Quirinali cum adhuc dubitatum sit utrum referendum sit ad diem Aug. 8 cum hemerologio Vallensi an ad Aug. 9 cum Amiternino, iam huic calculum adicit tabula Allifana. Maioris momenti est, quod hinc discimus pristinam notam diei Aug. 9, quae adhuc ignorabatur, fuisse F; nam cum tabulae reliquae, in quibus is dies invenitur, Maffeiana Vallensis Amiternina Antiatina notam habeant NP, has ferias ut apparebat proficisci ex victoria Pharsalica a. 706, ita cuius generis dies ante fuisset ignorabamus. Ex duodecim igitur diebus, quorum vol. I p. 366 dixi

antiquam notam desiderari, duos (Mart. 27. Apr. 28) Caeretanum (v. eph. vol. III p. 8), hoc hemerologium tertium sustulit neque iam remanent incerti nisi novem Febr. 5. Mart. 6. Apr. 6. Iul. 4. Aug. 1. 2. Sept. 2. 3. Oct. 12. — Unde consectarium est fastos Allifanos pariter atque Caeretanos ita scriptos esse, ut dierum nota antiqua retineretur, licet condicio diei postea publice mutata esset; nam pugnae Pharsalicae ferias ipsi adscribunt neque omnino, etsi non adscriberent, ad tempus eam pugnam praecedens recte referrentur. Eamque legem vere in iis fastis perpetuo custoditam esse inde confirmatur, quod alter dies eiusdem condicionis in fastis Allifanis servatus, scilicet Aug. 28, propter aram Victoriae dedicatam a. 725 ex comitialibus exemptus et relatus inter feriatos, in iisdem item comitialis est. Nam tertium Aug. 10 non numero feriatum factum anno ut videtur p. Chr. 7 propter aras Cereri et Opi dedicatas; eas enim ferias fasti Allifani cum omittant, ante constitutas ferias eas propositi sint necesse est.

Quae supra exposuimus, maioris momenti fortasse sunt quam videntur esse. Scilicet nuper Iordanus in egregiis de topographia urbis Romae commentariis (I, 409 seq.) id quod antea fere obtinebat et ipse quoque admiserat pontem Aemilium a. 732 vel 733 factum esse, ideo reiecit, quod mentio eius fit in fastis his (Aug. 17); eos enim propter diei Aug. 28 notam et ego (C. vol. I p. 294) dixeram et Iordanus tenebat propositos esse ante a. u. c. 725. At ei argumento nimium olim me tribuisse ut iam ante intellexeram admonitus fastis Caeretanis, ita iam nemo negabit ex iis notis tempus quo incisi sint fasti Allifani colligi non posse neque quicquam de aetate eorum constare, nisi quod propositi sunt ante a. p. Chr. 7, si quidem consules Creticus et Longus vere eo anno fasces tenuerunt.

Th. Mommsen.

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOL. II.

Dresdae in bibliotheca publica (F 128) servatur liber saeculo, ut videtur, XVII fere medio in Italia scriptus satis neglegenter, quem mihi indicavit Francisci Schnorr de Carolsfeld officiosa sollertia. Inscriptus est ita (f. 1): *del viaggio fatto del Illmo e R^{mo} Card. Alessandrino legato apostolico alli serenissimi rè di Francia, Spagna e Portogallo, con le annotationi delle cose più principali delle città, terre e luoghi, descritto da M. Gio. Battista Venturino da Fabriano.* Ioannes Baptista ille Venturinus Fabrianensis quis fuerit declarat epistula fratris Ludovici (Venturini se ipse nuncupat, non Venturino) ad eundem cardinalem data, quae sequitur f. 2. Fuit legum doctor iterque in cohorte legati suscepit, ut serviret, ut ait, cardinali et ut discendi cupiditatem expleret. Latino primum sermone ephemeridas itineris conscribere coepit; sed propter festinationem mox praetulit linguam vernaculam. Ex itinere redux in Sicilia primum, deinde Mediolanii Eporediae Vercellis episcoporum vices egit. Post sex annos Fabrianum in patriam reversus ibi post unius mensis morbum diem obiit, priusquam itineris Hispani descriptionem, quam edendam sibi proposuerat, in iusti libri formam redigere potuit. Quod opus frater ita perfecit, ut ephemeridas autographas describeret, in schedulis solutis perscripta vel praenotata suis locis insereret, imperfecta omitteret, de suo vero nihil adderet. In fine epistulae fratris memoriam seque benivolentiae cardinalis commendat, et ipse ut ille legum doctor. Frater Michael Bonellus, cardinalis Alexandrinus tituli S. M. supra Minervam, Pauli V p. m. nepos ex sorore, quid tractaverit cum regibus Hispaniae Portugalliae Franciae videtur constare historicis ex ipsius relationibus. Iter vero quo modo instituerit cardinalis, quos quoque loco viros viderit, reges reginae principes nuntii papales episcopi aliique homines excellentes quem ad modum eum receperint, quo modo illi vestiti ornatique fuerint, ferias et dies fastos quales celebraverint, quaeque sunt similia, ea omnia curiosa diligentia Venturinus in schedas suas rettulit. Ita ut operae pretium facturus videatur esse, siquis vir doctus temporum illorum curiosus ex libro Venturini quae ad mores hominesque saeculi

decimi sexti accuratius cognoscendos pertinent edet atque illustrabit. Nos autem illa, ut par est, hoc loco missa faciemus; sed cum Venturinus etiam illud non neglexerit, ubicunque itineris opportunitates ferebant, monumenta vetustatis observare titulosque inscriptos tam Romanae quam recentioris aetatis describere, omnia quae ad illos pertinent inde nobis sunt enotanda.

Iter coeptum est die 30. m. Iunii anni 1571 atque per Italiam Galliamque meridionalem terrestre viatores ad Barcinonem primum, ubi Venturinus nihil descripsit, deinde ad Tarraconem duxit. Tarracone titulos aliquot Venturinus vidit, plures ab amicis accepit. Nam addit in fine commentarii eius, qui ad Tarraconem spectat, haec: *Mess. Giovanni Robostieri* (nomen non recte videtur tradi descriptoris culpa; aliunde hominem non novi) *mi donò molt' altre epigr.*; *Mess. Ponso dottore e historico Tarraconense me ne fece leggere un libro intiero e mi disse doverlo presto mandare in stampa* (prodiit liber Pontis de Icart a. 1572, v. vol. II p. 544). Per Dertosam porro Saguntum et Valentiam, deinde per *Uclés* Matritum perveniunt. Sagunti arietem antiquum Venturinus vidit, de quo dixi alibi [1]), et titulum Hebraicis litteris inscriptum vol. II n. 373*; Latinos non multos et aliunde fere notos. Matriti menses aliquot in aula Philippi II regis commorati d. 14 demum m. Novembris Olisiponem ad regem Sebastianum profecti sunt per Talaveram Oropesam Turgalium (ubi Hernandum Pizarro, regni Peruviani victorem, viderunt) Emeritam Norbam Caurium *Badajóz* Eboram. In illis quoque oppidis quaedam Venturinus ex lapidibus enotavit aliunde non nota; certe titulorum eius regionis auctor est omnium, qui adhuc innotuerunt, vetustissimus. Eborae Venturinus Andream Resendium vidit ab eoque accepit librum eius a. 1553 editum, unde titulos sibi exscripsit tam genuinos (ut n. 114 339 et christianum inscr. Hisp. christ. n. 11) quam falsos (12* 18* 19* 21* et christianum falsum 1*), nulla, ut consentaneum est, suspicionis significatione addita. Atque hic prior itineris pars finitur. Ex Olisipone, quam urbem d. 13 m. Decembris reliquerant, redux coactus est aliquanto diutius commorari in oppidulo et castello ducis Bragantiae *Villaviçiosa* dicto, a posteris eius Portugalliae regibus hodie quoque per menses aliquot autumnales venandi causa habitari solito, cum patriarcham Alexandrinum (quod nomen viri illius videtur fuisse),

---

1) Hermae vol. 2 (1867) p. 450 ss. Addo Venturini descriptionem, ut testis oculati (f. 79): '*incontro al castello è . . . una chiesetta già moschea, presso la quale giace un' ariete, tormento bellico antico, alto sei palmi, le corna palmi 7, lungo palmi 52; dopo la testa in mezzo il dorso tiene un ferro grosso come colonna di mezzo palmo, il corpo largo palmi sei, vestito di lame di ferro, int ssute di strettissime corde, e appresso altri legni a rote e grossissime funi da levarlo e urtarlo nelle muraglie*'. Apparet Venturinum coniunctas vidisse relliquias, quarum alteram partem quadraginta fere annis post eum Bibranus, alteram Bayér post saecula duo descripserunt. Praeterea Venturinus f. 80 caput statuae describit, quod alii Hannibalis esse credebant, alii Herculis. Caput, quod credunt Hannibalis esse, Matriti servari in museo regio adnotavi *antike Bildwerke in Madrid* p. 135 n. 259.

unum ex legati comitibus parentela puto cum eo coniunctum et dignitatis celsioris hominem, morbus ibi corripuisset. Iam antea Matrito Olisiponem proficiscentes eo deverterant, antiquitates autem loci neglexerant.

In altera autem hac quinque dierum commoratione locum accurate describit Venturinus f. 187 v.: '*questo duca è Giovanni duca di Braganza, di Barcelos, sotto titolo del figlio Teodosio, e marchese di Villa Vezzosa, e Conte di Ure*', divitias eius magnas vitaeque splendorem praedicat, et inter alia haec addit (f. 238), '*hebbi gratia di veder di nuovo la libreria del duca* (quam eum habuisse dicit ab avo Iacobo, *Giaimes*, et patre Theodosio) *e pigliarne per leggere a diporto un libro in mano di epitaffi antichi fatti racorre dal duca Teodosio, huomo studiosissimo, da diversi lochi di Spagna e di Portogallo, e presi copia de' infrascritti piu principali degni di notitia*'. Incipit inde altera itinerarii pars, quam ab illius loci titulis Venturinus inauguratur. Novimus Theodosium ducem Bragantiae titulos dei Endovellici collegisse (cf. quae dixi vol. II p. 17), sed syllogen inscriptionum extitisse ab eo institutam suspicari tantum licuit. Quae nunc demum prodit ex Itali hominis apographo (f. 238 — 242 v.) satis pleno sine dubio (nam quod dicit titulos se exscripsisse principales solos, id ne videretur omnia impudenter compilasse adscripsit); in Portugalliae enim bibliothecis eius nec vola nec vestigium. Sylloge inter antiquissimas habenda est, quae quidem in ipsa Portugallia institutae sint (vetustior certe quam Resendii, qui titulos Conimbrigenses sine dubio ex illa tantum novit), ideoque digna de qua plene referatur. Titulos Villaviçiosanos vel ex vicinia Villaviçiosam delatos per ducem eundem Theodosium quattuordecim numero (noti sunt omnino viginti duo), a quibus sylloge incipit, ut consentaneum est, excipiunt discrimine nullo Conimbrigenses tres cum loci incerti inedito uno (n. 9), et recentiore uno litteris Hebraicis inscripto hominis Iudaei, quem omitto. Inter titulum vol. II n. 369 et Hebraicum illum interpositus est ineditus loci incerti medius. Sequuntur Olisiponenses duo vel tres potius, quorum unus paene pro inedito habendus, deinde Aquiflaviensis unus omnium notissimus. Interpositus deinde est, fortasse rei alicuius explicandae gratia, titulus Ilurconensis Baeticae unus, quem excipiunt Bracarenses sex (quorum item testis Lusitanus antiquissimus dux Theodosius est), Hispalenses tres, Cordubenses duo, Caperenses falsi duo (n. 80* 83*) noti antiquis omnibus, tum iterum Aquiflavienses sex, inter quos unus ineditus est (n. 21), una cum miliariis duobus Bracarensi et Aquiflaviensi. Adduntur in fine syllogae tituli aliquot aetatis recentis Toletanus Salmanticensis Complutenses; hi in honorem Francisci Ximenez cardinalis compositi.

Venturinus autem cum patriarcha suo per *Badajoz Benavente Galisteo*, prope quod titulos aliquot miliarios viae Romanae *la Calzada* dictae descripsit, deinde per *Salamanca Valladolid Burgos Briviesca Vitoria* oppida Hispana Galliam petit atque Burdigalae cum cardinali denuo convenit. Inde Caroli IX regis aulam in urbe *Blois* una invisunt atque deinde per Lugudunum et Alpes Poeninas in Italiam redeunt; die 24. m. Martii a. 1572 Venturinus Fabriani Lares patrios recolit. In hac ultima itineris parte

titulos tantum aliquot Segusionenses (C. I. L. V n. 7248 7290 7300 7311) descripsit, quos hic omitto. Exemplum Dresdense titulos exhibet scriptos litteris minusculis plerosque, raro maiusculis; perquam neglegenter descriptos omnes. Venturinum maiusculis ubique litteris usum esse probabile est; unde ego quoque quoad fieri potuit posui.

Addidi relationi de Venturini itinere deque libro ducis Theodosii plenae quotquot praeterea ab amicis subministrati vel ex libris ephemeridibusve a me enotati innotuerunt tituli Hispani, ut sextum hoc voluminis II supplementum reliquis (ephem. vol. I p. 44 ss. 182 ss. II p. 233 ss. III p. 31 ss. 190 ss.) omnino aequale fieret.

1—4 (ins. post n. 14). Propе Balsam (*Tavira*), *encontradas no meio d'umas vastas ruinas descobertas pelas aguas do Guadiana.*

1 L · CASSIVS CELER
PODIVM CIRCI
PEDES · C
SVA · IMPENSA
D · D

2 CL · LICINIVS BADIVS
PODIVM CIRCI P · C
SVA · IMPENSA · D · D

3 . . . .
. . CVM ANT'
. . . F · ESTATV'

4 D · M · S
ALBIA · NEREIS
AN · LX
H · S · E S · T · T · L

Augustus Soromenho (defunctus m. Septembri a. 1877) misit descriptas ab amicis.

In titulo n. 2 fortasse legitur C · LICINIVS L · BADIVS (Badius nomen aliunde notum est); in 3 potest cogitari de templo *cum antis*, quod aliquis *statuit*. Oppidum, cuius circus ille fuerit cum podio pedum centum, videtur Balsa esse. Quod Soromenho mihi scripsit, rogasse se eum virum, qui tum publicae institutionis ministerium in Portugallia tenuit, ut locum, ubi tituli illi inventi sint, curaret accurate explorandum, id ut fiat valde optandum est.

5—7 (ins. post n. 14). In loco quodam maritimo dicto *Marim* prope *Olhão* in regno *Algarbe* (inter Balsam et Ossonobam, v. tabulam vol. II geographicam alteram) inter sepulcrorum multorum rudera reperta sunt anno 1876 monumenta inscripta quattuor, quorum unum adhuc latet.

5 *ara ex lapide calcareo*

D M S
MONTANVS
VIXIT
ANN · XXXIII
MENSIB · II
DIEB · VII
S·T·T·L

patera ansata (ad sinistram); *lanx quadrata, in qua nescio quid inpositum est lagenis duabus simile* (ad dextram)

6 *lapis sepulcralis forma cylindri iacentis vel dolii*

D · M · S
HERINIANA *sic*
VIX
ANNIS · LII
MINS · II · D · IIII *sic*
S · T · T · L

7 *lapis formae eiusdem*

D · M · S
AVINTINA *sic*
VIXIT · ANN
XXXV · PA
TROCLVS
MERENTI
POSVIT · H · SIT · E

Estaço da Veiga misit m. Iunio n. 1876.

Ad insignia in titulo n. 1 repraesentata conferantur similia titulorum Conimbrigensium n. 378. 391.

Utrum ad Balsam pertineant tituli hi, ut n. 1—4, an ad alium locum ignoro.

---

8 (ins. post n. 108). Eborae, fragmentum rep. a. 1870 iuxta templum Romanum, quod ibi est, in parietibus eius restaurandis, cum aliis eiusdem generis fragmentis.

VERNACVL
L P

A. F. Barata *miscellanea historico-romantica* (Barcellos 1878 8.) p. 200, qui reliquorum fragmentorum titulos non adscripsit.

Ad n. 114. Eborae, *si vede hora nella casa del Capitano di cavalli D. Diego di Castro* [quem alibi ita designat '*huomo principale di questa città, luogotenente generale del Re nelle cose di guerra*'].

Venturinus f. 197 v. textum ex Resendii libro adscripsit, sed videtur ipse vidisse. Tamen fortasse in lapide fictam esse iam adnotavi.

Ad n. 130 ss. Villaviçiosae. *Di Endovellico, quale dicono che era il dio titulare del loco, oltre li sopra scritti* (qui sunt n. 127 128 129 130 131 132 133 136 137 139 143 148) *sene leggono molt' altri simili, furono portati quivi li marmi di Landroa, villa distante una lega di Villa Vezzosa, dove era venerato, e nel detto portico di S. Agostino vi erano li sopra* [l. *infra*] *scritti* (n. 142 149).

Venturinus f. 238—239 ex libro ducis Theodosii. Exempla in universum non male excepta sunt, sed a descriptore schedarum pessum data pleraque; unde pauca tantum videntur adnotanda.

Ad n. 130 131 136 138 142. Villaviçiosae titulos hos tantum extare adhuc adfirmat Gabriel Pereira in ephemeride Portugallica *a Renascença* a. 1878 fasc. II III (Febr. et Mart.) p. 42. Quem ibidem ad deum Endovellicum refert titulum ex Argotio notum (Levy n. 26) ita, ut ferunt, inscriptum ENDO CASTRORVM, is pertinet ad viam Bracara Asturicam et male lectus est aut interpolatus aut falsus omnino.

Ad n. 137. Villaviçiosae.

Vv. 4—6 compendiis non solutis ita

A · L · V · S

Venturinus f. 238 v. exhibet ex libro ducis Theodosii; fortasse recte.

Ad n. 143. Villaviçiosae.

Venturinus f. 238 ex libro ducis Theodosii bis exhibet, nisi revera duo tituli fuerunt, ita ut priore loco L · SILVANVS legatur pros Q · HELVIVS SILVANVS et VOTVM L · A · P pro VOTVM SAN · A · L · P. Exemplum alterum veram lectionem SAN, a Scaligeri amico solo praeterea servatam, probat; reliqui S · AN habent.

9 (ins. post n. 151). Loco aliquo inter Villaviçiosam et Conimbrigam sito (ponitur pone illius et inter huius oppidi titulos).

CORAE
NIGELLIO
SER . . . .
ACILII
GLABRIONIS
ADIVT · TABVLAR
D · P · AVRI · I I
A · L · V · S

Venturinus f. 239 ex libro ducis Theodosii. Traduntur v. 2. 3 NIFIVO · SER · BB, 5 GIABRIONIS, 7 AVRICI.

Initio latet nomen dei deaeve ignotum, quod potest etiam conplexum esse versum 2 (CORAENIFIVO?); sequitur aut nomen velut, quod exempli gratia posui, *Nigellionis ser(vi)*, aut hominis ingenui *Ser . . .* dicti, qui M'. (BB?) Acilii Glabrionis alicuius, legati fortasse provinciae Lusitaniae, adiutor tabulariorum videtur fuisse. V. 7 *d(onum) p(osuit) auri p(ondo) I*, ut solvit Mommsenus.

Ad n. 159 160. *Aramenha.*

R. de Gusmão *boletim architectonico* 1 (Olisipone 1875 4.) p. 70; male.

Ad n. 185. Olisipone, *no jardim do palacio do Visconde da Asseca, a Santos.*

a in arcu IMP · CÆSARI · VESPASIANO · AVG · PONT · MAX · TRIB · POT · IIII · IMP · X · P · P · CON · IIII · DIC · V · CENSORI · DESIGN · ANN · IIII · IMPERII · EIVS · FELIC · LIB

b in basi

IMP · CAESARI
VESPASIANO · AVG
PONT · MAX · TRIB · POT
IIII · IMP · X · P · P · CON · IIII · DIC
V · CENSORI · DESIGNATO
ANN · IIII · IMP · EIVS
FELICITAS · IVLIA · OLIS
. . . . . O . . .

Soromenho misit a se descriptas. Titulus *a* arcum aediculae fortasse sequitur; *b*, qui adhuc solus innotuit, in cippo extat; eum solum Gasco et Azevedo viderant. Putaverit aliquis *a* exemplar vetustum esse, *b* autem novicium e schedis Gasci in lapide expressum; sed obstat Gasci testimonium hominis fide digni, qui disertis verbis se vidisse affirmat. Tamen

mirum, quod arcus titulum omisit; vix enim credo titulum cippi vetustum in arcum novicium translatum esse. Vitia enim in utroque descriptorum sunt aperta, CON pro COS, DIC pro DES. In fine tituli arcus illud FELIC · LIB potest significare *imperii eius felicis*, *liberti*; in cippo vv. 7. 8 totos omisit Gasco, FELICITAS IV reliquis omissis habet Azevedo. Ectypa utriusque tituli, quae saepe flagitavi, obtinere nunquam potui; fieri enim potest, ut utrumque exemplum non sit vetustum.

Ad n. 186. Apud Olisiponem.

Venturinus f. 240 v. ex libro ducis Theodosii. Exemplum malum est Resendiano simile (quem puto inde sumpsisse); sed numeri Arabici (COS · 4 TRIB · POTEST 5), *Traiani* nomen omissum, *divi* vocabulum iteratum tribuenda sunt descriptori. Post titulum n. 197 sequitur deinde hic vv. non divisis

SABINAE · AVG
IMP · CAES · TRAIANI
HADRIANI · AVG · DIVI
NERVAE · NEP · DIVI
TRAIANI · DAC · PAR · FIL
D · D · FELICITAS · IVL
OLISIPO · PER · M · GAL
RVT · ET · L · IVL · AVITVM

Compendia soluta sunt; post v. 5 fortasse deest COS · III · TRIB · POTEST · V.

Itaque videntur re vera duo fuisse tituli, Hadriani alter, alter Sabinae aequalis; ego Accursium secutus Sabinae nomen interpolatum esse credidi. Perierunt autem ambo. Praeterea cognomen duoviri alterius fortasse Rutilus aut Rutilianus fuit, non Rufus; ut posui.

Ad n. 197. Olisipone.

CAELIAE
VEGETAE
FLAMINICAE
M · GELLIVS
RVTILIANVS
MARITVS

Venturinus f. 240 v. vv. non divisis ex libro ducis Theodosii. Traduntur 1 CELLIAE, 2 VEGETE, 3 LAMINICAE.

Poteris etiam GELLIAE, ut eiusdem etiam gentis atque maritus fuerit flaminica. M. Gellius Rutilianus a M. Gellio Rutil. vel Rut. titulorum n. 186 fortasse non diversus. Exempla prorsus lacera et manca Da Cunhae et Azevedi ita supplentur.

Ad n. 338. Vv. 1 2 ita exhibet

ALBONIVS TA

CILLI PRO F

Victorinus da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (Olisipone 1875 4.) p. 186 a P. Antonio Ferreira Louro.

Unde apparet recte me supplevisse *pro* illud, quod nunc demum in lapide esse discimus. Patris nomen fortasse *Tancilli* fuit, nisi rectius *Targelli* Martin legit.

Post n. 338. In titulo a me edito in hac ephemeride I (1872) p. 44 n. 139 re vera legi TALOTIVS et VMIDIO V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 188 adfirmat.

---

10 (ins. post n. 343). Collippone (*Leiria*), *pedaço de lousa no cunhal d'uma sacristia velha na egreja de S. Francisco.*

D M

DIADVMENO

CARISIAE

AVITAE LIB

V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 2 (1876) p. 149.

---

11 (ins. post n. 346). Collippone, *ainda ha poucos annos se via, e creio se vé ainda, posto que bastantemente mutilada, na capella do Torre, lugar da freguezia de Reguengo, nas cercanias de Leiria.*

. . ANN . . . .

LABERIA L · F · MX . .

FILIAE PIENTI . . . .

V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 171. Cf. titulus Laberiae L. f. Gallae flaminicae vol. II n. 339.

Ad n. 350. Collippone (*Leiria*) ita se legisse

D M

VETIARVI

EANXV

V

VAE E

AE

TT

V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 11 et 2 (1876) p. 149 adfirmat, qui textum a me editum ignorat. Ne sic quidem titulus certa ratione restituitur. Addit Araujo exempla non minus mala titulorum

n. 337 341 342 345 4990*a*; item p. 171 ss. 182 ss. titulos n. 338 346 et falsum n. 35*, ubi queritur a me omissum esse titulum Gruterianum ex solo Levy sibi notum, qui Llerenensis est Hispaniae (C. I. L. II 1028), non Liriensis. Eiusdem fere generis sunt, quae scriptor ille praeterea sibi visus est correxisse.

---

12 (ins. post n. 358). *S. Sebastião do Freixo.*

S · CRESCENTIO
. . CLAVDIA · P · C

V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 186 a P. Antonio Ferreira Louro.

---

13 (ins. post n. 360). *Bico-Sachos, logar próximo de S. Sebastião do Freixo.*

d M
Q · F · MA
*a*N · XXXIII
ATER · FILIAE
MAE
F C

V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 187 a P. Antonio Ferreira Louro.

Adscripsi propter locum, unde nulli adhuc tituli prodierant.

Post n. 364. Titulos a me editos in hac ephemeride II (1875) p. 235 n. 305. 306 V. da Silva Araujo *boletim architectonico* 1 (1875) p. 187 adfirmat recte a Soromenio lectos esse.

Ad n. 368. 374. 378. Conimbrigae.

Augustus Philippus Simoës *boletim architectonico* 1 (1875) p. 105 ss. 117 ss. de situ Conimbrigae agit, sed ignorat quae de eo scripsi in corporis vol. II p. 40 secutus testes veterrimos peregrinatores Italos saeculi XVI; eaque occasione oblata Simoës titulos nonnullos profert Conimbrigenses.

Ad n. 551. Emeritae.

Venturinus f. 240 v. ex libro ducis Theodosii. V. 8. 9 ita PIA TA MEVS ET ANIMA OPTIMA ɞ, PINTA · MEVS et PINTAMENS reliqui. Requiritur formula velut *pia tua mens et anima optima.* Additur adnotatio haec plena iudicii ex eiusdem ducis libro: *'advertat lector non usque adeo vetustis marmoribus credendum, cum nec purus omnino nec congruus sermo ubique sit'.*

14 (ins. post n. 427). *Lamego, na parede da egreja de Almacave.*

IVLIAI · MARCI · F
MARCELLAI
Q · SCAIVIVS
VICIIVS · VXORI

Soromenho misit a se descriptam.

Lego *Iuliae Marci f(iliae) Marcellae Q. Scaevius Vegetus uxori.*

---

15. 16 (ins. post n. 427). *Balsemão, a uma legua de Lamego.*

16 C A T V R
NEPOS · EX
CAMAL · AN
H·S·S·S·V·T·L

17 CELTIVS · M
AELONIVS
HIC SITVS
EST

Soromenho misit a se descriptas.

Legendum fortasse *Catur*[*us et*] *nepos ex Camal*(*o*) *an*[(*ni*) *I*] ... *h*(*ic*) *s*(*iti*) *s*(*unt*); *s*(*it*) *v*(*obis*) *t*(*erra*) *l*(*evis*).

Ad n. 625. Turgalii, *nella faccia del pozzo in una pietra postavi non ha pur gran tempo.*

BOVDENNA CARAI · F
H · S · F

Venturinus f. 165. BOVDINNA reliqui, fortasse rectius; CAM sive CA.... reliquorum et CARAI hoc videntur significare CAMLI, ut olim conieci.

---

17 (ins. post n. 630). Turgalii, *in una pietra posta in terra in un ortaccio.*

L · AVCTAE
FABIVS · NIGER
DE · SVO
F · C

Venturinus f. 164 v.

18 (ins. post n. 634). Turgalii, *in una pietra già trovata nel campo mezza lega sotto la fortezza.*

Q · ORFIVS
ASIATICVS
ANN · VI · ET
XXX
H · S · E
S · T · T · L

Venturinus f. 165 vv. non divisis. V. 1 QVINTVS, 3 AN · SVE · ET, 5. 6 HOC SIBI SEPVLCRVM POSVIT. Orfius nomen vetustum est ex Ciceronis epistulis et ex titulis aliquot Italiae inferioris notum.

---

19 (ins. post n. 638). Turgalii, *dentro della fortezza in una pietra nel muro a prima entrata si leggevano queste sole lettere, essendo le altre corrose del tempo*:

M · L · CATVL

Venturinus f. 164 v. post quem alius nemo videtur observavisse.

Ad n. 1169. Hispali in tabula marmorea in ecclesia maiori, supra quam erant duae naviculae seu scaphae depictae et supra eos collocata statua ipsius imperatoris hominis inquam proceri.

Venturinus f. 241 v. ex libro ducis Theodosii.

Antiquissimum de titulo hoc testimonium, in quo illud etiam curiosum est, vidisse ducis auctorem statuam ipsam basi impositam, quae postea aut periit aut a basi remota latebat (potest esse statua in palatio ducum *de Medinaceli* n. 857 descriptionis meae *antike Bildwerke* p. 322).

Ad n. 1185. Hispali.

Venturinus f. 241 v. ex libro ducis Theodosii.

Ad n. 2062. In oppido *Pinos* a Granata urbe duabis leucis distante.

Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii.

20 (ins. post n. 2209). Cordubae, basis magna inde ab Arabum tempore arcui uni pontis supra Anam inserta, sed anno demum 1877, dum pons instauratur, inde remota et collocata in museo Cordubensi.

IN HONOREM
MEMORIAE
C · ANNII · C · F
LEPIDI
MARCELLI
TRIVMVIRI
KAPITALIS
ORDO
SPLENDIDISSIMAE
COLONIAE
CORDVBENSIVM
STATVAM
EQVESTREM
PONI · DECREVIT
QVINTIA · P · F
GALLA
MATER
HONORE · ACCEPTO
INPENSAM *remisit*

Aurelianus Guerra edidit in ephemeride *la ciencia cristiana* vol. III 1877 p. 464. Raphael Ramirez de Arellano misit a se descriptam.

3 ANNII Guerra. 7 KARITALIS in lapide esse affirmat Ramirez. 19 INPENSAM [REMISIT] Guerra recte, IMPENSAM [FECIT] Ramirez.

C. Annius Lepidus Marcellus iuvenis nobilis mihi aliunde notus non est; fortasse parentela coniunctus erat cum Annio Vero avo M. Antonini imperatoris.

Ad n. 2374. Santo Thyrso, *na parede do claustro do mosteiro.*

L · VALERIVS · SILVANVS
MILES · LEG · VI · VICT
TVRIACO
V · S · L · M

Soromenho misit descriptam ab amicis.

Dederam olim exemplum Cardosi secutus unice notum, quod nunc apparet impudenter esse interpolatum. Etenim pro VICT · TVRIACO, quod in lapide est, ille exhibet *vixit Viriato*, quo fortasse voluit indicare vixisse hominem illum sub Viriato; praeterea v. 4 prorsus omisit. Ego ineptum illud *vixit Viriato* putabam ortum esse ex V · V litteris singularibus inepte solutis; quid subesset suspicari nemo potuit. Turiacus deus aliunde notus non est.

Ad n. 2416 2420 2421 2422 2424. Bracarae a tergo aediculae sedis.

Venturinus f. 241 ex libro ducis Theodosii. Tituli adhuc extant praeter unum atque proponuntur satis emendate.

Ad n. 2468. *Chaves.*

SEPTVMIVS
ARGILICVS
V · S · L · M

Venturinus f. 242 ex libro ducis Theodosii.

Tavora testis saeculi XVII non satis fidus, qui solus praeterea servavit, addit initio IOVI O M et scribit AGRILICVS; utrumque fortasse male. Potest enim dei nomen omnino aut latuisse aut periisse.

---

21 (ins. post n. 2474). *Chaves.*

T V T E L A E
M · AQ · LEDA
PEREGRINORVM
EX · V · P

Venturinus f. 242 vv. non divisis ex libro ducis Theodosii. In M·AQ·LEDA nomen hominis latet servi puto Peregrinorum duorum.

Ad n. 2477. In oppido Aquis Flaviis nunc *Chaves* in columna.

Venturinus f. 242 ex libro ducis Theodosii male.

Ad n. 2478. Aquis Flaviis.

Venturinus f. 240 v. ex libro ducis Theodosii, recte.

Ad n. 2480. *Chaves.*

EMILIANO · FLACCO · DE · HOC · Ɔ · IVRE · VIIIBRIGA
L · ELIVS · FLACCVS · SIGNIFER · LEG · II · CVRAVIT · ISTRVENDVM · VIVO
VOLENTE · ET · PRESENTE · SACRATISSIMO · PATRI

Venturinus f. 242 v. vv. non divisis ex libro ducis Theodosii. Est exemplum Tavorae alterum (f. 85) et ipsum vix sufficiens, unde vera tituli lectio restituatur.

Ad n. 2487. *Chaves.*

LOVCI · MARTVRI · F · CALADVMA
Ɔ · SAQVA · A · L · H ·¦ S · E
FIL · F · C · MAXIMINVS · S · T · T · L

Venturinus f. 242 v. ex libro ducis Theodosii. Exemplum hoc tituli vetustissimum a Tavorae, quod praeterea solum extat, vix differt atque illud probat, Tavoram sua non raro ex vetustioribus desumpsisse. Nomina barbara certo restitui nequeunt.

22 (ins. post n. 2636). Asturicae rep. est a. 1876 tabula lapidea alta m. 0.42, lata 0.29; ectypum gypseum A. Guerra servat Matriti. Aediculam fastigatam repraesentat; inter antas eius media interposita est manus humana aperta cum litteris; supra in fastigio duo praeterea versus scripti sunt.

a *in fastigio* I V C 7 C Y C
C ٦ ٩ Λ Π I C

b *in manu* L Λ ω Λ

P. Fidelis Fita in ephemeride *la Academia* vol. II 1877 p. 366, qui ita interpretatur εἶα Ζεύς | Σέραπις | ἵλεως. Serapidis nomen videtur distingui posse, reliqua incerta sunt, et *b* IAΩ gnosticae fortasse originis.

---

23 (ins. post n. 2661). Legione, rep. circiter saeculo XVII exeunte in moenibus urbis; periit aut latet. Erat ara magna alta palmos 6, lata 2, litteris optimis.

NYMPHIS
T · POMPONIVS
PROCVLVS
VITRASIVS
POLLIO · COS
PONTIF · PRO COS
ASIAE · LEG · AVG · PR
PR · PROVINCIAR
MOESIAE · INF · ET
HISP · CITER
ET · FAVSTINA · EIVS

P. Fidelis Fita in ephemeride *la Academia* II 1877 p. 66 ex foliolo impresso quattuor paginarum (in fol.) — scriptor locus annus omittuntur —, quod servatur Loyolae in archivio publico doctosque Hispanos omnes latuit. In fine fieri potest, ut nihil desit praeter litteras votivas uno versu comprehensas V · S · L · M.

Vitrasius Pollio homo est notus ex titulis urbano C. I. L. VI 1540, ubi de necessitudine eius per uxorem cum domo Augusta Henzenus dixit, Gallico Orelli 3421, Odessitano C. I. L. III 762. Post Moesiam inferiorem eum etiam Hispaniam citeriorem rexisse discimus ex titulo hoc Legionensi, unde suppletur urbanus.

Ad n. 2707 et ephem. III (1875) p. 242. Lapis in museum archaeologicum Matritense translatus est.

M P D M
BOVIICIO BODE
CIVES ORGNOM
EX GENT PEMB
ELOR · UI · PV · MV
LU POSUIT
RADXV

A. Guerra *Cantabria* (Matriti 1878, 60 pp. 8. cum tabula geographica et lapidum aliquot imaginibus) p. 49 (cum imagine phototypica) ita clare extare in lapide affirmat; quod libenter credo. Legit autem Guerra sic: *m(onumentum) p(ositum) d(is) M(anibus). Bovecio Bodecives Orgnom(esco), ex gent(e) Pembelor(um), Vipumulu posuit, era DXV.* Unde tribuit anno p. C. 477. Mihi aerae indicatio videtur perquam incerta esse (potius consulatus intellegendus ut in n. 2714), incertum etiam nomen eius qui posuisse dicitur. Versus primi interpretationem probo, collatis potissimum titulis n. 2710 2713 2714; tanto magis titulum puto non eius aetatis esse quam voluit Guerra, nec christianum omnino, sed saeculi secundi tertiive. *Bodecio Bode(filius), cives Orgnom(escus), ex gente Pembelor(um), vi(vus)* fortasse *[t]umulu posuit.* Nam quanquam P in lapide est (PVMVLV), potest errasse qui sculpsit. Ceterum eius regionis lapides perquam obscuros esse saepius significavi.

Ad n. 2710. *Borines.*


M · PO · DIB
MA · ANTO
PATE · AN
LX · EX GENE
ABLAIDACO
RV · FIL · P · PO

A. Guerra *Cantabria* p. 50, cui ectypum misit Firminus Canella Secades, professor Ovetensis.

Legendum videtur ita: *m(onumentum) po(situm) dib(us) Ma(nibus) Antopate an(norum) LX ex gente Ablaidacorum. Fil(ius) p(atri) po(suit).*

Antopate genetivus comparandus cum *Bode* tituli n. 2707.

24 (ins. post n. 2714). *Corão*, servatur Matriti in museo archaeologico.



p. C. 436


A. Guerra *Cantabria* p. 45 qui ita fere legit recte a fine incipiens:

A + Ω (?) *posuit Severa matri suae Dovidenae annorum LV aera CCCCLXXIV*

Quod in fastigio lapidis positum est ornamentum, fortasse palmae tantum ramus est. A fine legendus est titulus christianus in Britannia repertus inscr. Brit. christ. n. 170.

---

25 (ins. post n. 2714). *Corão, partido de Cangas de Onis.*



A. Guerra *Cantabria* p. 44 ex imag. photogr., quam misit Firminus Canella Secades, professor iuris in universitate Ovetensi.

Guerra ita legit: *Xal(ve), in memor(iam) Tugahoru. cert(avit) e(t) migeravit, b(ene) m(e)rente (hun)c (ho)norem. G(ermanus posuit?).* Nihil definio.

---

26 (ins. post n. 2847). Segontiae (*Siguenza*), rep. saeculo proximo medio, *mas allà del convento de S. Francisco*, ubi apparuit pavimentum tessellatum in parietinis templi alicuius; arula alta m. 0.015, lata 0.08½.

EPONAE
S · SEC
CVNDVS
V · S · M

in latere:



A. Guerra *Cantabria* p. 47. Lege *Eponae s(acrum) Secundus v(otum) s(olvit) m(erito).* Ornamentum lateris videtur ex candelabri imagine ortum esse.

27 (ins. post n. 2916). Cippus terminalis similis repertus est prope *Villasidro*; servatur *Burgos* in museo provinciali.

*t*ER · AVG
*u*ST · DIVIDIT
*p*RAT · LEG · $\overline{IIII}$
et AGRVM SE
*gisa*MON

A. Guerra *Cantabria* p. 19. De Segisamone dixi ephem. II p. 246.

28 (ins. post n. 2986). Turiasone (*Tarazona de Aragon*) rep. a. 1877, *con un antiguo pavimento Romano, debajo del cauce de una azequia.*

D · M · *s*
VAENICO TYCHEN
MARIVS · MYRON
ET · V · TYCHE · FI PIEN
ITEM · SIBI · ET · V
TYCEN · VCSORI
F · C

Eduardus Saavedra misit delineatam ab amicis.

D(is) M(anibus) [s(acrum)], Vaenico Tychen(i) Marius Myron et V(aenico) Tyche fi(lius) pien(tissimae) item sibi et V(aenico) Tycen(i) ucsori f(aciendum) c(uraverunt).

Stemma hoc est:

Marius Myron ◡ *Vaenico Tyche*
|
Vaenico Tyche filia

Nota mulieris nomen barbarum in *o* desinens, ut sunt *Acco* II 937, **Arocio* 5085, *Baxo* 2060, **Boso* 2862, *Magulio* 2825, **Meduttio* 2823, **Moenio* 2865, *Ranto* 2825, *Sirrando* 4406, *Titullo* 2807, eiusdem fere regionis omnes.

Ad n. 3686. Ut ineditam ita

POMPEIA
ASIATICO

F. Fita *revista histórica* 4 (1877) p. 202 profert ex amici alicuius relatione; sed est sine dubio malum exemplum tituli s. s. Pompeiae Asitionis.

Idem l. s. s. p. 196 *la tumba* vocabula tituli n. 3668 aperte Hispana pro Punicis habet.

Ad n. 3695. Tessera hospitalis Bocchoritana extat adhuc Palmae, servata ibi apud Iohannem Sureda.

F. Fita *revista histórica* 4 (1877) p. 200, qui addit quaedam de loco, ubi olim inventa est, dicto *el predat de Boguér*. Ibi Bocchori oppidum vetustum situm fuisse prope Pollentiam, quae postea inclaruit, praeter tesseram demonstrari reliquiis variis ibi repertis, aquila aerea, nummis, patellarum fragmentis et similibus, servatis illis Palmae apud Ioachimum Mariam Bovér olim, nunc apud heredem eius Nicolaum Brondo, Pollentiae apud Michaelem Costa.

Ad n. 3133. *Huclés, nel refectorio del convento.*

HISPANVS AVELLICVS H · S · E
FRONTO · FILIO · SVO · AN · XVI
S · T · T · L

Venturinus f. 88. Vv. divisio arbitraria, lectio omnino vera et a nullo antea tam emendate exhibita; habent plerique ISPANVS AVELICVS aut similia.

Ad n. 3744.

Venturinus f. 83 recte.

Ad n. 3834. Sagunti, *sopra una colonna in terra si leggeva*

CLAVDIO
VICTORI
PONT
TRIB · POS
COS · II

Venturinus f. 79 v. vv. non divisis, quem apparet dextrum tituli latus non satis dispexisse. Cf. ephem. III p. 49.

Ad n. 3837. Sagunti, *in un marmo qui presso* (ad n. 3834).

P · AEMILIO
l'altre lettere erano coperte dalla terra

Venturinus f. 79 v. Apparet igitur iam tum maiorem lapidis partem observari non potuisse nisi terra antea remota.

Ad n. 3859. Sagunti.

Venturinus f. 79 v. fere ut Antiquus.

Ad n. 3912. Sagunti, *sopra la porta del castello nella seconda retirata.*

D M
GEMIN · MIRINES
l'altre lettere sono corrose e non si leggono

Venturinus f. 79 v. Adduntur praeterea ibidem f. 80 v. tituli n. 3842 3850 varietate insigniori nulla.

Ad n. 4062. Dertosae, *fuor della seu.*

Venturinus f. 76 v. exemplum non bonum tituli qui extat.

Ad n. 4107. Tarracone '*nella seu all' altare di S. Iacouo*' (ita fere Antiquus solus apud Stradam).

V. 2 DIVO N TRAIANO

Venturinus f. 75 ex litteris D̄ Ñ male solutis; Traiani nomen iam apud Antiquum ex interpolatione.

Ad n. 4147. Tarracone, '*nell' orto di Mess. Gio Comes*'; loci indicationem accuratam Venturinus solus servavit. Titulus periit.

V. 5 LEG · VII CEM 3 HAST · PR

Venturinus f. 75. Reliqui VII CEM III, VII GEMILI, VII GEM III. Unde vix puto in signo, quod habet Venturini liber, latere centuriae vitem, sed numerum Arabicum a descriptore male positum pro III. Verum enim est, quod posui, GEMIN.

Ad n. 4282. Tarracone, arcus Surae, cuius titulum integrum antiqui descriptores servaverunt soli.

EX TESTAMENTO SERGIVS SVRA CON AC

Venturinus f. 74. Exemplum est ad antiquissima Augustini et Povillonis prope accedens.

---

29 (ins. post n. 4392). Tarracone, *appresso la seu in un canto di strada.*

D · M
SEXTI · PERPENNAE FIRMI
VIXI · QVEM · AD · MODVM · VOLVI
QVARE · MORTVVS SVM · NESCIO

Venturinus f. 75 v. vv. non divisis liber Dresdensis. Cf. n. 4301 4302 tituli L. Perpernae Numisiani seviri et 4393 Perperniae Eunoidis. Putabat fortasse qui fecit versus se dedisse.

30 (ins. post n. 4638). *Balsemão, a uma legua de Lamego.*

CLAVDIO · CAESARE · A
GERM · PONT · MAX · TRIB
POTEST · II · IMP · II · P · P · CO a. 47?
III · CEN . . . . .

Soromenho misit a se descriptam.

Videtur fuisse miliarium viae eius, ad quam pertinent Gai Caesaris duo n. 4369 4640 Conimbrigae reperta. Numeri omnino aut corrupti aut male lecti; censuram enim Claudii ab anno 47 indicari constat, cui conveniunt tribunicia potestas VII, imperatoria adclamatio XII, consulatus IV.

Ad n. 4639 4640. Titulos illos miliarios repertos esse a. 1773 Conimbrigae *juncto do castello nas ruinas da comaça* (?) *de Lisboa*, quod ignorabam, didici ab Augusto Philippo Simoēs *boletim architectonico* 1 (1875) p. 117 ss.

Ad n. 4656 4658 4659 4662. A *Galisteo* per *Alagon* in *la calzada*, *via lastricata da' Romani antichi, e si trovarono in molti lochi molte colonne dalle bande della calzada* (cf. vol. II p. 620) *con queste lettere*

IMP · CAESAR · TRAIANVS
DIVI · NERVAE · NEPOS
HADRIANVS · PONT · MAX
TRIB · POT · V · COS · RESTITVIT

deinde etiam prope *Bagno* (*Baños*) *si trovarono spesso colonne di pietra distanti una dall' altra per spazio d'un miglio.*

Venturinus f. 243 vv. non divisis..

Ad n. 4701. Cordubae in basilica in columna.

Venturinus f. 241 v. ex libro ducis Theodosii.

Ad n. 4712. Cordubae in basilica in altera columna.

Venturinus f. 241 v. ex libro ducis Theodosii.

Ad n. 4756. Bracarae a tergo aediculae sedis.

Venturinus f. 241 v. ex libro ducis Theodosii.

Ad n. 4779. *Chaves.*

IMP · CAES · TRAIANVS
HADRIANVS · AVG
P · M · TRIB · POT · XX
REFECIT · AQVIS · FLAVIS
M · P · II

Venturinus f. 242 v. ex libro ducis Theodosii similiter atque antiquiores reliqui.

Ad n. 4796. Basis ingens (alta m. 3.18, lata 3.38, crassa 1.54) prope *Caldas das Taipas* extans delineata est (non bene) a Caesario Augusto Pinto *boletim architectonico* 1 (Olisipone 1874 4.) p. 28, qui non commemorat editores anteriores.

---

31 (ins. post n. 4963, 10). Talus ex iaspide repertus Emporiis, servatus Gerundae apud Caelestinum Pujol. In lateribus circuli sculpti sunt o unus ad duodecim, praeterea litterae hae

NH, LS, ND, TA, SZ, N · G

Caelestinus Pujol y Camps misit a se descriptum. Explicabunt qui in talis illustrandis versantur.

Ad n. 4976, 95. Tarracone. *Si conserva nel publico archivio un sigillo di Cicerone ovale di agata con lettere*

M · T · S · C ‘*sic*’

Venturinus f. 75 v. Errorem puto descriptoris esse pro M · T · C · S, quod habent reliqui omnes.

Ad n. 4984. Titulum Emporitanum esse indicavit mihi Caelestinus Pujol y Camps Gerundensis; dono enim obtulerat eum Ferdinando VII regi cum aliis reliquiis Emporitanis Iosephus Maranjas, civis oppidi *la Escala,* qui etiam edidit in libello *compendio historico de la antiquissima ciudad de Ampurias* (Barcinone 1803 4.).

---

32 (ins. post n. 4988). In museo Narbonensi, *inscription votive trouvée en Espagne; don de M. de Stadieu père, ancien président de la Commission.*

VENERI
AVG
AQVILIA
MARTIA
MAG · D · P

Tournal *Bulletin monumental* ser. III vol. 9 = 29 (1863) p. 841.

Videtur pertinere ad regiones subpyrenaeas (si revera Hispana est), ubi Venus frequenter culta est. V. 5 lege *mag(istra) d(onum) p(osuit).*

AEM. HÜBNER.

ADDITAMENTA SECVNDA
AD CORPORIS VOLVMEN III

(cf. Eph. II p. 287—482).

AEGYPTVS.

ALEXANDREA (p. 6. 967. Eph. II, 287).

33 tabula ex alabastro alta centim. 44, rep. in Aegypto inferiore, adservata aliquando Cairi apud proxenum regis Batavorum E. D. I. Dütilh, hodie vero Berolini in museo Aegyptiaco.

ΒΑ⊏ΙΛΙ⊏⊏Η⊏ ΚΑΙ ΒΑ⊏Ι
ΛΕΩ⊏ ΠΡΟϹΤΑΞΑΝΤΩΝ
ΑΝΤΙ ΤΗϹ ΠΡΟΑΝΑΚΕΙ
ΜΕΝΗ⊏ ΠΕΡΙ ΤΗ⊏ ΑΝΑΘΕ⊏Ε
Ω⊏ ΤΗ⊏ ΠΡΟ⊏ΕΥΧΗ⊏ ΠΛΑ
ΚΟ⊏ Η ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗ
ΕΠΙΓΡΑΦΗΤΩ
ΒΑ⊏ΙΛΕΥ⊏ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟ⊏ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΗ⊏ ΤΗΝ ΠΡΟ⊏ΕΥΧΗΝ
Α⊏ΥΛΟΝ
REGINA ET
REX · IVSSERT *sic*

Vidimus archetypum, postquam communicavit Lepsius et lapide expressam et photographice depictam. Ed. E. Miller *Revue archéologique* 30 (1875) p. 111.

Litterae ut nequaquam bonae, ita certae sunt nec nimis barbarae; σ modo sic ⊏, modo sic ϲ pingitur. Compendii *iusser(un)t*, quod evidentissimum est

(quanquam Miller male edidit IVSSER·), alterum exemplum non novi nec potest excusari nisi eo quod titulus scriptus est in regione usibus Romanis parum adsueta. — *Βασιλίσσης καὶ βασιλέως προσταξάντων ἀντὶ τῆς προανακειμένης περὶ τῆς ἀναθέσεως τῆς προσευχῆς πλακὸς ἡ ὑπογεγραμμένη ἐπιγραφήτω.*

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Εὐεργέτης τὴν προσευχὴν ἄσυλον.

Regina et rex iusser(un)t. — Quinam sit qui auctoribus regina et rege tabulam scribi iubeat (nam ita ἐπιγραφήτω acripiendum esse recte monuit Bormann), ex titulo non apparet. Euergetes qui dedicationem fecit utrum prior sit (ante Chr. 247—222) an secundus (ante Chr. 146—117), certa ratione determinari non potest, quamquam magis est ut hic intellegatur. Προσευχὴ ἄσυλος non potest esse nisi oratorium Iudaeorum notum ex actis apostolorum (16, 13: τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πύλης παρὰ ποταμόν, οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴν εἶναι) et Iuvenali (3, 296: *in qua te quaero proseucha?* cum schol.: *proseucha locus Iudaeorum ubi orant*), maxime vero ex Philone (cf. in Flacc. 6: εἰκόνας ἐν ταῖς προσευχαῖς ἀνατιθέναι et al.) et ipso Alexandrino. — *Regina et rex* cum propter locum, quo titulus inventus est, nequeant esse reguli nescio qui Aethiopici, aetas autem tituli evidenter sit labentis imperii Romani, sine dubio sunt Zenobia et Vaballathus, quorum illa βασίλισσα appellatur in titulo Palmyreno n. 2611 Waddingtonii, hic in nummis dicitur *v(ir) c(onsularis) r(ex) im(perator) d(ux) R(omanorum)*, ut exposui in Salleti ephemeride numismatica vol. 5 p. 229 seq. Nam ita explicatur et duplex lingua tituli et mater filio praeposita, conveniuntque tempus et locus. Denique titulus inventus item in Aegypto ultra Meroen (vol. III n. 83): *bona fortuna dominae reginae in multos annos feliciter! Venit e urbe mense Apr. die XV vidi(?) Tacitus* videndum est, ne et ipse ad Zenobiam pertineat, sive urbs Roma intellegitur sive Alexandream ita scribenti appellare placuit.

---

34 Alexandreae rep. 20 Iun. 1877 in altero obeliscorum notorum sub nomine acuum Cleopatrae, hodie ablato inde in Britanniam. '*L'obélisque, de 20 mètres et demi à-peu-près de hauteur, se trouvait soutenu par quatre supports qui reposaient sur un bloc de granit de 2 mètres de hauteur sur 2 mètres 87 centimètres de largeur et qui reposait lui-même sur une construction de trois gradins. Des quatres supports qui, à en juger par le seul restant, étaient en métal, trois paraissaient avoir été enlevés, peut-être sous la domination arabe; on les avait remplacés à la hâte par des pierres ordinaires; le quatrième support sous l'angle S. S. O. de l'obélisque, le seul qu'on n'a pas pu ou qu'on n'a pas osé enlever, de peur de voir tomber la masse énorme du monolithe, est d'ancien cuivre. Il représente un crabe couché sur le bloc de granit, et portant sur le dos une broche ou gros clou, qui entre au-dessous de la carne du monolithe; les trois autres supports, déjà enlevés et négligemment remplacés par des pierres ordinaires, devaient être de la même forme et de la même matière; placés aux trois autres coins, ils soutenaient, avec le quatrième, l'obélisque, sans le laisser*

reposer directement sur sa base. Du crabe qui subsiste encore, la pince et tous les pieds gauches manquent; il ne subsiste que la pince droite et un seul pied, celui qui suit immédiatement après. La pince du crabe avec les inscriptions a été enlevée, à ce qu'il paraît, quelques jours après la découverte' NEROUTSOS.

extrinsecus:	*introrsus:*	
L H KAIΣAPOΣ	ANNO VIII	
BAPBAPOΣ ANEΘHKE	AVGVSTI CAESARIS	u. c. 731/2
APXITEKTONOYNTOΣ	BARBARVS PRAEF	
ΠONTIOY	AEGYPTI POSVIT	
	ARCHITECTANTE PONTIO	

Nerutsos ed. primum in ephemeride quadam Alexandrina, quam mecum communicavit Lepsius, deinde in Atheniensi q. d. *Bulletin de corresp. hellénique* 1 (1877) p. 377. 2 (1878) p. 175 seq. Repetivi ex illa *Staatsrecht* 2^2 p. X adn. Idem praefectus nominatur in titulo Graeco Philis reperto anni u. c. 741/2 edito a Weschero *Bullett. dell' Inst.* 1866 p. 51: *αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῷ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ* L *ιη'* *ἐπὶ Ποπλίου Ῥοβρίου Βαρβάρου.* Ex utroque titulo cum iam constet ante diem Aug. 29 a. 732 Barbarum praefectum esse Aegypto et in eodem officio mansisse ad a. certe 741, inde quae de primis praefectis Aegypti ad monumentum Ancyranum p. 74 exposui adiuvantur et confirmantur. Nam quod ibi posui Cornelium Gallum ei praefuisse ad a. fere 727, huic successisse Aelium Gallum per a. 728—730, denique C. Petronium provinciam rexisse per a. 731. 732, ea cum his titulis apte conveniunt, modo sumamus secundam Petronii expeditionem adversus Aethiopes a. 732 ante mensem Augustum eius anni confectam esse, id quod non habet quo impediatur. — Obeliscos hos quis quo anno Alexandreae collocaverit, hac inscriptione edocemur; ibi quo loco steterint, Plinius aperit h. n. 36, 9, 69: *duo (obelisci) sunt Alexandreae ad portum in Caesaris templo, quos excidit Mesphres rex, quadragenum binum cubitorum.* Eius templi meminerunt Strabo 17, 1, 9 p. 794, apud quem dicitur *τὸ Καισάριον*, et explicatius Philo leg. ad Gaium 22, ubi imperium libertati praeferendum esse inde confirmat, quod in omni orbe reliqua templa longe vincantur Caesareis et maxime Alexandreae: *οὐδὲν γὰρ τοιοῦτόν ἐστι τέμενος οἷον τὸ λεγόμενον Σεβάστιον ἐπιβατηρίου Καίσαρος νεὼς ἀντικρὺ τῶν εὐορμοτάτων λιμένων μετέωρος ἵδρυται μέγιστος καὶ ἐπιφανέστατος καὶ οἷος οὐχ ἑτέρωθι* et quae sequuntur. Non recte autem Nerutsus inde collegit templum id Augusto factum esse. Immo cum Caesaris templum appelletur a Plinio et Caesar appulsor patri optime conveniat, divo patri Augustus aedem consecravisse putandus est, quam sibi omnino ne in Aegypto quidem facturus erat. Sane cum patris quodammodo vestigia legens et ipse ad Aegyptum appulisset, Augusti in Aegypto cultores sacra ei quoque in eadem aede fecisse consentaneum est, eo magis quod testibus Arvalium actis Caesarea ad divos omnes pertinent. Itaque facile intellegitur, quam ob causam Caesaris templum Alexandrinis vulgo audierit *τὸ Σεβάστιον*.

In pyramide ad Gize (p. 8. 967).

35 ad n. 21 (cf. vol. III p. 967). L. Friedlaender dixit de hoc titulo cum in programmate Regiomontano a. 1869 tum in libro *Sittengeschichte Roms* 2^3, 257. Quod ibi attulit apographum ex itinerario Felicis Fabri Ulmensis scripto inter a. 1480 et 1483, id vereor ne Felix sumpserit ex similibus antiquioribus; nam miraculi instar foret monachos complures unam eam inscriptionem elegisse, quam ex ipso saxo enotarent, nec lectiones multum differunt (1 PYRAMIDES — 3 MEMORIAM — 4 CENTANNI — PYRAMIS — 5 TYRANNE — 6 INTER). Sed bene monuit vir doctus apud Friedlaenderum v. 3 expressum esse ad Horatianum carm. 3, 11, 50: *nostri memorem sepulcro sculpe querellam,* deinde Friedlaenderus ipse non sollicitandum fuisse v. 6 *censoris* vocabulum, quoniam Terentius Gentianus, ad quem in Add. l. c. titulum revocavi, in titulo suo item appellatur *cens. provinc. Maced.* Friedlaender v. 4 seq. sic constituit: *scit nomen Decimi Gentiani pyramis alta pontificis comitisque tuis, Traiane, triumphis, lustra sex intra censoris consulis, esse.* Mihi magis placet retinere quod traditum est *sit nomen . . . pyramide alta*; in *esse* fortasse latet *ecce.*

HIERACONPOLIS (p. 8).

36 ad n. 22. Eundem titulum nuper descripsit A. C. Harris († 1869), ex cuius schedis ab Eisenlohrio sibi traditis enotavit mihi Zangemeister. Locus sic indicatur: *Convent of Maria Boklé behind Benimhamed between Manfalut and Siout East bank.* Differt exemplum a meo in his: 2 CAESAR · GAIVS (ut reposui) — 3 $\overline{\text{III}}$ P P (ut reposui) — 8 PROVIDENTIA S · VAE MAIESTIS (*sic*) EXSTRVCTA DEDECMVERVNT.

SYRIA.

ANTIOCHIA AD ORONTEM (p. 973).

37 ad n. 6046. 6047. Adolfus Michaelis iisdem schedis denuo inspectis monuit titulos exceptos esse Aleppi prope portam oppidi qua itur Antiochiam.

Instrumentum (ins. p. 40).

38 lucerna rep. Beryti [Loveni prope Menaggio in museo Alphonsi Garavaglio].

FAVS

Henricus Molteni misit.

CILICIA.

Kazanly (p. 43. 974).

39 ad n. 223. Edidit primus L. Mayer *views in the Ottoman Empire chiefly in Caramania ... from the original drawings in the possession of R. Ainslie* (Londini 1803. fol.), ex cuius libri versione Germanica tab. 2 enotavit mihi A. Michaelis. Lectio non differt a Beaufortiana, nisi quod datur HADRIANI.

GERMANICOPOLIS (Ermenek) Ciliciae (ins. post n. V p. 44).

40 Ermenek, ubi Germanicopolis fuit.

IVSSV DD NN CONSTANTII TRIVMFATORIS
AVGVSTI ET IVLIANI NOb CAESARIS p. C. 359/361
CASTELLVM DIV ANTE A LATRONIBVS
POSSESSVM ET PROVINCIIS PERNICIOSVM
BASSIDIVS LAVRICIVS V C COM ET
PRAESES OCCVPAVIT ADqVE AD PERPE
TVAM qVIETIS FIRMITATEM MILITVM
PRAESIDIO MVNITVM ANTIOCHIAM
NVNCVPAVIT

Nerutsos *Bulletin de corr. hellénique* 2 (1878) p. 16, cui dedit E. I. Davis parochus Alexandreae.

6 ADIVE, 7 IVIETIS traduntur; decepit eum qui descripsit litterae Q forma huic aevo propria. — Recte editor cum inscriptione composuit quae scribit Ammianus (19, 13) ad a. 359: *his temporibus Isauri diu quieti post ... temptatum .. Seleuciae civitatis obsidium* (cf. gesta a. 353 l. 14, 2) *paulatim reviviscentes .... per furta et latrocinia finitimos adflictabant .... ad quos*

vi vel ratione sedandos Lauricius adiecta comitis dignitate missus est rector, homo civilis prudentiae qui minis potius quam acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo diu provinciam obtinente nihil accideret quod animadversione dignum aestimaretur, ubi Valesius adnotavit ex Socratis hist. eccl. 2, 39 (cf. Sozomen. 4, 22) Lauricium comitem Isauriae (*ὁ τῶν κατὰ τὴν Ἰσαυρίαν στρατιωτῶν ἡγούμενος*) iussu imperatoris Constantii interfuisse concilio Seleuciae in Isauria habito a. 359. Quod eo tempore fieri coepit, ut Isauriae provinciae civili rectore sublato comes rei militaris simul praeses esset, id mansit etiam eo tempore, quo Notitia dignitatum scripta est. — Ceterum si qui sunt grammatici qui a lapidibus discere non dedignantur, hinc confirmatum habebunt perniciem per *n* et *c* scribendum esse.

LYCIA.

Instrumentum (ins. p. 45).

41 sigillum aereum Adaliae *bei dem Bankdirector W. Wilkin.*

P · QVNTI
COC†A†

G. Hirschfeld descripsit.
P. Qu[i]nti Cogitati.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

SINOPE (p. 46. 975).

42 ad n. 238. Redeunt in scheda missa a Koehlero a. 1877 fragmenta II. III (GERMANICO · CARMATICO · P · M · TRIB · VOT · XXX · IMP · VIII · C . . . P) et IV (ARMATICI · F · DIVI · PII · NEP · DIVI · HADRIANI · PRONE/ · D) non optime descripta, accedit hoc eiusdem ut videtur tituli: ARMATICO · PONTIF · MAX · TRIB · POT · VI (malim VII) · IMP · V · COS III PII (immo P · P ·). Spectare videtur ad Commodum, cuius honores in eodem titulo perscripti fuerint necesse est; sed quae traduntur non quadrant in annum quem patris titulus prae se fert 176, sed anni sunt potius 181 vel 182.

---

43 ad n. 239. Exemplum quod misit Koehler non differt.

44 Sinope in aedicula quadam, unde iam lapis dicitur ablatus esse.

E X E M P L V M
I M P E R A T O R C A E S A *r* G A L E R I *us ualerius maximianus*
I N V I C T V S A V G V S T V S P O N T I F *max.*
QVINT · PERSIC · MAX · TERT · BRETT ·
MED · MAX · ADIAB · MAX · TRIB · POT ·
PATER · PATRIAE · PROCONS
/ /
et imp. caes AR · FLAVIVS · VA*l*ERIVS · C O N S
c OGNITVM · EST ITA SEMPER CVNCTA PROVISIO
G·· ADQVE ETIAM NOSTRIS ORDINATIONIBVS ESSE D
M HOSTIVM IN OMNIBVS PROVINCIIS NOSTRIS MANI
\SRIPA FVERAT V*e*RVM AD HOSTIVM QVIDEM INCVRSIO
BA HOSTI*li*T*e*R ADPETITO CCONIIIDENTIBVS
ENQVIT AT II QVI
IILIVS DIMI
NTVM PIS

Koehler misit acceptam a Constantino Lanara. Ectypum ut acciperem frustra laboravi.

Hiatus non indicantur nisi v. 8 in., 10 in., 11 in.; praeterea punctis separantur versus 6 et 7. — 2 CAESARI, 8 VA · ERIVS, 12 FVERAT vel EVERAT, VPRVM, INCYRSIO, 13 BA vel BA, HOSTIIITPR, 14 EN vel FN traduntur.

Edictum hoc quorum imperatorum sit, determinari non potest, quoniam utimur exemplari parum accurato. Qui primus nuncupatur, aut Galerius Maximianus est aut Maximinus, quorum uterque in his partibus imperium obtinuit. Illud si verum est, iungendi fuerunt ad a. 306 Constantius Augustus et Severus et Maximinus Caesares; deinde Severus Augustus et Maximinus Constantinusque Caesares; mox Severo interfecto Licinius Augustus et Caesares iidem; denique ab a. inde 308 ad mortem usque Galerii 311 Augusti tres Licinius Maximinus Constantinus. In edicto a. 311 relato apud Eusebium hist. eccl. 8, 17 Galerii nomen sic effertur: *αὐτοκράτωρ* Καῖσαρ Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξιμῖνος [scr. Μαξιμιανὸς] *ἀνίκητος* Σεβαστὸς *ἀρχιερεὺς μέγιστος*, Γερμανικὸς *μέγιστος*, Αἰγυπτιακὸς *μέγιστος*, Θηβαικὸς *μέγιστος*, Σαρματικὸς *μέγιστος πεντάκις*, Περσῶν *μέγιστος δίς*, Καρπῶν *μέγιστος ἑξάκις*, Ἀρμενίων *μέγιστος*, Μήδων *μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστόν, αὐτοκράτωρ τὸ ἐννεακαιδέκατον, ὕπατος τὸ ὄγδοον, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος*, post quae omisso Maximino nescio qua de causa sequuntur nomina Constantini et Licinii similibus honoribus, sed nullis additis agnominibus a victoriis tractis. Contra si intellegitur Maximinus, iungenda fuerunt duo nomina Augustorum Constantini et Licinii (cf. III, 5565). Plena autem Maximini nomina alibi non leguntur, nisi quod apud Eusebium 9, 10 est *αὐτοκράτωρ* Καῖσαρ Γάιος [immo Γαλέριος] Οὐαλέριος Μαξιμῖνος Γερμανικὸς Σαρματικὸς *εὐσεβὴς εὐτυχὴς ἀνίκητος* Σεβαστός.

Mihi prior sententia magis probatur crediderimque edictum esse quattuor Augustorum Galerii Licinii Maximini Constantini, quamquam sic quoque sunt quae offendunt. Licinius quamquam in Occidente Constantino postponitur, in Oriente prius legi debuit, cum Galerius Licinium Augustum crearit a. 307, Constantinum exercitus quidem Augustum dixerit a. 306, Galerius autem eum agnorit a. demum 308. Maximinus quamquam postea obtinuit ut ante Constantinum et Licinium collocaretur (vide III, 5565), Galerio vivo post Licinium ante Constantinum locum habuerit necesse est.

---

45 Sinope.

C · NVMISIO S*p. f*
QVI · PRIMO · NA
VARCHO · SACERD
IMP · CAESARIS · AVG
AED · IIVIR · ITER · IIVIR
QVINQ · NVMISIA
PAVLLA · FILIA · EIVS

Koehler misit.
1 CNVMISIOS, 3 SACERI, 5 AEΔ traduntur.

OLBASA (Beylerly) Pisidiae (ins. post c. XIV p. 56).

Ὄλβασα apud Ptolemaeum 5, 5, 8 recensetur inter oppida Pisidiae, apud Hieroclem p. 680 collocatur in provincia Pamphylia; ad eandem respicit Stephanus s. v. Ὄλβια: τετάρτη Παμφυλίας, ὡς Φίλων, ubi quae adduntur, etiam magis perturbata sunt. Extant nummi eius inscripti *col*(*onia*) *Iul*(*ia*) *Aug*(*usta*) *Olbase*(*norum*) (Duchesne loco mox citando). Ubi fuerit, demonstravit Duchesne (*Bulletin de correspondance hellénique* 1 a. 1877 p. 332), qui titulos qui sequuntur et repperit et edidit, scilicet in confiniis Pisidiae versus Cibyraticam in parietinis sub vico dicto hodie Beylerly.

46 in basi rotunda Beylerly in vico medio.

AVREL · NICO DV*ouiral*
*sta*TVAM · DEI · MAR*onis*
*dul*CISSIMAE · PATR*iae*
de suo
AYPHAIOC NIKΩN ΔYAΔ*ρι*
*κ*OC THC KOΛ · TON ANΔPI
*αν*TA TON MAPΩNOC TH ΓΛY
*κυ*TATHI ΠATPIΔI EK TΩN
IΔIΩN

Duchesne l. c. p. 335, cuius sunt supplementa. Maro deus Bacchi filius notus est.

47 in basi rotunda Beylerly in vico medio.

*ti. cla*VDIO CAESARI
aug. GERMANICO
*pont*IF · MAX · TRIBVNIC
POT · ITERVM · PATR · PATR p. C. 42/3
COLONIA · OLBASENA

Duchesne l. c. p. 334.
2 in. hiatus non indicatur.

---

48 *borne cylindrique brisée* (diam. 0.75, alt. 0.60) *au milieu du village de Beylerly, peut-être colonne miliaire* DVCH. Columna miliaria mihi non videtur fuisse.

M?
COLONIA IVLIA
OLBASENA
CVRANTIBVS · LEC
. . . NIO BASILA . . .
. . . DIO RVFO I*iu*IRO

Duchesne l. c. p. 334.
1 incertae lectionis teste Duch. — 4 'aut LE aut IN' Duch.

---

49 cippus rotundus Beylerly in vico medio.

TITO
ARI · COP
EARE · DIT
R · P SAEO
CORNELIO
TITO · QVINTIO

Duchesne l. c. p. 334.
Litterae fere evanuerunt.

PONTVS ET BITHYNIA.

NICOMEDIA (p. 59. 976. Eph. II, 293).

50 ad n. 6059 et Eph. II p. 293. Descripsit nuper P. Schroeder Constantinopolitanus, quod apographum misit G. Hirschfeld. 2 est ACTVARIO, ut correxi; 5 CVM QVO CONVIXIT ANNOS SEX uno versu.

ASIA.

DOCIMEVM Phrygiae (p. 71).

51 ad n. 356 *b*. Descriptam a Choisy nuper edidit G. Perrot *revue archéologique* 31 (1876) p. 203 sic:

IMP ANTONINO N̄ III̅ ET
IMP VESP N̄ III̅ COS OFF
CAES CLAVDIANI LOCO
DT

1 N̄ videtur esse *n(ostro)*. — 2 fuit IMP · VERO · N̄ · II̅ · COS.

CYZICVS Mysiae (p. 72. 977).

52 Cyzici repertum senatusconsultum factum imperanto Pio de collegio νέων ad ectypum edidimus et explicuimus in huius eph. vol. 3 p. 156 seq., neque hoc loco id repetemus.

---

53 Cyzici nuper rep.

DIVO · AVG · CAESARI · TI · AV*g. diui aug. f*
IMP · TI · CLAVDIO · DRVSI · F · *caesari aug. ger*
MANICO · PONT · MAX · *tr. p. xi cos. u imp. xxi*
P · P · VIND · LIB · DEVI*ctori regum xi*
BRITANNIAE · AR*cum posuerunt*
C · R · QVI · CYZICI · *consistunt*
ET · CYZI*ceni*
CVRATORE . . . .

Edidit titulum nuper Georgius Perrot *Revue archéologique* 31 (1876) p. 100, cuius supplementa emendavi vol. VI p. 841 in add. ad titulum urbanum similem n. 920. Perrotus v. 1 cum posuerit TI · AV*g. caesari et*, cum copula offendit tum praenomen imperatoris Claudio additum, quem errorem ne Cyzici quidem commissum esse puto; quamquam sane provinciam sapit eamque Graece loquentem, quod divo Augusto Caesaris nomen additur. — 4. 5 probabiliter Perrot proposuit *devictis XI regibus Britanniae* secutus meam urbani tituli restitutionem; nisi quod concinnius vindici libertatis addemus devictorem regum. — 5 AR*am* Perrot; sed tribus statuis imperatorum arcus magis aptus est.

PERGAMVS Mysiae (p. 76. 978).

54 in columna pulchra diam. m. 0.74, alta, quatenus ex terra extat, m. 0.46, litteris altis c. 5. Pergami ante balneum q. d. Kiuplu.

intra coronam:

SACRVM

CIVITAS PERGAMENA
honoris CAVSA
. . . .

Μουσεῖον καὶ βιβλ.. τῆς Εὐαγγ. σχολῆς Smyrnae fasc. 2 (1876) p. 43.

CYME Aeolidis (ins. p. 76 post c. XXII).

55 in agro Pascha Tschiflik rep. ubi Cyme fuit; est Myrinae inter lapides alios fabricandi causa advectos.

TI · CAESA*r*
*di*VI · AVG · F · D*iui iuli n.*
*augu*STVS · PONT*ifex maximus*
trib. pot. XXXVI · IN XXX

Misit Papadopulos Kerameus Smyrnaeus.
4 IN XXX quid significet, nescio; exspectes IMP · VIII · COS · V.

PHILADELPHIA Lydiae (p. 77).

56 Philadelphiae ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ κ. Χατζῆ Ἐμμανουὴλ Χιζανόγλου.

V · M · FVFIVS · M · F · COL · PAVLLVS
ET
V · TITIA · TATARIVM
ET
FVFIA · M · F · MVRTVM · SORORISSVA

A. Papadopulos Kerameus misit mihi, postquam edidit in eph. Μουσεῖον καὶ Βιβλιοθήκη τῆς Εὐαγγελικῆς σχολῆς Smyrnae fasc. 1 (1875) p. 123.

In altero latere inscriptus est titulus aetatis opinor posterioris: Γαίου Διγε[λ]λίου ὀστ|οθήκη μνήματι ἰδίῳ. — Ad titulos hominum ex Asia Syriave oriundorum relatorum in tribum Collinam, quos composuimus Grotefendius

imp. Rom. trib. discr. p. 150 et ego C. III p. 1167, accedunt tres, qui pertinent ad Adana (Renier 798 = C. VIII, 3159), Antiochiam (Eph. II p. 459), Iconium (titulus Brigetionensis infra editus). Urbanae autem tribus cum territoria extra urbem nullo tempore comprehenderint exceptis scilicet duobus portubus urbis Ostiis et Puteolis adscriptis Palatinae, non sine idonea causa tribus haec omnium infima in partibus illis regnat. Equidem crediderim per aliquod tempus homines ex Oriente oriundos viritim civitate donatos ad exemplum spuriorum in Collinam tribum relatos esse, nisi aucto privilegio extra ordinem ad rusticam admitterentur. Id vero ubi factum est, plerumque reperiuntur ad Quirinam admissi esse, fortasse ex causa simili; nam quamquam in ordine tribuum propter causam nobis ignotam Arniensis extrema fuit (Cicero de l. agr. 2, 29), novissima omnium Quirina instituta est, ut haec in rusticis quodammodo eundem locum teneat quem in urbanis Collina. Omnino in quaestione hac tribuaria non satis viri docti respexerunt civitatem Romanam modo communicatam esse cum rebus publicis quae fuerunt, modo viritim donatam, quod si fiebat, cum tribus nihilo minus danda esset, haec hominis erat, non oppidi. Itaque antequam ex titulo qui et originem et tribum habeat colligamus rem publicam eam ei tribui adscriptam esse, primum quaerendum est, utrum ipsa res publica in universum civitate Romana donata sit an singillatim tantum homines quidam inde oriundi. — Cognomina muliebria tam Tatarium quam Murtum vocabularia habent. — 3 NↃ·TITIA·Ↄ TATARIVM traditur: ·Ↄ signa erunt interpunctionis. — 5 fin. utrum qui scripsit titulum errarit an qui descripsit, non definio.

57 Philadelphiae in aedibus Pantimoglu in angulo.

|IR · MAN OS · H|

Papadopulos misit.

Os(sa) h[*ic sita sunt*] opinor.

SMYRNA Lydiae (p. 78. 978).

58 ad n. 416. Repperit O. Hirschfeld in epistula a barone Tott data a. 1778 ad Seguierium (cod. Nemaus. 13816). — 3 //LOSTORGVS, 5 COLONEM Seg., apud quem Graeca desunt.

59 arca Smyrnae in aedibus Leventoglu prope ecclesiam Sancti Pastoris.

CORNELIA PRI . . . . .
L·LICINIO VIVA FECIT
ET SVEIS

A. Papadopulos Kerameus misit.

Notabilis est orthographia archaica in sarcophago.

60 litteris optimis. Smyrnae.

L · TITINIO · L · F · F · //// FAL ·

G. Perrot *revue archéol.* 33 (1877) p. 57.

Fortasse nihil desideratur et explicandum est alterum F inde, quod altera statua patri cognomini simul posita est, ut Pompeiis tituli vol. X n. 858. 859 dedicati sunt *C. Cuspio C. f. Pansae* et *C. Cuspio C. f. f. Pansae.*

EPHESVS Lydiae (p. 81. 978. 1064).

61 n. 432 descripsit R. Schoene et enotavit apices 1 ACCENSÓ, 2 RÉNSI.

---

62 ad n. 6066. Recognovi ad ectypum. Corrige 1 VENDVN . . ., deinde (ut prima littera sit super S v. 2 ex CONSTITVTIONE) TORCO — 2 fin. CONTIN — 4 SVPERVAQVA, ut legit Kekulé — 5 fin. EXLO potius quam EXIO (non EXIC) — 9 IADINI, fere ut enotavit Kekulé.

---

63 ad n. 6068. Descripsi ad ectypum sic:

S · TI · CLAV*di*
c IVITATIS · EPH
RAVIT · 7 V · K
MITTVNTVR · EÁ · FIDÉ · FEC
ae QVALIS ET · PERPETVA · I
ind VLGENTISSIM
b ENIFIC

Pertinet opinor ad servum quendam Claudii imperatoris. 3 fin. dies videtur scriptus fuisse.

---

64 ad n. 6078. Recognovi ad ectypum.

---

65 ad n. 6088*a*. Recognovi ad ectypum.

---

66 ad n. 6574. Recognovi ad ectypum; recte edita est.

---

67 ad n. 6575. Recognovi ad ectypum. Emenda principium sic:

T · CL · T · F · PAPIRIA
x ENOPHONTI
pro C · AVG · AD · BONA CO
ge NDA IN AFRICA · PROC
pr OVINC · ASIAE · SVBPRAEF

68 Ephesi rep. ad aedem Dianae.

PR
PRC
PAVLVS · AVG
VERNA · ARKA*r*
PRAEPOSITO
IVSTISSIMO

Recognovi ad ectypum. Wood *discoveries at Ephesus including the site and remains of the great temple of Diana* (Londini 1877), *inscr. from the site of the temple of Diana* n. 10.

---

69 Ephesi rep. prope templum Dianae.

TI · IVLIVM · C *f*
CORN · ALE *xan*
DRVM · C
TRIB · *Mil. leg. iii cy*
RENAIC *ae praefe*
CTVM · EQ *alae ....*
AVG · PRO *c. imp. ner*
VAE · TR *aiani caesa*
RIS · AVG
PROVIN *ciae cre*
TAE · ITEM *prouinciae*
ASIA *e*
M · VLPIVS *aug. lib*
REPENTI *nus qui dis*
PENSAVI *t in prouin*
CIA · ASIA *annis trigin?*
TA
H

Descripsi ad ectypum. Ed. Wood l. c. *inscr. from the site of the temple of Diana* n. 6.

3 fin. aut C aut G. — 11 aut TAE aut IAE.

70 [= 6085] Ephesi *on marble sarcophagus and pier under west side of road to* Magnesia ad Maeandrum WOOD.

DIS MANIBVS
T · VALERIO T · F · SECVNDO · MILITIS · COH
OR TIS VII
PRAETORIAE · CENTVRIAE · SEVERI
T · VALERIVS · T · F · SECVNDVS · MILES ·
COHORTIS · VII · PRAETORIAE · CEN
TVRIAE · SEVERI · DOMO · LIGVRIAE
MILITAVIT · ANNIS · VIII · STATI
ONARIVS · EPHESI · VIXIT ·
ANNOS · XXVI · MENSES VI ·

Ad ectypum descripsi v. 5—10. Wood l. c. *inscr. from tombs* n. 2. Quattuor primos versus edidi n. 6085 exceptos Londinii a Carolo Curtio.

---

71 Ephesi ad aedem Dianae rep.

|IVS · AMPHIO
|IA · P · L · IVCVNDA

Wood l. c. *inscr. from the site of the temple of Diana* n. 9. Versus dat Wood etiam in fine fractos.

MYLASA (p. 83).

72 ad n. 448. Constitutionis imperatoriae Mylasis in Caria repertae partem Latine scriptam postquam edidi, Graecam eius versionem ex Cyriacanis codicis Riccardiani n. 996 O. Riemann protulit in ephemeride Atheniensi *Bulletin de correspondance hellénique* 1 (1877) p. 22 (cf. p. 288). Eiusdem libri scripti exemplum adhibui id quod fecit Kaibel noster. Praescripsit Cyriacus: 'in Caria ad urbem Mylaseam, quam Melasam vocant, in aede S. Nicolai ex imperio Constantinopolitano inscriptio'. Verba constitutionis haec sunt:

ἡ ἑρμηνεία τοῦ θείου τύπου + |
τὴν σουγγεστί[ω]να τῆς σῆς ὑπεροχῆς περὶ | τοῦ λιμενικοῦ τέλους τῆς Πασ-|σαλιητῶν | κώμης τῆς Μ[υ]λασέων
πόλεως ὡς ἂν [ἣ] | τῇ πολιτείᾳ ἤτοι τῷ δημοσίῳ λυσιτελὲς | καὶ τ[οῖ]ς χρη-|σίμοις τῆς αὐτῆς πόλεως |
ἔσεσθαι μᾶλλον μετὰ δικαίο[υ] ἐπαίνου | κυροῦμεν, καὶ διὰ τούτου τοῦ θείου | |πραγματικοῦ τύπου
θεσπίζομεν μηδενὶ | τὸ μνημονευθὲν τέλος ἢ αἰτεῖν ἐξεῖναι | . . . . .
plura deficiunt
εἰδῶν Μαρτίων ἐν Κωνσταντιν . . . .

Versuum divisionem apparet librario deberi; ego indicata ea ita versus disposui, ut singuli Graeci singulis Latinis respondeant. — Traduntur 2 COYΓΓЄCTIONA — ΜΙΛΑCЄѠΝ — 3 Η] ЄΙ — ΤΟΙC] ΤΗC — 4 ΔΙΚΑΙΟΝ, quae omnia tertio vitio excepto emendavit Riemann. — 5 ΕΝΘΕΝ pro ΕΥΘΕΝ Riemann. — Omisisse se plura post ἐξεῖναι significat Cyriacus verbis adscriptis καὶ τὰ λοιπά. — Adsumptis Latinis quae supersunt haec inde efficiuntur; mutavi in illis v. 3 VTPOTEST in VTPOTEET.

Suggestionem tuae su[blimitatis de portorio vici Passalietum Mylasensium
cibitatis utpote [e]t rei p[ublicae vel aerario et idoneis eius civitatis ho-|minibus
profuturam, debita cum l[aude confirmamus et per hanc divinam pragma-|ticam iube-
mus sanctionem nulli [dictum vectigal exigere licere
lucra posse quoquo mo[do merces quae
de portu eius veniunt ac ne[gotiandi causa tuae proin-
de sublimitatis proficiunt [sublimi-
tas tua quae per hanc divi[nam constitutionem
contra temeratores [
a consulibus curavi[mus
pridie idus Martias Cos[tantinopoli

Sequitur in eodem codice altera constitutio haec:

ἡ ἑρμηνεία τοῦ δευτέρου τύπου τοῦ κ[ο]μ^s τῶν λαργιτι[ώ]νων.
Φλ.^s Εὐδόξιος Φλ.. Βαραλαχ τῷ λαμπρῷ ἄρχοντι Καρίας.
Κατὰ τὸ οἰκεῖον ὄφελος καὶ συμφέρον ἤγουν καὶ δίκαιον
περὶ τοῦ τέλους τῆς Πασσαλιητῶν κώμης τῆς Μ[υ]λασέων πόλεως
πολλῶν ἐν τῷ ἡμετέρῳ δικαστηρίῳ πραχθέντων μεταξὺ τοῦ
ἐντόλεως Δομνίνου τοῦ καθ[ω]σι[ω]μένου κουβουκλαρίου καὶ
τῶν πολιτευομένων τῆς μνημονευθείσης πόλεως . . . .
plura deficiunt
πρὸ πέντε εἰδῶν Ἀπριλίων

1 ΚѠΜ' — ΛΑΡΓΙΤΙΟΝѠΝ — 4 ΜΙΛΑCЄѠΝ — 6 ΚΑΘΟCΙΟΜΕΝΟΥ traduntur; omissa similiter indicantur ut supra. — Versionem subieci.

Interpretatio secundae formae comitis largitionum.
Fl. Eudoxius Fl. Baralach(?) viro clarissimo praesidi Cariae.
Secundum propriam utilitatem propriamque commoditatem vel etiam iustitiam de vectigali Passalietum vici Mylasensium civitatis cum complura in foro meo acta essent inter procuratorem Domnini devoti cubicularii et dictae civitatis cives . . . .

Eudoxius comes sacrarum largitionum fuit sub impp. Theodosio II et Valentiniano III (Cod. Iust. 11, 78, 2. 12, 23, 13), qui simul regnaverunt per a. 425—450; ad eundem data videtur a. 440 constitutio novella Theodosii II

inscripta *Eudoxio comiti rei privatae.* — Ad Passalam quod attinet, Πάσσαλα Μυλασέων ἐπίνειον Stephanus ait s. v.; κεῖται κατέναντι [Ἰάσου addunt] Πάσσαλα πηγή(?), ἔνθεν ἐστὶν ἀποβῆναι εἰς Μύλασα σταδ. κ' stadiasmus maris magni c. 291; . . . *in Ceramico sinu . . Passala* Plinius h. n. 5, 31, 134.

INSVLAE ASIAE PROVINCIAE
(p. 84. 982. Eph. II p. 294).

72*a* ad n. 455. Fasti Amiternini qui infra edentur docuerunt M. Titium non M., sed L. f. fuisse itaque genuinam lectionem Cyriacanam servari in solis codicibus Cenniniano et Vallicelliano.

VIAE PVBLICAE ASIAE PROVINCIAE
(p. 87. 982. Eph. II p. 294).

73 ad n. 470. Eiusdem inscriptionis duo alia exempla nuper prodierunt in via a Smyrna ad Sebdikioi ducente alterum in via media fere, alterum inde hora $1\frac{1}{4}$ in coemeterio Turcico Gkiunar tsamisi, edita a G. Earino *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγ. σχολῆς* fasc. 2 (Smyrnae 1876) p. 1. 2. Prius praeter minora eo differt, quod in Latinis post IMP · XIII inseritur P · P, contra a Graecis ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ abest et datur ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ pro ΕΠΟΙΗΣΕΝ. Ex altero paucae tantum litterae remanserunt; hic item est ΕΠΕΣΚΕΥΑΣΕΝ.

74 ad n. 6095. *Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς Εὐαγγ. σχολ.* Smyrnae 2 (1876) p. 32. Additur in fine Graecae M H, Latina sic scribitur:

VALER
CONSTANTIO ET
GALER VALER
MAXIMIANO
NOBIN CAESS
M̍ VII

ACHAIA.

DELVS (p. 94).

75 ad n. 484. 485. Extant adhuc Deli descripti nuper ab Homollio (*Bull. de corr. hellénique* 1 p. 228), cuius exempla nondum publice prodierunt. Idem ait l. c. et 2 p. 9 seq. alia Latina ibi repperisse se, sed ea non magis edidit.

76 in basi statuae alta m. 0.53, lata 0.485, crassa 0.28. Deli rep. in effossionibus nuper institutis.

L · OPPIVS · L · F · MIN · STAIVS · OV · F · L · VICIRIVS *ti. f*
A · PLOTIVS · M · L · C · SEHIVS · C · L · C · CLAVDIVS · C · L
MAGISTRES · MIRCVRIO · ET · MAIA · DONV · D

ΛΕΥΚΙΟΣ ΟΠΠΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ
ΜΙΝΑΤΟΣ ΣΤΑΙΟΣ ΟΥΙΟΥ
ΛΕΥΚΙΟΣ ΟΥΙΚΙΡΙΟΣ ΤΕΒΕΡΙΟυ
ΑΥΛΟΣ ΠΛΩΤΙΟΣ ΜΑΑΡΚΟΥ
ΓΑΙΟΣ ΣΗΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΓΑΙΟΣ ΚΛΑΥΔι
ΟΣ ΓΑΙΟΥ ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ ΕΡΜΕΙ
ΚΑΙ ΜΑΙΑΙ

Th. Homolle *Bulletin de corr. hellénique* 1 (1877) p. 285 (cf. p. 227).

L. Oppius L. f., Min(atus) Staius Ov(i) f., L. Vicirius [*Ti. f.*], *A. Plotius M. l., C. Sehius C. l., C. Claudius C. l. magistres M*[*e*]*rcurio et Maia donu*(*m*) *d*(*ant*). Titulus est egregiae antiquitatis. Liberti cognomine carentes non inveniuntur post saeculum septimum medium (*röm. Forsch.* 1 p. 58). Patroni praenomen antiqua aetate non semper cum liberto communicari notum est. Contra Graece per genetivum non solum in filio patrem significari, sed item in libertino patronum mihi novum accidit, nec puto excusari posse nisi peregrinorum hominum sermonis Graeci ignorantia. Praenomina *Minatus* et *Ovius* ut non ignota, ita rarissima sunt; illud invenitur apud Velleium (2, 16: *Minati Magi atavi mei*) et per compendium in titulis duobus Aeclanensi vol. I n. 1230 et Aufidenate I. R. N. 5142; ubi Minatum, non Minatium significari iam ex Deliaco monumento discimus. *Ovius* legitur in titulo pervetusto Venusino vol. I n. 1265 et apud Livium aliquoties (9, 7. 26. 10, 38). *Sehius* pro Seio redit in elogio Praenestino vetustissimo vol. I n. 147. Magistri, Mercurii scilicet, Graece οἱ Ἑρμαισταί — cuius vocabuli alterum exemplum suppeditat titulus quem in civitate nescio qua Asiae minoris posuit τὸ κοινὸν τὸ (sic) Ἑρμαιστᾶν editus ab Henzeno *Bull. dell' Inst.* 1860 p. 218 — notissimi sunt, scilicet mercatores sunt Mercurium colentes et matrem eius Maiam idibus Maiis potissimum, qua die aedes Mercurii in urbe dedicata est collegiumque Mercurialium ibi constitutum.

---

77 in plintho statuae alta m. 0.14, lata m. 0.54, rep. Deli in effossionibus nuper ibi institutis.

A · TERENTIVM · A · *f. uarronem*
ITALICEI · ET GRAECEI · QVEI · *deli consistunt*
αΥΛΟΝ ΤΕΡΕΝΤΙΟΝ ΑΥΛΟΥ ΥΙΟΝ ΟΥ*άρρωνα στρατηγὸν*
ῥΩΜΑΙΩΝ ΙΤΑΛΙΚΟΙ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΕΣ ΟΙ ΚΑΤ*οικοῦντες*

Th. Homolle *Bulletin de corr. hellénique* 1 (1877) p. 284 (cf. p. 227).

Similes sunt tituli honorarii quos posuerunt *Italici quei Argeis negotiantur* a. 685 (vol. III n. 531) similiterque a. 687 (vol. III n. 532); *cives Romani qui Mytileneis negotiantur* a. 723 (vol. III n. 455); *c. R. qui Cyzici [consistunt] et Cyzi[ceni]* Claudio imperatori (supra n. 53); . . . *qu Apameae negotiantur* anno incerto (vol. III n. 365); *cives Romani ex Italia et aliis provinciis in Raetia consistentes* imperante Pio (vol. III n. 5212); *cives Romani qui negotiantur Bracar(ae) August(ae)* magistratui cuidam saeculo secundo (vol. II n. 2423); item Graece concepti *ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων καὶ Ῥωμ[αῖοι] οἱ ἐνγαροῦντες* (quod vocabulum praeterea non reperitur) P. Alfio Primo Olympiae (Dittenberger *Archaeol. Zeitung* 1877 p. 38), *Ἀθηναίων καὶ Ῥωμαίων καὶ τῶν ἄλλων ξένων οἱ κατοικοῦντες καὶ παρεπιδημοῦντες ἐν Δήλῳ* Theophrasto et aliis curatoribus Deli (C. I. Gr. 2286. 2288 cf. 2287) aliique. — Significatur opinor non A. Terentius A. f. Varro Murena qui periit consul a. u. c. 731 (Henzen n. 5311), nam Murenae vocabulo, quod is omittere non debuit, in hoc titulo locus non est, deinde hic titulus aetatem prae se fert liberae rei publicae extremam. Hanc ob causam non magis cogitari potest de A. Terentio Varrone qui a. 587 inter alios res Macedoniae ordinavit (Liv. 45, 17; cf. Dittenberger *archaeol. Zeitung* 1878 p. 87). Potius agitur de Terentio Varrone eo, qui si fides est iis qui Verrinas adnotaverunt (v. in div. 7, 24 Pseudo-Asconius p. 109; Gronovianus p. 398), a. 679 ex Asia provincia repetundarum accusatus est (cf. Waddington *fastes Asiat.* p. 44 ed. min.). Quam provinciam administrans bene merere potuit de negotiatoribus Deliacis. Hic autem unus ex titulis similibus cum negotiatoribus Italicis Graecos coniungit; nam quod in Cyziceno dedicantibus incolis Italicis adiunguntur cives Cyziceni, diversum est.

SPARTA (p. 94).

78 in tabella tenui ex marmore caeruleo Spartae novae in museo.

UENUN
EMPTAM
ERCEACVL
IBVS AD
*in*ISINVA
TISAS

Lollingius misit.

Fortasse pars rescripti alicuius imperatorii.

OLYMPIA Elidis.

79 in marmore albo lato m. 0.15, alto m. 0.20, crasso 0.065. Rep. Olympiae 15 Ian. 1878 in peribolo in fossa orientali.

*pr*AECEPIMV*s*
*del*IbERANTEMC
RET ETIAM CON
*n*OSTRAE FAVOR
EST

R. Weil descripsit et misit.

Fragmentum est decreti imperatorii aetatis labentis. — 4 paenultima littera ad O prope accedit, sed est omnino R dimidiata.

---

80 in marmore albo lato m. 0.10, alto m. 0.13, crasso m. 0.04. Olympiae rep. in Heraeo.

S C
*ti. clau*DI · CAES *aug. germanici*
*ornato ornam. tri*VMPHAL
xuiro S·F·PRO·CO*s prouinciae . . . .*
*leg. aug. prou. cili*CIAE · PR*o pr.*

R. Weil descripsit et dedit.

5 cum propter v. 2 nec de Cappadocia nec de Dacia cogitari possit utpote redactis in formam provinciarum post Claudium, sola hic locum habere videtur Cilicia provincia.

---

81 in marmore albo lato m. 0.11, alto m. 0.19, crasso m. 0.0351, litteris m. 0.022. Olympiae rep. 18. Nov. 1876 ab aede Iovis inter meridiem et orientem extra moenia Byzantiae aetatis orientalia.

ACILIA*e*
EQVITAT ·
*procu*RATORIS ·

R. Weil descripsit et misit.

Uxori posita fuit viri cuiusdam equestris nobilitatis, qui et cohorti cuidam praefuisset et procurator imperatoris factus esset.

82 in frustulo quod pertinuisse videtur ad vestimentum statuae aereae, litteris argenteis, lato m. 0.06, alto m. 0.025, crasso m. 0.005. Rep. Olympiae 6. Nov. 1877 ab aede Iovis inter meridiem et orientem.

ERVILIO

R. Weil descripsit et misit.

---

83 in fragmento tabulae aereae lato m. 0.09, alto m. 0.10, crasso m. 0.0035. Olympiae rep. ante aedem Iovis ad occidentem.

I
LN

R. Weil descripsit et misit.

DYME? (Kato-Achaia) Achaiae (ins. post c. VII p. 98).

84 duobus exemplis ex lapide calcareo albo, quorum id quod repraesentavimus altum est m. 0.62, latum 0.40, alterum altum 0.71, latum 0.42. Kato-Achaia, ubi vulgo Olenus fuisse creditur, sed Dymen potius fuisse Duhnius censet (cf. *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* 3 p. 75), in aedibus Leonidae Xingae.

AVGVSTAE
VENERI · SACRVM
FVLVINIA · HELENE
SACERDOS · EIVS
D · S · P · F

v. l. exempli alterius:

HENE pro HELENE
EIVS

Iul. Martha *Bulletin de corr. hellénique* 2 (1878) p. 100; descripserunt F. de Duhn (cf. *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* 3 p. 74) et R. Weil.

Alterum exemplum propter errorem v. 3 admissum reiectum esse videtur. — Augusta Venus fortasse non tam Venus est quam Augusta aliqua νέα Ἀφροδίτη; comparari potest *Ceres Iulia Augusta divi Augusti* noti tituli Gaulitani Orell. 618, quae est ipsa Livia. Ceterum cave credas ut in provinciis eiusmodi sacraria instituerentur, consecratione publica populi Romani opus fuisse.

85 litteris pulcherrimis in basi quadrata, in qua fortasse stetit aliquando statua loricata manu elata ea, cuius fragmenta duo in eodem vico reperiuntur. Kato-Achaia, prope Khani q. d. ante domum K. Georgiadis.

IMP · CAESARI · DIVI · F

PHILOMVSVS · L · EPIROTICVS

Iul. Martha *Bull. de corr. hellénique* 2 (1878) p. 100; descripserunt F. de Duhn (cf. *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* 3 p. 74) et R. Weil.

2 L ·] I Martha. — Augusti videtur esse dedicata antequam id nomen suscepit a. u. c. 727. Epiroticus agnomen videtur liberti Philomusi.

---

86 litteris male factis. Kato-Achaia in domo Athanasii Kalitzas.

]IENVS · PATER[*nus*

t]REBVLANVS[

]ANTONIVS · EV[*tychus?*

]GRATTIVS · P ·[

]M EP[

]VILLIVS · C · F[

]EX · D · D · LVDO[*s fecerunt*

Iul. Martha *Bull. de corr. hellénique* 2 (1878) p. 100.

Defectus notas addidi. Sex magistri enumerantur ut in Deliaca n. 76.

---

87 in tabula ex marmore candido litteris maximis pulcherrimisque. Kato-Achaia hodie putei operculum.

]VSTANGIN[

Iul. Martha *Bulletin de corr. hellénique* 2 (1878) p. 101; F. de Duhn descripsit.

---

88 ex marmore candido. Kato-Achaia in scalis domus Nicolai Georgulopuli.

C · CANIO

CANIAI

ARESQVS

Iul. Martha *Bulletin de corr. hellénique* 2 (1878) p. 101; F. de Duhn descripsit.

3 ARESQVE Martha.

C. Canio; Caniai Aresqus(ai). Scripta fortasse primis annis Augusti.

PHARAE (Prebiza) Achaiae.

89 Prebizae ad ecclesiam Panagiae.

RAI · SC
sa C · PVBL *cae*
sa CERDO *ti*

R. Weil descripsit.

PATRAE (p. 95. 984).

90 ad n. 498. Collocatam hodie in aedibus *Σακκέτος* recognovit Duhn adhibitis exemplis priorum legitque sic:

CORNVFIC
CN · F MODSA scr. DESA
POLOS · CERER
DIANAM
S · P · CONSECRA
VIT

Iam cum de lectione constet, v. 3 explicatur collato titulo Spartano C. I. G. 1449: *ἡ πόλις Αὐρηλίαν Ἐπαφρὼ πῶλον τοῖν ἁγιωτάτοιν θεοῖν γενομένην Δήμητρι καὶ Κόρῃ*, ubi vide Boeckhium.

---

91 ad n. 500. Recognovit Duhnius; 5 lege DEC · DECR pro DEC · DEC.

---

92 ad n. 507. Ex lapide inserto moenibus arcis inter septentrionem et orientem Schillbach Potsdamensis descripsit sic:

L · VEIRIO · L · F · QVI ·
FRONTONI ·
VEtER LEG · XII · FVL ·

---

93 ad n. 528 non Patris extat, sed prope Kalavrytam in Arcadia, ubi Cynaetha fuit, idque ipsum apparet scripsisse Fourmontum (in monasterio *τῆς ἁγίας Λαύρας*, deinde *Καλάβρυτα*). V. 2 in lapide est C F Q GALLVS. Repperit et recognovit a. 1877 Duhn.

---

94 tabula marmoris candidi, Patris in aedibus Iohannis Alexopuli Ierabiotis in gradibus.

M MINVCIO · C · F
QVIR · GALLO
HYACINTHVS · LIB

F. de Duhn descripsit a. 1877.

95 Patras ante aedes Spiridionis Manolopuli.

T*a*DIA · Q · L//
MYRINE N//
TADIANI

F. de Duhn descripsit.
1 TA/DIA traditur.

CORINTHVS (p. 99. 984).

96 *Veneri sacrum et genio colle[gi] Aug. Corinth. Sagaris Alcimi Aug. vern. ark. vic. vot. posuit libens animo sacerdotio* (reliqua corrupta), qui titulus editus est inter Venetos vol. V n. 8818, olim videtur prostitisse Corinthi. Cf. vol. III n. 575.

97 Corinthi rep., nunc Athenis in museo centrali.

VIVI · C · T · VERGILI · C · *f* · AEM
CAPITO · F · ET · PROCVLVS ·
VIVIS · PARENTIB · C · VERGILIO
C · F · AEM · CAPITONI · ET · ATILIA · T · *l* *sic*
THALLVSAE · ET · VER*g*ILIAE · C · *f* ·
PROCVLALAE · SORORI · POSTERISQ · SVIS *sic*
L · P · D · D · D ·

Koehler descripsit.
1 initio hiat. — 2 F Koehler dubitans; est opinor *f(ilius)*. — 4 C · F · vel C · E ·, TE, 5 VERCILIAE · C · E · lapis.
Notus est Cn. Vergilius Capito praef. Aegypti sub Claudio (III, 6024).

98 Corinthi rep., est Athenis in Varvacio.

*a*NTONIO ·
ALEXANDRO
*a*NTONI · TIMO *vir* THEI · FIL ·
stans pallia-tus

Koehler misit a. 1876.

ATHENAE (p. 101. 985. 1059).

99 ad n. 552. De Philopappo conferenda sunt quae exposui in actis Instituti nostri Atheniensis vol. 1 p. 36 seq. cum adnotatione Koehleri l. c. p. 126. Addo eiusdem mentionem fieri in titulo Aegyptiaco C. I. Gr. III p. 1213 n. 4815c: *Τιμόθεος . . . ἐμνήσθη Φιλοπάππου τοῦ βασιλέως καὶ Μαξίμου Στατιλίου ἰδίου λόγου*, cuius tituli aetatem determinant Latini vol. III n. 46. 47.

---

100 ad n. 555. Mense Martio a. 1877 denuo apparuit retecto theatro Dionysi scripta in columna rotunda; edidit ex lapide Mylonas *Bulletin de corr. hell.* 1 (1877) p. 348. Koehler excepit sic:

Q̄ : CALPVRNIO : EVTYCHO ·
PHTLEIVS · PBL · X̄X̄ · LIB · VICVS · F̄CIT · *sic*
K̄ · ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟ · ЄΥΤΥΧΟ · ΦΙΛΗΤΟ/
ЄΙΚΟϹΤΗϹ ЄΛЄΥΘЄΡΙΑϹ · ΙΚΟΝΟΜΟϹ
ЄΠΟΙΗϹЄΝ · ΓΝ//ΗΠΟ · ϹΤΡΑΤΙΟΤΗΙ ƒ ·
⁞/I⁞ Γ/⁞ · OI⁞Ͱ⁞

Infra cernitur vir stans sinistra demissa tenens cistellam quadratam ut videtur. — 6 parum agnoscitur.

---

101 ad n. 558. Descripsit ad ectypum photographicum Michaelis. Anaglypha sic describenda fuerunt: *bos ara* *clipeus* *urceus*. — 2 in ectypo cernitur quod conieci ↄ IVL. — 4 VIIII, non VIII.

---

102 Athenis rep. in clivo arcis ad meridiem in ruinis Asclepiei.

*σ*ΤΡΑΤΗΓΟΥΝ*τος*
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΠΛΕΙΤ*ας*
ΘΕΟΠΕΙΘΟΥ*ς*
ΒΗΣΑΙΕΩΣ

L · AVFIDIVS BASSVS M /
MAIOR
AESCVLAPIO · ET · VALETVDIN*i*

Koehler descripsit a. 1877.

1 exigua vestigia supersunt haec fere ˉιιιιιυιι. — 5 fin. deficit fortasse F, quamquam ita pater cognomini postponitur. — 7 AESC/IAPIO · ET · VALE-ΓυΔΙΙ/ apographum.

'Cf. C. I. Att. III, 458' Koehler.

103 Athenis prope Hagiam Triadem in curte.

D · M ·
VALENS · IANGALI
MIL · CH · $\overline{III}$ · CAMPE
> FL · IANVARI · VIXIT
ANNIS · XXV*i*I · MILI
TAVIT AN VIII DOMO
QVIRI///.../V·OS
/ / / L / /
PRA! ///\E · S · B · $\overline{M}$
*p*O*s*VIT

Koehler descripsit et recognovit.

1 in. vix periit littera. — 2 fin. I potest fuisse L. — 4 >IL lapis. — 7 prima littera aut Q aut C aut O fuit; VIRI certum est, item in fine OS, reliqua dubia.

Cohors III Campestrium redit in diplomate n. XXV vol. III p. 868.

---

104 in museo Piraei.

aetoma

P · ANNIVS · P · L
SATYRVS
ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΝΝΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΟΥ ΑΠΕΛΕΥ
ΘΕΡΟΣ ΣΑΤΥΡΟΣ

Koehler misit a. 1877.

---

105 Athenis in ceramico exteriore.

ΠΟΥΠΙ
A CIPI
NA
sic PVPPIA · SIRINA

Bulletin de l'école française d'Athènes 1 (1868—1871) p. 253.

THEBAE Boeotiae.

106 in lapide duro coloris nigrescentis; Thebis in museo n. 162.

///
/////
ΛPADI
\//////
MI//Λ/V/C
TAIIV/MEO/
\BVS DEDISSE IC
ΛII ISQVE RER- H
DESIDERANTIBV*s*
PVBLICE DARI I
VT CETERA INV
V/I PRAEFECIT

Lollingius descripsit. Supra et infra abrupta est; a lateribus pauca tantum videntur desiderari.

DELPHI (p. 106. 987. Eph. II, 295).

107 ad n. 566 (cf. Eph. II p. 295). Lapidem denuo reppererunt et descripserunt Kaibel et Wilamowitz (Hermes 8 p. 414) sic:

Q · MINVCIVS · Q · F ·
RVFVS · LEG · APOLLINEI
PHVTIO · MERITO

Infra legitur titulus Graecus C. I. Gr. 1695 ab hoc Latino plane alienus. — Mirum est in titulo, qui praeterea prae se ferat orthographiam aetatis fere Ciceronianae et pertineat ad hominem nobilem Romanum, ex Pythio factum esse Phutium.

Viae Achaiae (p. 111).

108 columna marmoris nigrescentis, alta m. 0.74. Patras in hortis Georgii Zinos doctoris iuris in via qua Aegium itur.

ab una parte:

IMP · CAES · M ·
AVR · CARO · P · F · A
ET · M · AVR · CARINO
NOBIL · CAES ·
ET · M · AVRELIO
NVMERIANO · NOBIL
CAES

p. C. 282/3

ab altera:

IMP · CAESAR
M////P////
//////////
INVI · AVG

F. de Duhn descripsit a. 1877.

EPIRVS.

CORCYRA (p. 112).

109 ad n. 579. Mustoxides in libro *delle cose Corciresi* (1848) p. 316 morte auctoris abrupto (vidi ego pp. 1—464. 641—696. I—LXXII), quo nunc demum plene uti potui beneficio Adolfi Kirchhoffii, cum postea vidisset titulum emendavit sic:

L · AELIVS · PRISCVS
PRISCILLO
FILIO · SVO · FECIT

Instrumentum (ins. p. 113).

110 in amphorae quae videtur fragmento. Corcyrae.

C · POMPILI
VRSIONIS

Mustoxidi *delle cose Corciresi* p. 326.

MACEDONIA.

Viae Macedoniae (p. 127. 990).

111 Hypatis rep. dum via sternitur a thermis ad oppidum ad limitem eius septentrionalem.

IMP · CAES · DIV · TRA
IANI · PARTHICI · F · DIVI ·
NERVAE · NEPOS · TRAIA
NVS · HADRIANVS · AVG ·
PONTIF · MAX · TRIB · POT · p. C. 125
VIIII COS III
XXXI
A ❦

Lolling *Mitth. des arch. Inst. zu Athen* 1 (1876) p. 351.

6 VIII editur, sed error typothetae intellegitur ex adnotatione. — 8 si vera est lectio neque in lapide est fuitve AA, duo capita viae indicantur, alterum vicinum, scilicet Hypatae, alterum distans. Hoc ubi quaerendum sit, equidem nescio.

THRACIA.

SAMOTHRACE (p. 129. 990).

112 eiusdem tituli scripti in marmore convexo fragmenta duo, rep. in insula Samothrace prope aedem rotundam reginae Arsinoes; hodie Vindobonae destinata museo publico.

RÉGIBVS · IOV
ITERVM · M *acilio* p. C. 124
GLABRIONE *c. bellicio*
TORQVATO COS · V
*s*ACRA ACCÉPÉRV*nt*
IIVS · SARDVS · VA
AEMAC*hus*
VS·IÉ
LIO
S · P · CVRTILIVS · COMMODVS
S LICTOR C FÁDIVS ENDYMIÓN
ALIS PEREGRINVS C · AMACILISINS
*ministr*I
*chl*ÓRVS EVANTHÉS · PRETIÓSVS
*eutyc*HÉS · NICÉPHORVS · CALLISTIÓN
VS · EVPORVS · HERMÉS
LACÓN · AVCTVS · EVPREPÉ*s*
*aris*TIÓN · RESTITVTVS
NA · I

Descripsi. Ed. Conze *archäologische Untersuchungen auf Samothrake* (Vindobonae 1875) p. 37 tab. 72 cum commentario Ottonis Hirschfeld.

12 fin. nomen non satis legitur; videtur fuisse *C. Amacil.* (vel *Amagil.*) *Isianus.* Hirschfeldius dubitans legit C · AMACIL · VIALIS. — In principio videtur annus determinari tam secundum sacrarii eius praesides quam more Romano secundum consules; neque ignotum est Samothracae summum magistratum (Liv. 45, 5) eundemque eponymum dictum esse regem. Reges autem plurativo numero cur procedant parum apparet, nec nominibus duobus supplendis spatium sufficit. — 13 quod commendavi *ministr*I vel *item serv*I eo nititur, quod quae praecedunt nomina liberorum sunt, servorum autem quae sequuntur. Hirschfeldius similiter proposuit *pedisequ*I, quoniam ἀκόλουθοι reperiuntur in titulis similibus Graecis vol. 1 n. 580. 581; sed id vocabulum ad discriptionem officiorum domesticorum pertinens eius generis titulo parum aptum est.

113 Samothracae ex ecclesia quadam illata in ludum litterarium.

M / S H N
TPO
P H O R
VI · EID · SEX *ante a. u. c. 746*
Q · F · COS

Conze l. c. tab. 71 n. 11 cf. p. 41.

---

114 rep. cum n. 112 ad eandem aedem.

*mysta*E PII
Q · CLODIVS LONGVS
IAANDRVS SAPAMONI
I FONTISCVS IFoNIISCF
*eis*DEM · COS
*id*VS MAIAS
*m*YSTAE PII
MARANIIIVI
MYCTAI MAPω
ΠΟCΙΔωΝΙΟC
CΤΡΑΤΟΝΕΙΚΗ
C / / / / / /
ΑCΠΑCΙΑC
*a. licinio nerua silia*NO M · ATTICO VESTI *p. C. 65*
no cos. ΕΠΟΠΤΗC ΠΥΘΟΔω
ΡΟC ΔΗΜΟC //ΟΥ

Conze l. c. tab. 71 n. 3 cf. p. 39.

---

115 Samothracae.

IRFVIII H
*e*VTYCHES RESRUINTEIS
RRIS LITVS C'''ICVLRR
*di*ONYSIDES CHRESIMVS
*pr*IAMVS ANTHIMVS PIS
PHRESTASASCIAS BA
OAARIVS · EROS LECTIS
COSMETADORVS
ACTATOR FORTVN
DENSVEL
OAEXSF

Conze l. c. tab. 71 n. 14 cf. p. 42.

116 Samothracae ex ecclesia quadam illata in ludum litterarium.

S C V *s*
/ / . N D E *r*
D A P H N V S T H
pa N T O N I C V S T O F
R I V S I E N E
E E Y Γ E 1 I)
M I A I A

Conze l. c. tab. 71 n. 13 cf. p. 42.

117 Samothracae.

A I H
Λ H Ξ A K
N Δ E Δ H M Ω N

O N S I S · S Y R

Conze l. c. tab. 71 n. 12 cf. p. 42.
4 postea adscriptus est.

118 rep. cum n. 112.

C · A V
C

Conze l. c. tab. 71 n. 4 cf. p. 40.

LYSIMACHIA (p. 133).

119 Hexamil, ubi Lysimachia fuit.

SEMPER AVG S
SECVRITATE

Dumont *inscr. de la Thrace* p. 50 n. 95.

RHAEDESTVS (p. 134).

120 ad n. 728. S. Aristarchis Ἑλλην. φιλολογ. σύλλογος 2 p. 237 (quod volumen hodie rarissimum ipse non vidi, excerpsit mea causa Lollingius) descripsit a. 1852 et ectypum sumpsit. Est Heracleae in domo Mpermperi Constantii Tsermpatze. Legit Aristarchis 3 ANESE · MIRI, 5 DEFVNC.

121 Panidon* hora una a Rodosto ad meridiem.

P · AELIO · ASCLEPIADI · ET · P · AELIO · FESTO
*si quis arcam aperu*ERIT TVM · IN *fi*SCVM FERET X

Dumont *inscr. de la Thrace* p. 47 n. 87.

PERINTHVS sive HERACLEA (p. 134).

122 ad n. 730. S. Aristarchis Ἑλλην. *φιλολ. σύλλογος* vol. 2 p. 237 descripsit a. 1852. Est *ἐπὶ μαρμαρίνου βάθρου κεχωσμένου μεταξὺ τῶν θεμελίων τοῦ περιτειχίζοντος τείχους τὸ Προκύλιον τῆς ἐν Ἡρακλείᾳ παλαιᾶς μητροπόλεως.* Legit 2 T · pro TITO, 3 *a*NTONIN*o* · *a*VG · N.

---

123 *ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἡρακλείας πρὸς νότον τῆς Χερσονήσου κατὰ τοὺς ἀνεμομύλους.*

IMP · T · CAESARI · AVG
PONT · MAX · TRIB · POT · VI p. C. 79?
IMP · X · COS · VII · CENSORI
TI · CLAVDIVS · THEOPOM
PI · F · QV*i*R · SABINVS · EX · TEST
TI · CLAVDI · THEOPOMPI · PATRI*s*

S. Aristarchis Ἑλλην. *φιλολ. σύλλογος* vol. 2 p. 233, cui descripsit a. 1860 K. G. Langadas.

Tabula volumini adiecta carens dedi ad exemplum minusculis expressum editoris supplementis retentis (nisi quod abieci *f.* additum 1 fin.); nam quomodo emendanda sit, parum constat. Consulatus septimus est a. 79 eidemque convenit pontificatus maximus; at tribunicia potestas ita requiritur non VI, sed VIIII, item IMP · XIIII pro IMP · X.

---

124 inter Heracleenses.

S · IMP · CA*e*S · /AV////////RI

S. Aristarchis Ἑλλην. *φιλολ. σύλλογος* vol. 2 p. 234, cui descripsit a. 1860 K. G. Langadas.

125 ex Heraclea a. 1853 venit ad Aristarchium.

ἐν ἀναγλύφῳ παρίσταται ὁ Μάρκελλος ἀγένειος ἀμύστακος καὶ τὴν κόμην περίκουρος, φέρων ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος χιτώνισκον ἀχειρίδωτον συνεσφεγμένον διὰ ζώνης, ἐξ ἧς κρέμαται πρὸς τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν ξίφος ἐπίμηκες δίστομον ἐντὸς κολεοῦ, ἐπὶ δὲ τοῦ χιτωνίσκου ἐφαπτίδα (sagum) *διὰ περόνης ἐκ τοῦ δεξίου ὤμου ἐξηρτημένην καὶ πρὸς τὰ ὄπισθεν ἐῤῥιμμένην, οὕτως ὥστε ἡ μὲν δεξία χεὶρ γυμνὴ μένουσα κρατεῖ ἀνδρόμηκες ἔγχος ἐμπηγμένον εἰς τὴν γῆν, ἡ δὲ λαιὰ μεγάλην ἀσπίδα ᾠοειδῆ ὀμφαλὸν ἐν τῷ κέντρῳ ἔχουσαν*

D · M
AVR · MARCELLVS · MIL · LEG · I
ADIVTRI · COH · VI · ST · V · ANN
XXX · MILITAVIT · ANN · VI · AEL
IVSTINVS · ET · AVR · TAVRVS · ET
SEP · SABINIANVS · HEREDES · POS
VERVNT · BENEMERENTI · M EX//

S. Aristarchis descripsit et edidit *Ἑλλην. φιλολογ. σύλλογος* vol. 2 p. 238.
3 in ST quid insit nescio; requiritur post cohortis numerum centuriae indicatio, id est pilus vel princeps vel hastatus prior posteriorve.

---

126 *ἐν Ὀμουρτζᾷ, χωρίῳ μεταξὺ Ἡρακλείας καὶ Τυρολόης (Τσορλοῦ) κειμένῳ, ἔνθα πολλαὶ ἑλληνικαί, λατινικαὶ καὶ βυζαντιναὶ ἐπιγραφαὶ καὶ λείψανα ἀρχαίων μνημείων κατὰ καιροὺς ἀνακαλύπτονται.*

LICINIVS	VALENS	DEC	AELIVS	ALBANVS	DE*c*
AEMILIVS	OPTATVS	DEC	IVNIVS	MARCIANVS	*dec*
ANNAEVS	DEXTER	*dec*	CLAVDIVS	PRIMVS	D*ec*
FLAVIVS	IVSTVS	DEC	AELIVS	TARSA	DEC
VLPIVS	CANDIDVS	DEC	CLAVD	FRONTINVS	. . .
AELIVS	BERENICIAN*us*	DE*c*	AELIVS	CRESCENS	. . .
FERILVS	KAPITO	*dec*	AELIVS	NIC	. . .
AELIVS	OPTATVS	DEC	M//I/VS	SAB	. . .

S. Aristarchis descripsit et edidit *Ἑλλην. φιλολογ. σύλλογος* vol. 2 p. 239.

127 *ἐν Ἡρακλείᾳ παρὰ τὴν ἀρχαίαν μητρόπολιν.*

TI · CLAVDIVS · SILVANVS
VIXIT · AN · XXVI*i* · D · IIII
TI · ΚΛΑΥΔΙΩ ΣΙΛΒΑΝΩ
OCTIC EZHCEN ETH KZ H Δ

S. Aristarchis Ἑλλην. φιλολογ. σύλλογος vol. 2 p. 235, qui descripsit a. 1864.

PHILIPPOPOLIS (p. 140. 991).

128 ad n. 6121. Emendate dedit Dumont *inscr. de la Thraçe* p. 23 n. 52. Inde emenda 1 IMP, 3 LEG · AVG · PR · PR · FACIVNDVM, 5 finit in ΘΕΙΟΥ, 6. 7 sic exhibentur:

μ. αυ|ΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ ΣΕΒ · ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ
ηγου|ΜΕΝΟΥ ΤΟΥ ΕΘΝΟΥΣ ΠΑΝΤΟΥΛΕΙΟΥ ΓΡΑ(*πτιακου*

---

129 ad n. 6122. Dumont *inscr. de la Thrace* p. 14 n. 25 legit 4. 5. 6 EX EQVTI|BVS SICVLARES IPP | *n*N.

---

130 Philippopoli in coemeterio ad viam qua itur Hadrianopolim.

dis	MANIBVS
ti. claudio	PALATINA *Martiali*
qui uix. an. . . .	MENSIBVS VII DIEB ///
ti. claudius pri	MIGENIANVS FRATRI
et siluia primigenia	MATER FILIO PIENTISSIMO
θεοις κ	ΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ
τι. κλαυδίῳ	ΠΑΛΑΤΙΝΑ ΜΑΡΤΙΑΛΙ ΖΗ
σ. ετη .. μην. ϛ' ἡμ	ΕΡΑΣ ΙΙ// ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥ
διος πριμιγενιανος	ΚΑΙ ΣΙΛΟΥΙΑ ΠΡΙΜΙΓΕΝΙ*α*
μήτηρ	ΧΑΙΡΕ ΠΑΡΟΔΕΙΤΑ

Dumont *inscr. de la Thrace* p. 23 n. 51.
9 fin. hiatus non adnotatur.

BESSAPARA (*Tatar-Bazari*).

131 in lapide rotundo, rep. extra Kalugerovo, qui vicus ad Topolnicam fluvium situs distat horis $3\frac{1}{2}$ inter septentrionem et occidentem a Tatar-Bazari, in monasterio S. Nicolai.

. . . . . . ONN . . . . IC . . . .
. . . MI . . CPMCSICP . . . SAIVODN . .
. . . . RSE . . . . I LCL IVLIANO . .
. . . . COI . . . . SEMPER NVC~ . .
. . . . SOIISI . . . . E I HOEI . . . . .
. . . . CONSPNS . . . . . NOA . . . . . .
. . . SOṄORINI . . . VOSI . . . .

Steph. Zachariev *geografiko-istoriko-statističesko opisanie na Tatar-Pazardžiškâ-tâ kaazâ* (Vindobonae 1870. 8. pp. 80), qui liber utpote Bulgarice scriptus adhuc latuit. Repetierunt inde Conzius et Hirschfeldius *arch. epigr. Mitth.* 1 p. 65.

2—4 agnovit Hirschfeldius talia fere latere: *salvo d. n. perpetuo Fl. Cl. Iuliano pio felici semper Aug.*

---

132 stele rep. horis duabus a Tatar-Bazari ad orientem inter Kadjlik et Brussulia; nunc frusta sex extant in oppido in ecclesia archangelorum in area.

miles stans tunica et sago vestitus
d. lanceam tenens, sin. clupeum;
adstat ad d. figura parva evanida

D · M ·
/ / / / / / / / / ANI MIL *c*OH *iii* PR
ANT · P · V · Э · FELICIS · AVR · MVC*i*
*anu*S · AVR · MVCIANVS · FRATRI
PIENTISSIMO

ΑΥΡ · ΜΟΥΚΙΑΝΟϹ ΠΡΕτΩΡΙΑΝΟϹ ΚΩ*ορτης*
Τ*ρι*ΤΗϹ ΠΡΕΤΩΡΙΟΥ ΚΕΝΤ*ο*ΥΡΕΙΑϹ //
ΦΗΛΙΚΟϹ *εσ*ΤΗϹΑ ϹΤΗΛΗΝ *τοῦ* ΑΔΕΛ
ΦΟΥ ΤΗϹ ΑΥΤΗϹ ΚΕΝΤΟΥΡΕΙΑϹ ΠΡΕΤΩΡΙΑΝΟΥ
ΕΖΗϹΕΝ ΕΤΗ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ *εστρα*ΤΕΥϹΑΤΟ

Dumont *inscr. de la Thrace* p. 11 n. 13, cuius sunt supplementa.

3. 4 *Aur. Mucianus* errore bis scriptum.

MOESIA INFERIOR.

NOVAE (Sistov) (p. 142. 992. 1059).

133 ara parva Sticleae a Sistov meridiem versus rep., hodie (Bukuresti?) apud C. Bolliac.

C · ERSIDINVS · SEXSTVS
MIL · LEG · Ī · ITALI · VOTVM
HERCVLE · SOLVIT · MERITO

Ephemeris Bukurestina *Trompetta Carpatilor* 29. Aug. 1876 q. n. v. (inde Točilescu apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 73).

DACIA.

Auctores Dacici.

Accepi a Lucianio meo Venetiis syllogen inscriptionum CCXIII scriptarum eadem manu, quae titulis numeros quoque adscripsit, adiunctis schedis aliis scripturae et formae diversae, de quibus postea suo loco dicetur. Schediasmata haec cum vidissem habere quaedam non vulgaria et augeri inde posse apparatum quem habemus epigraphicum, impetravi a praefecto bibliothecae nostrae, ut ei inferrentur. Illa sylloge inscriptionum CCXIII est abbatis Fortis ea ipsa, quam vol. III p. 277 c. XXXVII significavi delatam ad Silvestrium frustra in bibliotheca Rovigensi a me indagatam esse. Exemplum quod nostrum fecimus non ipsum est a Forti perscriptum, cum post n. 172 legatur 'Ab. Fortis exscripsit', item pagina insequenti scriptor significet quasdam inscriptiones se a Forti accepisse (*me le diè in copia l'ab. Fortis: tengo il foglio volante*), denique Marulina scriptor addat describenda sibi dedisse Fortem hoc a. 1773. Scripsit id fortasse Petrus Bertaglia, cuius una cum hac sylloge accepimus epistulam scriptam ad virum doctum nescio quem de titulo ex urbe Coneglianum delato Flaviae Victorinae (vol. V n. 1102 *a**); quicumque autem fuit, diligentissime exemplum fecit. Continent schediasmata haec tam Dacica quam Dalmatica; et Dacica quidem haec sunt.

1. In sylloge epigrammatum CCXIII primum locum obtinet exemplum syllogae Dacicae Mezerzii, quam Fortem Sebenici invenisse et descripsisse notum est[1]). Praescriptum est: 'exemplum sumptum ex libello auto-

[1]) Vide vol. III p. 154. Kovachichius ibi citatus cum scribat Verantiana postea illata esse tabulario Szechenyano, meo rogatu Sickelius tam Pesti quam Grani ut diligentissime indagarentur curavit neque invenit.

'grapho v. cl. Antonii Verantii, quod penes co. Franciscum Draganich 'Sibenici asservatur'; in margine additur: 'ms. non erat eius manus'. In fine partis prioris legitur 'Michael Wrancius 1532': sequuntur disticha duo. A Mezerzio veniunt quae in Fortiana sylloge numeros habent n. 1—85. 102—147; nam n. 102 in codice Verantii scriptum fuisse post n. 85 ipse Fortis ait. Exemplum hoc proxime accedit ad optimum Vaticanum, in locorum indicatione ad verbum fere cum eo consentiens, habetque praeterea ea quoque quae in Vaticano deficiunt, ut confirmetur inde quod olim posui Mezerzianae syllogae codicem Verantianum archetypum fuisse reliquorum omnium. Sed tamen non multa ex eo nova accedunt, in his adscriptus ad n. 1395 dies 7 Sept. 1495, unde intellegitur iam tum Mezerzium syllogen incohatam habuisse. Variam lectionem paucis locis enotavi. Unus titulus n. 133, nobis infra n. 162, adhuc ignotus est, nisi is quoque magis pertinet ad additamenta Verantiana.

2. Quae in eadem sylloge sequuntur sub numeris 148—172, ea non Mezerzii esse cum ex reliquis exemplis Mezerzianis intellegitur tum inde quod hic de se interdum loquitur VERANTIVS, ut ad n. 156 adnotat: 'me vidente erutum'. Haec igitur ipsius Verantii sunt adscripta ab eo opinor ad codicem quem habebat Mezerzianorum, ut nulla nisi Dacica epigrammata in eum librum referret. Verantii etiam sunt fere quae in sylloge leguntur sub n. 86—101, quibus praescribitur 'ipsius Verantii', et n. 173—213, quibus inscriptum est 'inscriptiones veteres descriptae ex schedis originalibus Antonii Verantii'; haec autem non ex codice illo sumpta sunt, sed ex schedis solutis, quarum adeo pleraeque ipsae una cum exemplis illis ad me transmissae sunt. Haec schediasmata cum nomine Verantii praescripto et ipsa ex parte maiore Dacica continent, maxime Apulensia (adest fasciculus titulorum eo tempore Albae Iuliae in aula principis adservatorum exempla diligenter facta continens, item alter quo continentur epigrammata dispersa per oppida duo Albam et Klausenburg), et aliquot epigrammata tam in his reperiuntur quam in sylloge Mezerzianae subiuncta exemplis saepe diversis; sed insunt praeterea etiam Pannonica, scilicet Scarbantina quaedam et Savariensia. Utraque Verantii collectanea licet parum ordinata utilissima sunt nec paucos titulos aut egregie emendarunt aut sola servaverunt, quos infra composuimus. Quod ad tempus attinet, vixit Verantius ab a. 1504 ad a. 1573 (vol. III p. 154). In schedis anni nulli adnotati sunt praeterquam quod in folio, in quo legitur falsa III n. 22* edita primum a. 1547, item scriptum est manu Verantii: '5. die Septembris 1545 discessi Sebenico Venetias cum pueris tribus; 20. perveni Venetias'. De itinere eius Buda Hadrianopolim a. 1553, cuius enarrationem edidit Fortis, alibi dixi (vol. III p. 4).

3. Marulina quoque Fortis ei qui librum scripsit describenda obtulit extatque eorum epitome imperfecta inter schedas mihi missas. Eam utilitatem non habere intellegitur ex iis quae vol. III p. 274 de Marulo exposui.

NAPOCA (p. 169. 1014. Eph. II, 302).

134 ad n. 854. Verantius ms. autogr. sic:

FORTVNE AVG
VLI · MASCV
LINVS · VE · EX
SIGNF LEG V M
E EDC CoL NPPRO *sic*
SA · SVA F SVOR P

DEDICATA
KAL SEPTEM
CIBON
L II EI p. C. 204
LIBONE CO

Confirmatur igitur quod conieci v. 5 in lapide Napocam nominari, non Apulum, et accedit annus, scilicet *Ci*[*l*]*on*[*e*] II *e*[*t*] *Libone co*[*s.*].

135 ad n. 869. Verantius ms. autogr. collocat sic: 'Coloswarini apud aurifabrum quendam non procul a porta superiore' et in optimo ex pluribus exemplis sic proponit tripertitam, quas partes ipse composuit non recte:

D		M
M · AVREL	PAPIA · AVG	cOL · NAP
VI	XIT · ANNIS · IX	
AVRELIA	BONA · CON	XX · MA
RITO	PERFICIEND	VM CV
	RAVIT	

POTAISSA (p. 172. 1014. Eph. II, 304).

136 Tordae rep. a. 1877 in summa arce.

rosa 卐 *rosa*
D I A
NAE
INVICT
FECIT · E D
CRESCE

Erdélyi muzeum 1877 p. 145 (inde Hirschfeld *Mitth.* 2 p. 81).

137 Tordae rep. a. 1875 in fundamentis aedium Velics et illata in gymnasium.

LIBERO PA
R ET LIBERAE
M VLP · FLA
MINS IM
M LIBRAR
ϵ P ϵ

Erdélyi muzeum 1877 p. 145 (inde Hirschfeld *Mitth.* 2 p. 81).

3. 4 malim FLAVINS.

138 Thordi fragmenta duo eiusdem saxi.

sacERDOTALIS DACIAE
IVS EX DVP AVR · IVLIANVS AVR · ANICI
NES AVR · STATILIVS EX DVP AVR · FIRMIDIV
NVS AVR · VALENS AEL · AFIDIVS
EX DVP AVR · VALENS AR · VICTORINVS · EX · EQ
VS SEP · ALEXANDER EX DVP Ar VERVS EX EQ
S VAL · VALENS AVR · FIRMVS EX DV
AVR · VICT VS EX DVP AVR · FLAVIANVS EX IMM AR · MAXIMINVS
AVR · FARNAX EX DVP AVR VIATORINVS AR · SEDATVS · EX M B
*ex c*A AVR · LVCILIVS EX OP AVR · VITAL EX DVP AVR · CRISPVS AVR · CRESCENS
AVR · GAIANVS AVR · CELSVS EX DVP AVR · VERVS AR · IVLIVS EX BERI
*ex s*PEC AVR · MVCIANVS EX CA AVR · VALERIA EM G N AVR · MAXIMV*s* EX ARC AR · QVINTILLIANVS
ex DVP AVR · MAXIMVS EX CA AVR · SABIN AVR PETR · MARCIANVS EX LIB
ex OPT AEL · CASSIVS ///IL SEP · CRISI CAD AEL · VALERIVS EX · CA AVR · VALETINVS EX TVI
ex OPT AVR · LVCIVS EX C · A · AEL · LV DVP AVR DOMNIO EX IMM AEL · MAXIMIA · EX · ESS
ex DVP AVR · AGRIPPA EX C · A · OPT AVR VALERIVS SFI · VOLVSIVS
VS VET EX B F LEG M RA EX SVO POSVIT

Verantius ms. autogr.
Hiatus signa addidi. — II, 14 hiat charta; IL certa sunt. — IV, 12 MAXIMVS SEX, V, 6 AVP traduntur.

Homoród Szent-Márton (p. 179).

139 ara in sellae figuram excisa. Homoród Karacsónfalva (a Homoród Szent-Márton hora una inter meridiem et occidentem) apud rusticum Mihály.

·V / / / / /
SIVS · CWI · VLA
IANO · F · B · COS
V · L · M · P ·

Orban *a Szekelyföld leirasa* (Pestini 1868—1873. 5 voll.) vol. 3 p. 185 q. n. v.; H. Mueller *Archiv für Siebenb. Landeskunde* 13 p. 283; Gooss et Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 34 ad ectypum.

1 quae desunt delevit lapicida is, qui aram ad sellae usum redegit; nam quod Goossius aram ab initio eam formam habuisse contendit, ei tituli mutilatio aperte refragatur. — 2 SIVS rel. om. Mueller. — 3 ANO Mueller.

Mediasch, Schelken et vicinia (p. 180).

140 Kokelburg in ecclesia Saxonum.

VARIS
cOL AVL
LAVD

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 119.

Dorstadt (p. 181).

141 ad n. 968. Quae hic describuntur statuae et anaglypha, hodie servantur in vico vicino Konza apud iudicem Teleki; ibi ea vidit Goossius et accurate descripsit apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 117 seq. Inscriptio iuxta caput Mithrae posita (cuius ectypum mihi misit Hirschfeldius) sic est: IO · (sic qui viderunt titulum neque aliud in ectypo mihi videre videor; vix fuit DO, de quo antea cogitaram) INVI · | DEO · GENITORI | R · N · (non D · N), fortasse *Io(vi) S(oli) invi(cto) deo genitori r(upe) n(ato)* collato titulo III n. 3020 posito Iovi optimo maximo Soli invicto similibusque, item iis quae de θεῷ ἐκ πέτρας traduntur (v. C. I. L. III, 4424. 4543). Altera inscriptio satis recte relata est; pro PR · SA · E in lapide esse videri id quod conieci PRO · SALVTE ectypo inspecto, quod mecum quoque communicavit, observat Hirschfeldius.

142 Dorstadt in curia n. 151 antea, nunc Konzae apud Telekium.

IOI
NITORI · F
EMIDORVS · D
SACER · C · RNS · ARA · A
NIS DM CEDNIA · E · ADL
TOR · HVIVS · TEMPLI PRO SE
ET · SVIS · FECIT

Ectypum vv. 4—7 misit Hirschfeldius parum bene factum; edidit Gooss apud eundem *Mitth.* 1 p. 119.

[*Deo invic*]*to Io*[*vi*] [*ge*]*nitori F*[*l*(*avius*) *Art*]*emidorus d*[*ec*(*urio*)], *sacer*(*dos*) *c*[*o*]*r*[*o*]*natus a*[*r*]*a*[*e*] *A* . . *nis dom*(*o*) *Cedonia et adle*[*c*]*tor huius templi pro se et suis fecit.* — Multa in hac lectione adhuc incerta esse patet. Numen similiter in hoc titulo nuncupatur atque in altero n. 968 ex eodem templo superstite. *Coronatum arae* optime, quamquam ipse invento suo diffidens, agnovit Hirschfeldius; significatur omnino ara Augusti provinciarum Daciarum trium (v. C. III p. 229), quam adhuc credidimus fuisse Sarmizegetusae; sed sicut Galliarum sacerdotes provinciales conveniebant non Lugudunum, sed *inter confluentes Araris et Rhodani*, item Pannoniae inferioris non Aquincum, sed ad pagum agri Aquincensis ubi nunc est Stuhlweissenburg, ut adeo consulto arae toti provinciae communes non intra moenia alicuius urbis institutae esse videantur, ita Daciae sacerdotes et ipsi aedem habuisse possunt in agro Sarmizegetusensi alicubi et ab eo loco cognominati esse. Nomen loci eius latet opinor in A . . NIS. Deinde non videtur in titulo esse quod legit Gooss *do*(*mo*) *Macedonia,* sed *dom*(*o*) *Cedonia*; *Cedonie* in tabula Peutingerana et apud compilatorem eius Ravennatem 4, 17 legitur in via ab Apulo ad Alutam post Acidavam (v. C. III p. 181) crediturque fuisse prope Hermannstadt. *Adle*[*c*]*tor,* ut legit Goossius, quamquam quod in ectypo cernitur A\ ad LA litteras contignatas potius ducit, nihilominus verum videtur; neque enim ignoti sunt collegiorum adlectores (v. vol. VI n. 355; Orelli 2406). Sane optandum est, ut gravissimi huius tituli lectionem viri docti, ad quos ea res pertinet, quam primum stabiliant.

---

143 Dorstadt.

HERMES FECE
Runt VOT · M

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 119.

---

144 Muehlbachense fragmentum apud Goossium *Archiv für Siebenb. Landeskunde* 13 p. 294 omisi.

APVLVM (p. 182. 1015. Eph. II p. 305).

145 ad n. 1028. Epigrammati servato 'in curia prepositi Albe Iulie' subscripta sunt apud Verantium haec: 'haec vetera antiquorum simulacra e 'solo nuper efossa Franciscus Zytas de Zerelyen praepositus Transs. ob 'pietatem soli exposuit ac memorie sempiterne restituit XII. ka. Iunias 'MDXXIIII'. Lectio differt in his: 2 INVICTI — 3 SALV — 8 EXVL.

---

146 ad n. 1057. Verantius in auctario ad Mezerziana n. 165 sic: I · O · M | VIS . . VO | VIRIVS | POSTIM | V · S.

---

147 ad n. 1070. Mezerziana cod. Verantiani vere habent 'Ladislaus Ghereb divi Corvini consobrinus'.

---

148 ad n. 1077. Verantius bis exhibet: 2 REG · MIN] REGINAE Ver. I, REG · MINE Ver. II. — 5 fin. adest \ apud Ver. I vestigium notae centurionatus.

---

149 ad n. 1094. Verantius ms. duobus locis; altero collocat [Albae] in ruinis domus d. Urbani Bathyani in gradu. Uno loco sic optime: LIBERO · PATR | ET · LIBERE · C | MAXIMIVS | IVLIANVS OP|TIO · PRAE · LEG · V | MAC · VISV · MO|NITVS · PRO · SAL|VTE · SVA · ET · SVORVM · L · P; in altero pro PRAE posuit PIEAE. Itaque hic fuit *optio praet(orii)*, id quod tacite restitui in indice p. 1158.

---

150 ad n. 1108. Verantius 2 HIERIBL, 5 AQVENS.

---

151 ad n. 1121. Verantius 1 TVRRANVS, 2 ANT et ARMAMENT.

---

152 ad n. 1134. Effossam esse Sarmizegetusae (ubi eiusdem hominis sepulcralis inventa est n. 1501) Verantius testis est in app. ad Mezerziana n. 151: 'repertum in Hazok et Albam Iuliam illinc allatum ibidemque in arce collocatum'. 1 est FLAVIVS.

---

153 ad n. 1177. Varheli primum vidit Verantius (app. ad Mez. n. 160), postea Apuli.

---

154 ad n. 1180. Verantianum exemplum (app. ad Mezerziana n. 148) habet I PP ut reliqui, 2 VE, 4 seq. ita emendat et auget:

CIPE · PEREG · 7 · FRVM*ent*
SACER · LAVRE*nti patr. colo*
NIAE · PATR*ono rerum publi*
CAR · *fVlginiatium* cet.

In fine CAR · PV . . . codex.

155 ad n. 1181. Verantius n. 213 'in horto d. vicarii Francisci doct.'

156 ad n. 1184. Verantius, qui dat inter Albenses, sic explet:

P · AEL · PROCLVS
VE · LEG · XIII · G
VIX · ANN · *l*V · Ꞇ
ÆL · CLAVDIA
VIX · AN · XL · P · ÆL
PROC*l*NVS *et* · ÆL
PROCLA · PARENTIBVS
PIENTISS · POSVER

3 ANNI · V, 5 XL · Rc · ÆL, 6 PROCLINVS · P (pro Ꞇ) traduntur.

157 ad n. 1188. Verantius n. 205 addit in. D · M, extrema sic habet pleniora: | GEM VIX LXXXV VALENTIVS | IB METRISMES | P.

158 ad n. 1222. Verantius, collocans [Albae] in domo episcopali, legit 6 DIEB et extrema sic profert solus recte:

PRIMVS · AVG
DISP · VIK · B · M

159 ad n. 6265. Origine titulum Sarmizegetusensem esse indeque translatum Budam iussu Matthaei Corvini docui apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 126 allato exemplo, quod Fontius Florentinus a. 1489 excepit a me reperto in codice Ashburnhamiano.

160 'Albae Iuliae me vidente erutum' VER.

IVNONI · SEMLAE
IVL · ALEXANDER
ACTARIS · L · L · XIII · G
Ꞇ · AELIA · VINCENTIA
LIB POS

Verantius in app. ad Mezerziana n. 156.
2 expectes REGINAE.

161 sine loco; praecedit Apulensis n. 978.

I · O · M
VETERANI
LEG · $\overline{XIII}$ · GE
MILIT · FACT
SERVIANO · $\overline{II}$ p. C. 102
ET · SVRA · Ꞇ · ꞆRA p. C. 103
IANO · V · COS
NVM

Inter Mezerziana cod. Verantiani n. 133 (cf. supra p. 61).

162 Karlsburg in coemeterio rep. a. 1878 et translata Hermannstadt in museum Bruckenthalianum.

SOLI · I · M
C · NVMMIVS
AMANDVS
QVI · ET *sic*
TEMPLVM

Reissenberger Hermannstadtensis apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 81. Mihi misit Frid. Mueller.

4 OVI · ET Reiss., QVI · EI Muell. — Intellege sic: (*statuam posuit*) *qui et templum* (*fecit*).

---

163 Maros Porti rep., inde ab a. 1877 Hermannstadt in museo Bruckenthaliano.

sacrificium Mithriacum

qui pro sua sal|VTE MEVIT
ex uot|O POSVIT

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 120.

---

164 Albae Iuliae.

sub simulacro sagittarii

AVR · MVCIANVS · EX · V
STRATOR · COS · POS

Verantius in app. ad Mezerziana n. 157.

---

165 Albae Iuliae in culina domus domini Bathyani.

D M
AELIO GENIA
EX SINGVL
VIX · AN · XXXII
VEXILLARIVS
VALERIVS · LIBR
PRI HERES ET
ATTICVS SEC · HE
B · M · P

Verantius ms.

5 Vexillarius nomen est primi heredis, nisi corruptela aliqua admissa est.

166 inter Apulenses.

DASĀI CENO
BARBI EQ · ALAE
BA*t*AVORVM
EX N SING STip
*x*V *a*N *x*I BERS
NCRNVS DE*c*
EX N EO DEM ER *sic*
RES POSVIT

Verantius ms. bis refert.

1 DASAI Ver. I. — 2 PARBI Ver. I — ALAE Ver. I, hic finiens, A·AE Ver II. — 3 BAAVORVM, 4. 5 STLR | M V N, 6 DEO traduntur.

---

167 'in Lbyaluo(?) terra fragmentum' Ver., referens inter Apulenses.

D
VIP TE
EQ AL S *sti*
P XV · VI*xit a*
XXX
II
V
MAC F
FRA · PIENTI
SIMO
B · M

Verantius ms.

---

168 inter Albenses.

M · FIRMO · BASSIANO · ET
M · FIRMO · SEVERO · VIX
. . . .
. . . .

Verantius in app. ad Mezerziana n. 171.

Adiungitur n. 1184, quae tamen videtur ab hac separari.

---

169 Albae in domo praepositi.

M · VIP SFC *sic*

Verantius ms.

170 Tres tituli privati editi apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 120 hic non repetuntur.

AMPELVM (p. 215. 1016. Eph. II p. 314).

171 ad n. 1289. Tituli iam ex Zalatna translati Hermannstadt in museum Bruckenthalianum Goos apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 121 et F. Mueller in litteris exemplum dederunt emendatum:

DOMNO ET D
MNAE SATRIVS
FELIX B ROC PRO *sic*
SE ET SVoS V S L M

172 Salatnae uno in lapide in duabus faciebus Ver.

satVrNO	*s a t V r*
M · AN*t*O	NO · M · A*n*
NIVS · SA	TO*n*IVS
TVRNINVS	SATVRNI
5 DEC · COL	NVS · DEC
	COL
	V · S · L · M

Verantius in app. ad Mezerziana n. 153. 154.

Traduntur I, 1. 2 M · LVSINO | MANIO, II, 1. 2. 3 VR · RVFVS | NO MA | TOLIVS. Emendavi ad similes n. 1279—1285 et Eph. II p. 314 n. 421.

173 Salatnae.

D · M
CA*l*V*e*N*t*IA · AS*e*LLA
DOMO · V*e*RNA · VIX
AN · XXXV · POSVIT · CA*l*
5 V*e*N*t*IA · MARCELLINA
PATRONA · LIBERTAE
BENE · MERITAE

Verantius in app. ad Mezerziana n. 152.

2 CAI · VINILIA ASILLA, 3 VIRNA, 4. 5 CAI|VINILIA traduntur.

174 Salatnae.

CL · PIAE · DOMO
LAPIAEROM · VIX
ANN · XXXXVII · ET
CL · FIRMINO · FIL
EIVS · VIX · ANN · XIIII
M · IIII · D · X · POSVIT
CAPITO · TRIII · L
CONIVGI · ET · FIL
PIISSIMIS · B · M
h · S · S

Verantius in app. ad Mezerziana n. 155.

2 domus nomen quod fuerit non liquet; cogitavi de FABIA · ROM, quod fortasse etiam in muliere tolerari potest. — 7 patroni nomen incertum. — 10 N · S · S traditur.

GERMISARA (p. 228. 1016. Eph. II p. 315).

175 ad n. 1395. Mezerziana Verantii habent 'in thermis Dioneis 7. Septembris 1495' et legunt 2 NEMORV — 3 in. IO — PERFECTA — 4 MOENITE · PROPTER.

176 in Gyogy, ubi thermae.

NYMPḢS
M · STATI*u*S
PRISCVS
LEGATVS
AVG · PR · PR
V · S · L · M

Verantius ms.

2 STATILIVS traditur. Legatus notissimus est.

177 ibidem [id est 'in Gyogy, ubi thermae'].

FIRMI ___
FLOREN
TINVS
DEC · ALÆ
BOSPO
RANOR
D · D

Verantius ms. bis.

Hiatus notam addidi. — 4 ALE Ver. II.

178 Rumes s. Romosz, qui est vicus a Broos $\frac{3}{4}$ mil. ad orientem, nuper rep. in altari ecclesiae, nunc iacet ante eam.

. . . .
. . . ATENCOES . .
. ENOVM GVR . . .
⦶ V N T . . . . .
MITA
D

Misit Teutsch a. 1875.
2. 3 fuit *faci*ENDVM CVR*aue*RVNT.

SARMIZEGETVSA (p. 228. 1016. Eph. II p. 315).

179 ad n. 1427. Mezerzii codex hic HYGIAE. Legitur in ordine fictarum, et fortasse inducenda est.

---

180 ad n. 1460. Exemplarium unum ex Dacia Budam attulit rex Matthias Corvinus. Vide Fontiana citata supra sub n. 159.

---

181 ad n. 1470. Verantius in auctario ad Mezerziana n. 167 dat pleniorem in fine sic: AB INSTRVM CEN|SVALIBVS ET | CASSIA ROGATA | FILIAE KARISSIM.

---

182 ad n. 1477. Ex Dacia Budam attulit Corvinus. Exemplum a Fontio exceptum a. 1489 edidi loco citato supra sub n. 159 hoc: D · M | C · FVL · SABINI · MIL · LEG · XIII · C · LI|BERTVS · A · RATIONIBVS · VIX · AN · XXX | C · IVL · VALENS · IIVIR · I · D · ET · COMINIA | FLORENTINA · PARENTES · INFELICISSIMI.

---

183 Varheli.

GENIO
LIB · E · SERVORVM
P · PVBLICIVS
ANTHVS · E · PVBL
CLETVS · D · D · D

Verantius in app. ad Mezerziana n. 161.
Intelleguntur liberti et servi publici.

184 Varhély rep., nunc Schaessburgi in gymnasio.

ioui? ET · NEPTVNO
dis MAGNIS SACR
p h i l o MVSVS · AVGVS
ti n. ad IVTOR · TABVL ·
u o t u M · S · L · M

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 123.

---

185 Varhély rep., destinata museo episcopi Lugosiensis.

I O M
A E T E R N O
Q · ATIVS ANHM
AVGVST · COL
V · S · L · M

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 122.

---

186 in Oztro.

MINERVÆ · AVG
C · SEMPRON · V*r*BANVS
PROC · AVG

Verantius ms. archet. et apogr. n. 177.
Versuum divisio mea est. — 2 VBANVS traditur. — Eiusdem est n. 1298.

---

187 Varheli.

SOLI · INVIC
L · DOMITIVS
PRIMANVS
V · S · L · M

Verantius in app. ad Mezerziana n. 162.

---

188 Varhle.

i m p. c a e s
m. a u r. a n t o n i n o a u g
pont. MAX · TRIB *pot. .. imp. .. cos. .. pro*
*c*OS · ARMEN · MED *parth. max. diui*
ANTONINI · FIL · DIVI · *ueri parth. max. fra*
*t*RI · DIVI · HADR · NEP · DIVI · *traiani parth*
PRONEPOTI · DIVI · NERVAE *abnep. co*
LONIA · VLP · TRAIAN · AVG · DAC
ANCIPITI · PERICVLO · VIRTV
TIB · RESTITVTA

Verantius in app. ad Mezerziana n. 163.
2 in. 4 in. hiatus non significantur.
Intellege de bello Marcomanico.

189 Varhély rep., hodie Schaessburgi in gymnasio.

pro salute imp. caes
*m. aureli antonini p*II · FELICis
*aug. parth. max. b*RITT · MAX
VCI S

Ectypum vidi. Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 123.

3 [*Fortunae red*]*uci* [*eiu*]*s* proposuit Hirschfeldius; potest item nomen aliquod inesse, vel [*fili diui Severi et coni*]*ugi*[*s eiu*]*s* [*Iuliae.*

---

190 Varheli.

P · LICINIO · CORNE
LIO · VALERIANO
NOBILISSIMO · CAES
FILIO
IMP · CAES · P · LICINI
EGNATI · GALLIENI
PII · FEL · INVICTI · AVG
COL · VLP · TRAI · AVG
DACICA · SARMIZ
METROP · PVBLICE

Verantius in app. ad Mezerziana n. 159.

---

191 Varhély rep., destinata museo episcopi Lugosiensis.

TIB CL · IANVARIVS
AVG · COL · PATR · DEC · I
PICTVRAM PORTICVS
ET ACCVBITVM ITEM
CL · VERVS · FILIVS EIVS
PROPORTICVM ET CVL *sic*
NAM ET FRONTALEM
EX SVO FECERVNT

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 122.

Decuria prima omnino intellegitur collegii fabrum, nam eius in titulis Sarmizegetusensibus cum decuriae tum patroni passim memorantur. Itaque honor dupli quoque extra rem militarem rarissime inventus non ad Augustales referendus est, ut voluit Hirschfeldius, sed ad fabros. Porticum cum accubito habemus item in titulo Carnuntino III, 4401; *proporticus*, quam Hirschfeldius recte composuit cum προστῴῳ, et *frontalis* alibi non reperiuntur.

192 Varhel.

D · M
VLPIAE · DVBITA*t*AE · VIXIT
ANN · XL · ET · VLP · GEMEL*l*INO
VIXIT · ANN · LX · *p*ARENT*i*B
ET · IVST*i*AE · INGE*n*VAE *v. a.* XXX
CONIVGI · ET · IVSTIAE · SEXTILIAE
FIL
VLPI · DVBITATVS · ET · GEMELLI*n*

Verantius ms. archet. et apogr. n. 179.
2 DVBITAIAE, 3 GEMELIINO, 4 TARENT · B, 5 IVSTAE INGEMVAE VXXXX, 8 GEMELLI| (charta lacera) traduntur.

---

193 Varhély.

ID XXIIII VIE
S LIB · AVGG ·E
TATA · D · D · N *n*

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 123.

---

194 Titulos editos a Goossio apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 123 n. 21. 22 omisi.

TIBISCVM (p. 246. 1017. Eph. II p. 319).

195 ad n. 1553. Mezerziana haec 3 IVCVND . . S, praeterea ut Vind.

---

196 ad n. 1554. Mezerziana haec ita: IARSE · CES · VIX | ANN · L · P · IVLIA | SVCCESSA · CONIVGI | B · M.

---

197 Zsuppae (inter Zsuppam et Csuttam et ostia Bistrae fluvii castri Romani rudera conspicua repperit Ortvay) rep. a. 1875, dum instauratur ara maxima ecclesiae Graecae orientalis, nunc ibi apud dominum de Cupra.

patroni
*sarmizeg*ETVSE · E NAP*o*
*ce ur*BIVM · FILVS · MO
destus? SECVNDIO · E
*ques equ*O PVBLCO · E · DEC
coloniae S A R M Z E G E T V *s*
pro SE · V · L · S

Charta pellucida a domino saxi sibi expressam inscriptionem misit Th. Ortvay, qui verba quaedam edidit in opusculo *Tibiscum Helyfekvése* (Budae 1876. fol. pp. 48) p. 38.

In legendo non puto erravisse me, quamquam si qui ipsum lapidem examinabit homo peritus, in marginibus plura elementa reperiet quam quae in ectypo ego agnovi. In restituendo tenendum est aut praeter consuetudinem a patris nomine secundo casu scripto titulum incepisse et gentilicium filii excidisse 2 fin. 3 in. aut, ut posui supra, honores patris nomini filii insertos fuisse. 2 in. B dimidiata non satis certa est; possis temptare *Nap*[*ocens*]*ium*, sed parum concinne id iungitur *Sarmizegetuse*.

---

198 Zsuppae a. 1875 ex moenibus castri Romani extracta. Hodie Zsagaszén apud dominum Iakabfy.

VIT
AN XXX
TICIA
HERES·CAD
DES ///NAS
VETE · VIX
F · IVL X
X E R ∖ E
C O N I V X

Th. Ortvay ed. in libro de Tibisco (v. n. 197) p. 38.

Tabellae huius tenuis et diffractae fragmenta non recte composita sunt.

DACIAE INCERTAE (p. 253. 1018. Eph. II p. 321).

199 ad n. 1614. Verantius bis dat sic: Cibinii apud Io. Nigrum.

I · O · M · D
EX · PRAECEPTO
NVM · AESCVLAPI
SOMNO · MONIT
VETVRIVS · MARCI
AN·VE L·X^{III}·G·P·S·S·SVORQ

3 AESCVLAPII Ver. II. — 6 L·XIII·G Ver. II, LX^{u}G Ver. I. — P·SS Ver. II, P·S Ver. II. — SVOR⊙ Ver. I.

Viae Daciae (p. 256).

200 ad n. 1627. *Curator viae Traianae Pataesinae* nominatur in titulo inedito reperto Triventi in Samnio, qui aliquando prodibit in vol. X n. 2600. *Potaissa* quae indigenis dicitur cum in titulis extra Daciam repertis et apud auctores dici soleat *Patavissa* (v. vol. III p. 172 et n. 2086), ut similiter *Aeclanum* indigenis extraneis est *Aeculanum*, *Teruentum* indigenis extraneis *Tereventum*, ex Patavissa fieri potuit Patavesa vel Pataesa. Significatur igitur via, quam Traianus instituit Potaissa Napocam.

Tegulae legionum et cohortium (p. 256. 1018. Eph. II p. 322).

201 ad n. 1629, 15. Tegula haec legionis XIII geminae reperta est item Blutroth in valle fluvii Spring. Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 116.

---

202 ad n. 1630. Tegulas inscriptas LEG · V · MAC in vico Maros Bogat (supra Salinas a Maros Gecze ad orientem) in ecclesiae pavimento multas cerni ait Blasius Orban in libro citato ad n. 139, unde excerpsit Gooss *Archiv für siebenb. Landeskunde* 13 p. 267 et apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 30.

---

203 ad n. 1633. Sováród in valle summa minoris Kokel (ubi prodiit titulus n. 6256) tegula reperta est inscripta C P ALP et inde illata in museum Klausenburgense. Gooss *Archiv* 13 p. 311 et apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 31.

---

204 ad Eph. II p. 325 n. 473. Non NER, sed NCR in tegula legi ipse Goossius observat apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 35.

---

205 in dextra ripa rivi Berezk in ruinis castrorum Romanorum, ubi item repertum est diploma n. XV.

a COH I BRAC

b COH BRAC

a Orban in libro citato ad n. 139 (inde Gooss *Archiv für siebenb. Landeskunde* 13 p. 266 et apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 33); Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 113.
b Gooss l. c. p. 114.
Cohors ea a. 134 in Moesia inferiore castra habuit (v. III p. 1149).

---

206 Kleinschenk in castris Romanis rep. [Schaessburgi in gymnasio].

C III B

Gooss *Archiv für siebenb. Landeskunde* 13 p. 308 et apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 35.

Similis tegula *coh* III BRIT prodiit ex ponte Traiani intra Turnu Severinului et Kladovam (n. 1703, 3).

207 in ruderibus castrorum Romanorum ad Berezk rep.

COH HIS

Gooss apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 113.

De Hispanis in Dacia tendentibus v. III p. 1151. Tegula haec fortasse est cohortis secundae, cuius alias ex Dacia (n. 1633, s. 9) et ex ponte Traiani (n. 1703, 1) ante habueramus.

---

208 Ad instrumentum Daciae quae pertinent reliqua edita apud Goossium *Archiv* 13 p. 310. 318. 321 et Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 32. 120. 121 n. 11—14. p. 124 n. 23—28 hic omittuntur.

MOESIA SVPERIOR.

VIMINACIVM (p. 264. 1021. Eph. II p. 327).

209 ad n. 1647. Monuit me Th. Ortvay Pestinensis per litteras Kullitsch vicum non in sinistra, sed in dextra ripa Danuvii positum esse.

---

210 Orasje (Nufswald) in dextra ripa Moravae non ad ipsa ostia eius. Ibi oppidum Margum collocat Ortvay, contra Margum castellum, ubi nunc est castellum Kubin in sinistra ripa Danuvii.

I · O · M
M · ANTON*i*
VS · NARCIS
SVS · DE · SVO
POSVIT · ET
P O R T I C V S
FECIT

Th. Ortvay *Margum es Contra-Margum helyfekvése* (Budae 1876 pp. 70) p. 55.

2 MANTON traditur.

211 Kostólacs apud parochum.

statua mulieris
alta m. 0.60,
lata m. 0.22

sphinx
in basi
rotunda

DEAE SA*nc*TAE NEM

Sigismundus de Ormós et in actis soc. Hungariae meridionalis *Törtenelmi ú Regeszeti Ertesitö* 4 (1878) p. 115 q. n. v. et in libello *die Alterthümer von Viminacium* (Temesvar 1878. 8. pp. 22) p. 17.

SAISTAE traditur.

---

212 Kostólacs in curte parochi.

racemi cum uvis

stella intra arcum

D M
q. HELVIVS PROB[VS]
VET LEG VII CL
VIX AN · LIII
co- H · S · E *co-*
lum- PONTIA OPTAT *lum-*
na CONIVGI SVO PI *na*
ENT · BENEMER · POS
Q · HELVIVS OPTATVS
PAR SVO PIENT
POSVIT

Theodorus Ortvay Pestinensis misit; edidit Sigismundus de Ormós *Törtenelmi* cit. p. 115 q. n. v. et *die Alterthümer von Viminacium* p. 16.

2 Q] O Ortvay, om. Orm. — PROB Orm. — 5 H · S · P Orm. — 6 OPTA Orm. — 8 ENT] EN Orm. — 9 Q · Orm., O Ortv. — OPTAM Orm. — 10 PIENT Ortv., PIBEME Orm. — 11 sic Orm., OV Ortv.

---

213 Kostólacs apud parochum in stabulo.

D M
R AT P I N A
VALENTI · VIX
ANNIS · VIIII
MATER · RVFINA E
EFEVAL · CIITI ·
P B V M · E

Theodorus Ortvay Pestinensis descripsit et misit; Ormós *Törtenelmi* cit. p. 115 q. n. v. et *die Alterthümer von Viminacium* p. 17.

2 RVPINA, 3 VALENTI, 4 VIII, 5—7 MIR · RVF MAT · | EF · VAL · GIIFI · | P · B · M · I Orm. — Sic fere fuit: *D(is) M(anibus). Rufina Valentii (ancilla) vix(it) annis VIIII. Mater Rufina et Fel(ix) Val*[*en*]*ti p(ater) b(ene) m(erenti)* [*f(ecerunt)*].

NAISSVS (p. 267. 1024).

214 Naissi rep. ad portam oppidi collapsam.

*m*AR*t*IALI CAN
IVISU/ MIIMO
RIA POSVIT

Delineatam ab A. Bugarski ed. Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 112.
1 NARIIALI traditur.

Gratschanitza (p. 269). *Banjska. Orachovaz.*

215 Lipljan prope Gratschanitzam in ecclesia.

PRO · SALVTE · SVA · ET
SVORVM · *corneliorum?*
. . . . EBVRNIA*e*
EGN . . . . ATIAE · FILIO
RVM · ET · AELIAE · BONAE
CONIVGIS · ET · A*n*TON*i*
AE · VICTORINAE · N*u*
RVS · *et* CORN · LVC*i?*
AE · SOROR · EX · V · P

Hilferding *Bosnia, Hercegovina i Stareja Serbia* (Petroburgi 1859) q. n. v. (inde Jireček apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 67) edidit una cum n. 1694.
Hiatum initio significavi coniectura. — 2. 3 SVORVM · EBVRNIA traditur; certe nomen filii excidit. — 6 ATON, 7. 8 N|RVSTE, 8 LVC traduntur.

---

216 Banjska distr. Nowipazar a Prischtina ad septentrionem.

D M
VOCONIA*e epi*
CARIS VIX
ANNIS X'/
*e*ROS MAE
SI
CONIVGI
PIEN*t*ISSIMAE

H. Sterneck *Geographische Verhältnisse, Communicationen und das Reisen in Bosnien, der Herzegovina und Nord-Montenegro* (1877) in tabula quarta.
1 D N, 2 VOCONIA, 5 ROS, 8 PIENISSIMAE traduntur.

217 Orachovaz hora una a Prisren ad septentrionem in vetere Serbia in monasterio Turcico.

D · M
AVR · CA*t*V
*l*A · VIXIT
ANNIS XX
POPAA
F · B · M

Iastrebov Prisrenensis in eph. Belgradensi *Glasnitz* vol. 42.
2. 3 CAГV|IA traditur.

---

218 Orachovaz una cum n. 214.

vir mulier
D · M
SCERVIAE
DVS SITAES
VIX AN XXX
INTERFEC*t*VS
A LATRONI
BVS SITA PA
SIP*i* · P · ET SIBI
et CAIA*e* D/
SI CONIV
GI B · M · VI
VS F · C ❦

Iastrebov edidit una cum n. 214.
5 INTERFECIVS, 8 SIPF, 9 FICAIAFD∼, 12 F · C · O traduntur. — Patris nomen Sita redit apud Dionem 51, 23 in rege Dentheletarum; filii componi potest cum noto Scerdilaedi. V. 8 solve *p*(*ater*).

SCVPI (p. 269. 1024. Eph. II p. 330. 478).

219 Bardofze (hora una a Skopia) ad molendinum rep., est ibi *im Hofe des Haremliks.*

figurae tres
C · VIBIVS · ARATOR
MIL · FR*u*M · LE*g* · VII
C · P · F · MIL · ANN · XVII
VIX · ANN · XXXX
H · S · E
IVLIA · OBVLCIIA
FI*l*IO · PIISSIMO
F · ❦ · C ·

Kenner *Sitzungsber. der Wiener Akademie* vol. 80 (1875) p. 275 a Lippichio.
2 LEC, 7 FIIIO traduntur.

VIAE MOESIAE SVPERIORIS (p. 269. 1024. Eph. II p. 334).

220 col. mil. Skopiae in aedibus Teké Schemseddin parieti inserta.

traditur:	*fuit fere:*
/ \\// CAESAR//	IMP · CAESARI
DIVITRA!/////PART/	DIVI·TRAIANI·PARTH·F
DIVI NERV/////PPoTi	DIVI NERVAE · NEPOTI
TRAIANO . . . IIA . . O	TRAIANO HADRIANO
AC PMTII	AVG · P · M · TRIBV
IC . . OP	NICIA POTESTAT . . .
CO	· COS . . . .
M I T	M P Ī . .

Frid. Kenner *Sitzungsber. der Wiener Akademie* vol. 80 (1875) p. 274 a Lippichio.

221 col. mil. Skopiae in aedibus Teké Schemseddin.

traditur:	*fuit fere:*
Γ Γ	IMP · CAES
D . . . . . DEI	DIVI HADRIA
N II C DEVI	NI · F · DIVI
TRAIAN NE	TRAIAN · NE
POS . . VI NER	POS · DIVI NER
. . . OTE	VAE PRON · T ÆL

Kenner *Sitzungsber. der Wiener Akademie* vol. 80 (1875) p. 274 sq.

Instrumentum (p. 270. 1024. Eph. II p. 335).

222 ad n. 6326 = Eph. II n. 508. Tegulas duas ex Viminacio fortasse adlatas Kubini apud Despinitsium charta expressit Ortvay eaque ectypa misit. In altera evanida admodum |G IIII F F vel FL videre mihi videor; in altera est LEG III| litteris certis, sed pravis.

223 tegula Viminacio fortasse adlata servatur Kubini apud Despinitsium.

LEG VII CL · RENO
TEMP OV · COR · DV

Descripsi ad ectypum quod misit Ortvay. Fortasse in fine versuum litterae quaedam desiderantur.

Leg(*ionis*) *VII Cl*(*audiae*)*: reno*(*vatum*) *temp*(*ore*) *Ov*(*inii?*) *Cor*. . . *du*(*cis*). Formula *tempore ducis* nuper innotuit ex tegulis Pannonicis infra editis. Nomen ducis mihi novum est, nec magis in tegulis renovandi vocabulum umquam legi, neque vidi adhuc litteram L sic figuratam in tegula saeculi quarti.

DALMATIA.

I. Opitergio a. 1876 sponte sua ad me misit vir generosus comes Paulus Porcia Amalteo syllogen inscriptionum bibliothecae suae domesticae scriptam saec. XVIII, sed quae composita esse videatur saec. XVI; insunt epigramma Tubingense a. 1516 et tituli quidam sepulcrales aetatis recentis ad a. usque 1544. Inscriptiones antiquae quae in ea continentur non paucae proficiscuntur ex syllogis saec. XV exeuntis incipientisve XVI; adsunt Polensia Sanuti, Tergestina Antiqui, Hispana aliaque pariter inutilia omnia exceptis solis Dalmaticis, a quibus sylloge incipit. Reperiuntur ex Dalmatia tituli hi n. 1935. 1945. 1951. 1961. 1979. 1981. 1985—1987. 1995. 2023. 2027. 2035. 2043. 2051. 2094—2096. 2100. 2125. 2135. 2142. 2159. 2168. 2172. 2175. 2180. 2188. 2189. 2191. 2200. 2204. 2217. 2232. 2243. 2249. 2256. 2272. 2277. 2310. 2315. 2332. 2354. 2359. 2365. 2386. 2397. 2402. 2404. 2406. 2407. 2411. 2423. 2424. 2456. 2465. 2475. 2486. 2501. 2506. 2507. 2520. 2523. 2536. 2545. 2546. 2551. 2555. 2557. 2576. 2584. 2594. 2607. 2614. 2618. 2676. 2678. 2686. 2696. 2979. 3096. 3199. 6406. 6425. 6426. 6428—6431. dipl. n. VII. 130*—136*, item qui infra eduntur adhuc ignoti. Loci indicationes accuratiores saepe deficiunt versusque continuantur; descripta tamen exemplaria haec esse apparet ex recte factis quaeque ligaturas accurate repraesentarent. — Redeunt in Dalmaticis his complura relata apud Marulum, cuius item versio a. 1510 ea de qua diximus p. 274 legitur in hoc fasciculo; sunt in ea alia a nobis reperta in cod. Ambros. C 61 inf. vel apud Anonymum Lucii, denique non pauca adhuc nota ex solis schedis Spalatinis Zaccariae schedisve Rotae. Et ea quidem quae ex Marulo Ambrosiano Lucio innotuerunt ex his exemplis raro emendantur; contra schedis Spalatinis vel certe relatis inde a Zaccaria Rotaque libellus Opiterginus longe praestat potueruntque ita tituli hi passim emendari. Ceterum satis constat hunc librum non esse ipsum Spalatinum a Zaccaria adhibitum; sed eum qui scripsit, haec schediasmata vel horum gemella compilavit.

II. Eiusdem syllogae fragmentum Bormannus repperit Pisavri in codice bibliothecae Oliverianae n. 466, cuius deinde apographum a bibliothecario Grossio diligentissime factum nobis misit studiorum nostrorum fautor insignis marchio Cyrus Antaldi. Paginae sunt undecim, quarum octo primae scriptae sunt manu saec. XVII incipientis, nona et decima manu Passerii, undecima manu Hannibalis Olivieri. Insunt ex Dalmatia tituli n. 1945. 1961. 1981. 1986. 2035. 2043. 2051. 2095. 2096. 2100. 2142. 2249. 2277. 2397. 2423. 2456. 2520. 2676. 2922. dipl. n. VII. 130*—136*, qui praeter vulgatissimum n. 2922 omnes redeunt in libro Opitergino.

III. Ex collectaneis Fortis, quae supra (p. 60) dixi iam nostrae bibliothecae illata esse, ad Dalmatiam spectant primum folia tria continentia inscriptiones Iadestinas undeviginti, quorum item apographum relatum est in syllogen epigrammatum CCXIII n. 181—199; deinde in volumine foliorum 168 plena sylloge inscriptionum Iadestinarum cum enarratione admodum

verbosa, scripta saec. XVII parte posteriore, cum laudentur praeter Gruterum Ursati monumenta Patavina edita a. 1652. Tam folia illa tria quam sylloge haec veniunt a GLIVBAVAZIO, cum et in erroribus respondeant Iadestinis, quae ex Gliubavazianis per Lucium innotuerunt (vol. III p. 275 c. XXVI), et Fortis quoque testetur Gliubavaziana se accepisse a Gregorio Stratico Zarensi (l. c.). Folia autem tria illa omnino sunt 'schedae antiquae', quas Gliubavazio (ut ait f. 161') 'de re antiquaria optime meriti I. C. Francisci 'DIPHNICI [v. vol. III p. 275] . . liberali humanitate videre contigit'; sex enim inscriptiones, quas Gliubavazius l. c. inde excerpsit, in foliis illis plane eadem forma redeunt. Id ipsum confirmatur ex iis quae adnotavimus infra ad n. 2916, unde etiam intellegitur sub Gliubavazii nomine apud Lucium tam Diphnici quam ipsius collectanea comprehendi. — Tam in Diphnici quam in Gliubavazii schedis Iadestina quaedam referuntur adhuc ignota, quamquam pleraque per amicum utriusque Lucium pridem innotuerunt. Ex reliqua Dalmatia quae in commentariis afferuntur inscriptiones Gliubavazius non tam ex editis sumpsit quam ex syllogis titulorum scriptis quae tum in Dalmatia circumferebantur, id est ex schedis Dacicis a Carolo Verantio sibi exhibitis (f. 64. 79') et ex Lucarianis Salonitanis (f. 79'). Ex illis quae affert, omitti potuerunt, cum Verantiana iam ipa habeamus. In Salonitanis Gliubavazius pendet ex eo auctore, qui nobis dicitur liber Spalatinus; id quod praeter infra afferenda inde colligitur, quod Polensis titulus III n. 177*a etiam a Gliubavazio Salonis tribuitur. Sylloge ea saec. XVI summae in Dalmaticis utilitatis tum cum syllogen edebamus non nota erat nisi per Zaccariam (vol. III p. 276) Rotamque (vol. III p. 1026) admodum imperfecte. Ad ea excerpta iam in supplementis his praeter Opitergina et Pisaurensia, de quibus modo exposuimus, ea quoque accedunt, quae ex eiusdem generis libro Gliubavazius decerpsit. — Praeter Gliubavaziana inter Fortiana collectanea eorum titulorum, quos ipse Fortis in Dalmatia excepit, quidam in syllogen CCXIII epigrammatum relati sunt (sine numeris post n. 172). Accesserunt inde fragmenta quaedam Naronensia exigui momenti.

IV. LJVBIČIVS inscriptionibus musei Zagrabiensis, de qua sylloge edita a. 1876 infra dicetur, Dalmaticos quoque titulos musei eius inseruit. Accedunt ad eos quos ipse vidi Agrami (v. eph. II p. 336) n. 1905. 1993. 2061. 2110. 2350. 2399. 2437. 2671. 163*, item fragmenta quaedam a Ljubicio primum edita, nam pleraque, de quorum origine Ljubicius ait sibi non constare, sine dubio ex Dalmatia adlata sunt. In his autem quae accedunt vix quicquam inveni, quod in hoc auctarium referre operae pretium esset.

V. Michael GLAVINIČ Spalatensis praefectus musei Salonitani postquam titulos per a. 1875—1876 in Dalmatia repertos publici iuris fecit in ephemeride *Mittheilungen der K. K. Centralcommission, Neue Folge*[1]) vol. 3 (1877)

[1]) Vol. 1 (1875) p. III—VII quae leguntur effossa a. 1873, redeunt fere aut in auctario additamentorum p. 1061—1062 (qui tituli indicibus antea typis impressis inseri non potuerunt) aut in eph. vol. II; item quae in eodem volumine p. XLV—L adsunt effossa a. 1874, in idem Ephemeridis volumen fere omnia recepta sunt.

p. CXXX. CXXXI et vol. 4 (1878) p. XLV. XLVI. LXXXI. LXXXII, consilio et studio cum aliorum virorum doctorum Dalmatarum tum maxime eius, summa vero cum utilitate artis nostrae a. 1877 instituta est ephemeris inscripta *Bullettino di archeologia e storia Dalmata*, cuius cum haec scripsi ante oculos habui primi anni n. 1—9 p. 1—144. Ibi cum collecta prodeant quaecumque in apricum dies profert in Dalmatia universa, ego ex insigni messe potiora tantum selegi; neque enim iam verendum est, ne recens inventa mox denuo abscondantur et quodammodo evanescant. Aliunde accepta quae ad Dalmatiam pertineant omnia publici iuris feci.

Falsis Dalmatiae addendus est titulus qui dicitur repertus esse in colle Spas prope Knin, adservatus deinde Knini apud quondam Steph. Petrovič, ex cuius schedis edidit Glavinič *Bull. Dalm.* 1878 p. 104:

imp. caesar d(ivi) f(ilius) | ninienses sub |
pot(estatem) p(opuli) r(omani) red(egit)

Scilicet ut mittam D pro DIVI, tituli ita non loquuntur. Ninienses profecti sunt ex Ninia Strabonis 7, 5, 5 p. 315, quam Kninensis nescio qui homo patriae adserere cupiit.

DOCLEA (p. 283. Eph. II p. 478).

224 ad n. 1706. Vidit Bogišič Docleae ad portam inter septentrionem et orientem; excepit sic:

F // A V I A
C · F I L I A

*s i*Б · P O S
L · D · D · D

---

225 ad n. 1707. Ragusam lapidem transtulit Bogisičius et ectypum misit. — 3 PIEAITISSIME (pro PIENTISSIME) et 5 MTNVS vere ita sunt in lapide quadratario errante.

---

226 ad eph. II p. 478 n. 1056. Bogisičius, qui suum fecit titulum et transtulit Ragusam, ectypa misit. 2 DECVRION · IEPIDIA (*sic*), 3, ut emendavimus nos coniectura, CA[S]SIA, 4 PATRI lapis.

---

227 inter rudera Docleae inter confluentes Zetae et Moracae.

VENER*i*
AVG
SACRVM
FL · BASSILLA

Bogišič descripsit misitque ex Ragusa a. 1875.

228 Podgoritzae in coemeterio Serbico.

D · M · S
CL · ANICETO
MARITO PIENTISSIMO
CL O*ly*MPIA VXOR
MEMORIAM POSVIT
QVI VIXIT AN · LVIII
M · VIII DIE*b* V*ii* HAS
PRO MERITIS AEDES
CARISSIMO CONIVGI
MEMORIAM POSVIT

Bogisičius descripsit imperfecte festinans.
4 OCSMPIA, 7 DIER (R dubia) VM HAS traduntur.

---

229 parva tabella rep. Docleae, fuit Podgoritzae dimidia hora a Doclea apud cauponem quendam; hodie Ragusae apud Bogisičium.

D · M · S ·
IADESTINVS
BAEBIOR · SER ·
SIB · E · S · V · F · *sic*

Descripsi ad ectypum, quod Bogisičius misit a. 1875.

---

230 Podgoritzae in aedibus Stephani Štetibrazdič.

|EMELLII

Bogisičius misit.

NARONA (p. 291. 1029).

231 ad n. 1795. Hodie Avignoni in museo Calmetiano, ubi descripsit O. Hirschfeld. Legit 1 S · I · M · P, 2 suspicatur fuisse ESSEDARIVS.

---

232 ad n. 1806. 2 in. PON, 4 OS ø CEN Fortis.

---

233 ad n. 1843. N · S · TAIVS | ANTERONI L · S Fortis. Guarnierius in schedis (cf. vol. V p. XVIII) excepit sic:

N · STAN . .
ANTERONI · I ·

234 inter Naronenses.

FROMBONI
VALENINI
S · GEMELVS
S · V · S · L · M
PRO · FI · RESTIT

Fortis descripsit.

Numinis nomen novum est, modo recte exceptum sit.

---

235 inter Naronenses.

L · AEN
DOMO · M
CREMON

Fortis descripsit.

---

236 in cippo ingenti, qui tertia fere parte mutilus longus est m. 0.86, altus m. 0.93, crassus m. 0.80. Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

O · ARIMN
MIL · LEG · $\overline{XIII}$ · DONAT · TORQ
ARMIL · PHAL · ET · 7 · COH · Ī ·
CAMP · AN · LX · T · F · I · POSIDON
ET · PRVNICVS · LIB · POSVER
ET · ALI NE H · S · E

phalerae torques armillae ocreae

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 12.

..... *[Front]o(?) Arimin(o) mil(es) leg(ionis) XIII donat(us) torq(uibus) armil(lis) phal(eris) et (centurio) coh(ortis) I Camp(estris) an(norum) LX t(estamento) f(ieri) i(ussit). Posidonius et Prunicus (= Phrynichus) lib(erti) posuer(unt) et ali ne(mini). H(ic) s(itus) e(st).* Milites legionarii ad centurionatum cohortis promoti raro reperiuntur; nam praetorianis potissimum aetate imperatoria is processus patuit.

---

237 prope Vido *nella testata del ponte sul fiume Norino.*

CHO · XI · GALL
DOMO · PATAVI
ANN · XLVI · STIP ·
XV

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 16.

Cohors adhuc opinor ignota.

238 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

protome

C · PVBLICIO
ROMANO
DECVR · ANN · XXX
C · LICINIO · EXPECTATo
PVBLICIAE · ILVRICAE
ANN · V · INFELICISSIMA
MATER · FILIS · ET · NEPOTIAE
V · F · ET · PATER · INFELIX · SENEx

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 12.

---

239 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

SEX · PVBLICIO
SEX · L · SECVNDO
IIIIII VIR
SEX · PVBLICIVS
HESPER · VIVIR · LIBERT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 13.

---

240 Naronae rep.; Nicolaus Vlačić parochus Metkovićensis dedit museo Spalatino.

*s*ATVRNINO AC
TORI · SATVRNI
ANVS · ET · VALERI
A · PATRI · RARI
SSIMO

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 16.

---

241 Naronae.

|EDIVS · P · L · ADIVTOR · P · /AS//|
|INIDIVS · C · L · HIERONOMVS · L · CER|

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 17, *Mitth. der Centralcommission* 1878 p. XCIV, ubi dedit ligno expressam.

---

242 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

AQVILLIAE · L · L · MYRSINE
EXORATAE · L · F ·
LVCVLLA · L · F · TIGRIS ·
MATRI · ET · PATRI · ET ·
SORORI · ET · FRATRI ·
FECIT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 13.

Puto alterum titulum deficere qui nomen patris *L. Luculli* .... fratrisque contineret, clausulam autem 3—6 in utroque pariter perscriptam fuisse.

243 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

ATILIA · TRA
NQVILLA · ET
ATILIVS · THESEVS
VIVI · FECER
SIBI · ET · SVIS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 13.

---

244 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

MAXIMVS LVP
VLAE COIVGI IN
COPARABIII BENA *sic*
E MERENTI FEC
ET CON OVA VIXI *sic*
T ANNOS
PLVS MINVS XX
ET FILIAE MAXI
MAE OVAE VIXI
T ANNOS PLVS
MINVS IIII

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 14.

Maximus Lupulae coiugi incoparabi[*l*]*i benae merenti fecet con* [*q*]*ua vixit annos plus minus XX et filiae Maximae,* [*q*]*uae vixit annos plus minus IIII.*

---

245 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

D · M · S ·
MVCIO FILVMENO
MARITO · RARISSIMO
ET · MVCIAE · PRO
CVLINAE FILIAE
PORCIA PROCVLA
B M VIVA FECIT
SIBI ET SVIS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 14.

---

246 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

D · M · S
PHILETE · B ·
MERITAE
P · MESCENIVS ·
SEVERIANVS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 15.

247 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

T · PVLLICVS
RVFI · F · ROM
C · PVLLICVS
T · F · ROM · A · XXIIII
Q · PVLLICVS · T · F
SALVIVS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 15.

De gentiliciis formae Histricae in *-cus* dixi vol. V p. 44. Dalmata hic homo non fuit, cum tribus Romilia ibi non inveniatur.

---

248 Naronae.

NIA SECVN
I · AVONCVLO
cons VBRINO
s. P · F

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 17.

---

249 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

VALERIAE
PIAE · AN · XII
SPEDIA · PRO
CVLA · MATER
FILIAE · PIENTISSI
ME · ET · VALERIO *sic*
TAVRO · CON
IVGI · ET · SIBI ·
ET · POSTERIS
SVIS · VIVA
FECIT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 15.

---

250 Naronae rep. in effossionibus a. 1877.

· D · M ·
VIC · TORI
FILIO PIENTIS
SIMO · VIXIT ·
ANN · XX · DI · E · B ·
XVI · EVTYCHES
ET · VRSVLA · PA
RENTES · ET · SIBI ET
SVIS VIVI FECERV
NT
ascia

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 16.

251 inter Naronenses.

D ❦ MAN
C · FR LVC\
I · L F · SO · RO
RI PIENTIS
SIM*e* TITV
LVM POSV
IT D AN XXVI

Fortis descripsit.
5 SIM · F traditur.

Ora a Narentae ostiis ad Salonam (p. 300. 1029).

252 ad n. 1894. Fortis exemplum licet bonum non habet quod hodie utile sit. Legit 1 fin. R . . IS — 2 fin. LATEX — 14 SAP . . . . SENIEFONTIS.

Ljubuški et vicinia (p. 1029).

253 Čerin, ubi fuit monasterium.

SILVAN
AVG
SACR

Bakula *Bull. Dalm.* 1 p. 75.
In altero exemplo 1 est SIAN.

---

254 prope Ljubuški ad pontem novum fluvii Mlade (quo nomine appellatur pars superior fl. Trebišat) in ripa dextra in aedicula S. Eliae.

|SI MEM|
| /PATRI |
decu|RIONI MV|*nicipi*
bene m|ERENTI|

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 53.

SALONAE (p. 304. 1030. 1061. Eph. II p. 337).

255 ad n. 1974. Hodie Avignoni in museo Calmet, ubi descripsit O. Hirschfeld. Legit GA · I · | P O · S

256 ad n. 1985. Clissiae in S. Mariae in basi altaris OPIT.; ad ecclesiam Clissii GLIUB.

PVBLIO · BALSAMIO
SABINIANO · C · P
TRIB · LATICL
FILIO · AVR · SABINIANI · V · E ·
PROC · DVC · PROV · DALMAT
TRIB · PROTEC*torum* . . .
. . . N VIGOR · CONCORDIVS
VICTORINIANVS
PATRONO · PRAESTANTISSIMO

Sic emendavi adhibitis exemplis codicis Opitergini et Gliubavazii f. 141. — Vv. divisionem ne ea quidem servant. — 2 C · P Opit., VC Gliub. — 3 sic Gliub., LATI · CLA Opit. — 4 AVR om. Gliub. — VC Gliub. — 5 PROV om. Gliub. — DALMAE Opit. — 6 PROTEC (pro HIC) hiatu post id vocabulum significato Gliub. Opit. emendatione notabili. — 9 PIENTISSIMO Gliub.

257 ad n. 1986. Salonae ad S. Franciscum Pis. Opit. — 2 VIX Pis. — 3 ANN · LVII Pis. Opit. — 4 CL · F · FILIA Pis. Opit. — EI Pis. — HAERES Opit. — 5 SEPVLCHRVM Opit. — 6 DEDERIT · FISCO · SS · L · MILIA (MILLIA Opit.) Pis. Opit.

258 ad n. 2023. In villa Spalati. — M · VIIII — MARTINVS cod. Opit.

259 ad n. 2028. Gliubavazius f. 88 ex eodem auctore, quem secutus est Zaccaria, nihilominus in multis discedens, ut Borghesii coniecturas fere confirmet:

L · PRAECLO · L · F · CLEMENTI
IVLIANO
PONTIF · QVINQVENAL · DESIG
FLAMINI · PATRONO · COLONIAE
PRIMIPILARI · LEG · V · MACEDONICAE
PRAEFECTO CASTRORVM
LEG · EIVSDEM · VETERANI · QVI
MILITAVER · SVB · P · MENTINO · RE
GVLO · LEGATO · AVGVSTALI · ET · MIS
SI · SVNT · Q · EVTETIO · LVSIO · SATVRNI
NO · M · SEIO · VERANO · COSS · CVRAM · GEREN
TIB · TI · CLAVDIO · CELSO · TITI · AVG
MARCELLO
L · D · P ·

260 ad n. 2051. Spalati ad litus maris Pis. Opit. — 2. 3 L · SEXTILIO · RVFO · VET · EX · CLASSE · PRAETORIA · MISENA†VM Pis. Opit. — 4 ꟷELPIDI Pis. — 6 RVFINA · (RVFFINA Opit.) VIVA · FECIT Pis. Opit.

261 ad n. 2142. 1 L · ALIO, 2 L · ALII codd. Pis. et Opit.

262 ad n. 2149. 4 CI, 6 QVÆ, 8 TVRRAN, 12 NINA FILIA Guarnierius ms.

263 ad n. 2172. Clisii ad S. Mariam cod. Opit.

264 ad n. 2189. Clisii ad S. Mariam. — PROTIONI cod. Opit.

265 ad n. 2204. Clissae in S. Maria cod. Opit.

266 ad n. 2211. In lapide est AVBELVR teste Glaviničio *Mitth. der Centralcommission* 1875 p. IV.

267 ad n. 2223. Hunc quoque titulum ut simul traditos (v. n. 173*) Ravennatem esse docuit me Bormannus. Prodibit aliquando suo loco vol. XI n. 160.

268 ad n. 2232. D M om. — COGI — IVL cod. Opit.

269 ad n. 2249. D D D M praemittit Pis.

270 ad n. 2256. Clisii ad S. Mariam. — AN · — VRGVL · FAVSTVS cod. Opit.

271 ad n. 2310. In villa Spalati. DONATO · VR|SINAE · CON | B · M cod. Opit.

272 ad n. 2315. 2 AVSEBIO, 3 COSERVO cod. Opit.

273 ad n. 2332. ARDALIS cod. Opit.

274 ad n. 2354. Salonae ad S. Martinum in agro cod. Opit.

275 ad n. 2365. IVL · EPICTIEIO · D · F cod. Opit.

276 ad n. 2386. Salonae in agro ad S. Mariam de Pecouo (sic). 3 PERTINEBANT · AT — 7 IN ERONTE — 8 om. — 9 HOBITVM cod. Opit.

277 ad n. 2397. Clisii ad S. Mariam Pis. Opit. — 1 MVNTANA Pis. Opit. — 2 POS · Pis. Opit. — AVRA IN PATENTI Pis., AVRAM PRAEFATI Opit. — 4 IN MEDIO] MEDIO Pis. — ORTO Pis. — AT] ET Pis. Opit. — 5 IN · AREOLAM — INGONAM] INTER AVRELIVM · VET (VET om. Opit.) ET ·
NO
CALVENTIAM · INGENVAM Pis. Opit. — 7 MVLL:. Pis., MARVLINO Opit.

---

278 ad n. 2402. 3 MATERNAE cod. Opit.

---

279 ad n. 2407. IVNTA ROME cod. Opit.

---

280 ad n. 2411. Clisii ad S. Mariam. — D · M · LELIA — DELICATO — DEFVNCTO cod. Opit.

---

281 ad n. 2424. Clissae ad S. Mariam cod. Opit.

---

282 ad n. 2465. Salonae in agro.

D · M
L · PETRONIVS · SECVNDVS
PRIMITIVAE · VXORI · B · M

Sic cod. Opiterginus.

---

283 ad n. 2486. Clissae ad S. Mariam. D · M · PRIMILIAE — XVIII · FELICIANVS · CONIVGI cod. Opit.

---

284 ad n. 2506. Salonae.

ROMANIA · THALIA · V · *f* · SIBI · ET
ROMANIO · SECVNDION · F
ROMANIO · SYRIONI · FILIO
ROMANIAE · SALONINAE · *f*
CHANSIO · LIB · LVPAE · LIB
SABINAE · SABINIANO · SECVNDAE · F

Sic cod. Opit., nisi quod vv. non div. legitque 1 VI, 4 fin. P.

---

285 ad n. 2520. Clissae ad S. Mariam Pis. Opit. — 1 om. Pis. — 2 SOLLIO Pis., GELLIO Opit. — 3 D · F · Pis. Opit. — ANNO Pis. — MENSIVM · VIIII Pis. Opit. — 5 GELLIVS · FOELIX Opit.

---

286 ad n. 2523. Cod. Opiterginus sic: SEPPIENAE · PHILVMENAE · VIVAE · SEPPIENA · RESTITVTA · LIB · M · PATR · FEC.

287 ad n. 2536. LVCIVS SENIVS cod. Opit.

---

288 ad n. 2555. 2 TERTVLLINO, 3 TERTVLLVS cod. Opit.

---

289 ad n. 2594. 3 AELIVS cod. Opit.

---

290 ad n. 2671. Hodie Agrami in museo, ubi denuo vidi. Ed. Ljubič inscr. mus. Zagrab. inter inscriptiones musei Zagrabiensis. Equidem neutro tempore quo vidi satis otii habui ad haec fragmenta ordinanda et supplenda; placuit tamen adhibitis ectypis Ljubicianis tria prima (nam tria postrema ex diverso titulo supersunt) quantum typis fieri potest repraesentare. Videtur eadem inscriptio fuisse in latere utroque.

ab una parte:

*c*ARORVM SITA SVNT
*corpu*SCVLA FRATRVM
S LACRIMASQV EMPTV
VRIS INTRA
/ VLT IPSE F STRIBV
MINA SEP

ab altera:

*.. carorum sita sunt co*RPVSCVLA *fr*ATRVM
/RIS INTRAS
IA *sep*VLCRI
IVSTIS
DVS AESTAS
ASTRIS
SORROREM
PRAMATER

---

291 ad n. 6379. 5 in lapide esse PATEANT ait Glavinič *Centralcomm.* 1875 p. VII.

---

292 ad Eph. II p. 338 n. 520. Iam illata est in museum Spalatinum. Edidit emendatam Glavinič *Mitth. der Centralcommission N. F.* 4 (1878) p. XLVI sic:

N Y MPH S
M · HORVS
VALENS ·
V · S · L · M

---

293 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

IOV.
T · ROM
V P E · MV
M

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. LXXXII.
3 *e mu*[*ltis*]?

294 Salonis rep., est Spalati in museo.

D M
AEL · VITALIS
QVI VIXIT ANN ·
pl M · XIIII · AVR IANVA
RIVS MIL · LEG ITALCE
ET QVIRILLA MATER
PARENTES FILIO
INFELICISSIMO
MISERRIMI & O
POSVVERVNT *sic*

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 114.
9 fin. ex I factum O.

---

295 litteris barbaris. Salonis rep., est Spalati in museo.

NVAR *i*
NFELICISSIMAE *fi*
LIAE QVAE VIXIT ANN III
M X AVR IANVARIVS
MIL COH VIII PAT E*t* AVR
VRSINA MAT POSVIRV
b M

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 114.
2 fin. EI, 5 EI traduntur.
5 scilicet VIII voluntariorum.

---

296 Salonis rep. a. 1875.

S · TRIB · M*il*
IS · AVGVR
NVS · M

Glavinič *Mitth. der Centralcomm.* 1877 p. CXXXI.

---

297 Salonis rep. a. 1875, est in museo.

SP MAXI☧MIA*nus*
V P · PRIN · COL · MN
VI · VO SIBI · ET · CO
NIV · GI · SVE · DVL · CIS
S · IME · POSVIT · QVI ·
VIC · SIT · AN · NIS LXV
sic DE · PO · TV · S DIE III NONAS FEB

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. LXXXI.

2 videtur appellari hic *vir perfectissimus princeps coloniae*, ut princeps municipii est n. 2774. Sed M N (signum interpositum non videtur littera fuisse, sed punctum quoddam) quid significet nescio.

298 Salonis immissa turri secundae eius partis moenium, quae nuper patefacta est.

CAECILIAE · LO
GIANAE · E M · V
FIL · ET · TVLLIO
CALLIPIANO
EQ · R · TVLLIA
LOGIANA · FIL ·
PARENTIBVS
SVIS · FECIT ·
IN · FR · P · XXVI//
IN · AG · P · XX///

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 129.

2. 3 *e(gregiae) m(emoriae) v(iri) fil(iae)*. Notabile est matrem propter hos ut videtur natales patri equiti Romano praeponi.

---

299 Salonis.

NTIVS · MER
IIIIII AVG · SE VI
uo fecit SIBI · ET · LIBER
*tis libe*RTABQVE · POSTE
*risq e*ORVM · INF · P · XXXV

Cod. Opiterginus.

---

300 Salonis rep. a. 1875, est Spalati in museo.

AED
VIR ·
RVFI

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXX.

---

301 Salonis rep. a. 1875, est in museo.

*q. tur*RANIO MERCV*r*
NIO LIBERT *q* TV*r*
RANI SVCCESSI TO
VTICESIS AB VR*be*
QVIXIT ANN
EI · B N

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. LXXXI.

2 O pro Q traditur. — 3. 4 fortasse *toreuticesis* vocabulo male formato pro *toreuta*.

302 Salonis rep., est Spalati in museo.

MATRI
ACVBIO MAXIMO
AN · XVIII · ET · ACVBIO
VALENTINO FRATR ·
ACVBIVS SABIDIAN ·
SVIS · · POS · *sic*

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 113.

---

303 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

C · AEBVTO
SECVNDNO
DEFVNCT
ANN · V · MEN · IIII
C · AEBVT CRESCENS
ET OCTAVIA SE
CVNDINA PAREN
INFELICISSIMI

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

---

304 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D M
ATILIAE
QVARTAE
ATILIVS · BA
SILIDES · FIL ·
MATRI · PIEN
TISSIMAE

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

---

305 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

AV . . . GIO . . . I
SSE · ANNVM
VERTENTEM ·
VIXISSE · POS · N
NVM · MNO · VM A
NA · SVBLATVM ·
ESSE AVR · AELA D
PATER FILIO · PI
ENTISSIMO ·
POS ·
ascia

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

. . . . *isse, annum vertentem vixisse, pos annum mano* (= manu) *umana sublatum esse* cet.

306 Salonis in agro.

AVRELI · GERMA · C · P.....

Cod. Opiterginus.

---

307 ex arca desecta, scripta litteris barbaris. Salonis rep., est Spalati in museo.

AVREL SILVINVS · ET · QVA
DRATIA VRIANA · AVR
FELICISSIMAE FILIAE INFELI
CISSIMAE QVAE VIXIT AN
N XXI · M · V · POSVERVNT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 115.
2 malim VƎRIANA.

---

308 Salonis rep. a. 1873.

INN FIICIC
VIX · AWN · M · VIIII
AVR TIBERIAWS PA
TER ET · BASILIA *m*Λ
TER FILIO · F C ·

Glavinič *Mitth. der Centralcomm.* 1875 p. VII.
Litterae I et L, F et E vix distinguuntur. — 2 lege *anun* (= annum) *m(enses) VIII.* — 4 ИA traditur.

---

309 Salonis in agro.

D · M
BARBARON
DEF · AN · I · ME · III
BARBARA · MATER

Cod. Opiterginus.

---

310 Salonis rep., est Spalati in museo.

D · M
CAESIDIAE
NICADIÆ CAE
SIDIA TERTIA ·
PATRONE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 115.

311 arca parva. Salonis in via *alle Paludi.*

CAESONIVS · VAM
RI VALERIÆ · VICT
ORINAE QVE
VIXIT · ANN OS
*l*XI

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 130.
1. 2 'fortasse Ianuarius' Glav. — 4 ante OS lapis hiat. — 5 IXV traditur.

---

312 Salonis rep. a. 1875.

M · CAETENNI
VS ❧ MAR
SATRIAE RODOP*e*N*i*
MATRI P *f*

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXXI.
3. 4 RODOPIN | MATRI PI traditur.

---

313 Salonis rep., est Spalati in museo.

CEIONIA
FEROCILLA
CEIONIE · HI
LARE · LIBER
TE · ET COLAC
*tane*AE IN
felicissimae

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 115.

---

314 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D ❧ M ❧
C · ER · I · A · LI · D
F · C · A · XVIII
M · VI · D · XVII
GENI · ALIS · F ·
ET · DEV · TAFR ·
MA · R · POSVER

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.
2. 3 *d(e)f(un)c(to).* — 6 fortasse *Deutaer(a) ma(te)r.*

315 Salonis rep. a. 1875, est Spalati in museo.

D · M
CLODIÆ
PARTENOPI
NI · GAIVS
COIVG

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXX.

---

316 Salonis rep. a. 1875, est ibi in museo.

P · DOMITVS
MARCEL
LINVS
P · C

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXX.

---

317 Salonis rep. inter viae publicae silices, iam in museo.

D · M
DOMITIO
SATVRNINO
DOMITIVS
FLAVIANVS
F · I · L · P · A · T · P ·
B · M

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 50.

---

318 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D · M
EPHEBO
ET · SYNE
RVSAE
B · M · S F P

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

---

319 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

rosa
TILIA OSPITA
E · LEREIA
CENIAVIA · SIB ET · VIRO
L · / · VERECVNDVS · ET FRAT
/IRMO · OBI ET VITALI FILIÆ SVÆ
h. m. H N S

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLV.

4 L · E, 5 EIRMO traduntur.

320 Spalati in suburbio Lučac in aedibus Doimi Culić-Dragun.

D · M
YCIAE · DEF
ANN · VI · M · III
D · XXI · ANCHA
RIVS · THEMI
SO · ALVMNE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 50.

---

321 Salonis in museo.

IVL · SILVINAE
ANN XXIIII
CONIVGI
SANCTISSIMAE
QVAE VIXIT VIRO
SVO ANNOS XII
POMP · A*t*ENODORVS
CONIVGI KARISSIMAE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 131.
5 *cum* excidit. — 7 traditur AFENODORVS.

---

322 Salonis rep. a. 1874, est in museo Spalatino.

*c*ASSIO IV
NIANO · ET IV
LIAE VENER*i*
AE PARENT*i*
BVS CASS*ia*
PA

Glavinič *Centralcomm.* 1875 p. XLVIII.

---

323 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D M
LVSIA VI
C T O R I A
P O S V I T
KARO CO
IVGI
TITO FABI
O EVTICE
TI QVI FV
IT ANO
RVM XXX

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.
2 FVSIA traditur.

324 litteris pravis. Salonis in museo.

D M
MESSORIN
AE FILIAE INC
OMPAVILI · D · F · *sic*
ANN · VII IMFE *sic*
PARENTES PO
SIERVNT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 131.
5 *imfe(licissimi)* Glavinič.

---

325 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D M
PAPIRIO
TROPHI
MO

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. LXXXII.

---

326 Salonis rep. a. 1875, est ibi in museo.

D M
PHILVMENO
D · F ·
AN · XXV

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. LXXX.

---

327 Salonis rep. a. 1875.

RI OA
VRI PROCVI
EVZELO VI*xit*
*coniu*GI · B · M

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXXI.

---

328 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D M
ROMVLA MA
TER AMAN*i*
TILLAE FIL*i*
AE INFEL*iciss*

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLV.

329 Salonis.

LIBERT
ET·P·SAVFE
SOROR
LIBERT
Γ Ʊ

Cod. Opiterginus.

---

330 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D·M·
TITIA
SECVNDA

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLV.

---

331 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

D M
TITISEÑ
CARICO
DEF NN XL
HILARITAS
CONSERV

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLV.

6 conservum ita intellege Caricum libertum cum servus esset eiusdem domini fuisse.

---

332 Salonis rep. a. 1875, est Spalati in museo.

D
TRYPH
DEF·A
ENS·
RE

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXX.

---

333 Salonis rep. a. 1875, est Spalati in museo.

I
VIVIO PRI
VATIONI
PAPINIA TYCHE
CONIVCI·B·M

Glavinič *Centralcomm.* 1877 p. CXXX.

334 Salonis.

M · VLPIO · ONESIMIANO
QVI · VIX · AN · XIII · M · VIII · D · III
M · VLPIVS · ONESIMVS
ET · AVRELIA · LVCILLA
PARENTES · INFELICISSIMI
FILIO·PIENTISSIMO·ET·DVLCISSIMO
POS

Cod. Opiterginus versibus continuatis.

---

335 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

ISERI I
A MARITI · Q
EST POTI
OS SIB · INDO'
TIB · VRNAT · PR
TVS GEMINV
VIT · RESPICIT
O NOMINE NA
IS MISERA N
T E O P r I

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

---

336 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

uixi/T ANNOS P M L
LLADIVS E SE
*sec*VNDVS ET SEP

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. XLVI.

---

337 Salonis.

ET · LIBERTIS · LIBERT
SVIS

Cod. Opiterginus.

---

338 arca magna Salonis prope coemeterium christianum rep., ubi extat.

in operculo: *pastor inter oves*

in operculo: *arbor*

IVLIAE · AVRELIAE · HILARAE
QVAE · VIXIT · ANNS · XXVIIII
M VII · D · II · AVREL · HECATVS
CONIVGI · CASTISSIME
E · INCOMPARABIL · POSV
IT · ET · SI · BI

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 130.

339 Salonis rep. a. 1876, est in museo.

STOSVL
*su*PRA NOS
*posue*RIT PoN
*ecc*LESIE
*libras argen*TI X dF

Glavinič *Centralcomm.* 1878 p. LXXXII.

TRAGVRIVM (p. 335. 1035. Eph. II p. 347).

340 ad n. 2678. 3 POMPT — 4 ARET — 5 VII om. cod. Opit.

---

341 ad n. 2696. Clissae in S. Maria cod. Opit.

---

342 ad n. 6406. Ad S. Crucem in insula Buba.

ASSILLAE · CON
*c*ARISSIMAE
*o*C · T · OBER

Cod. Opiterginus bis.
1 sic margo I, ASSILAE textus I, BASSILLAE II. — 2 CARISSIMAE II.

---

343 Tragurii in agro (praecedit n. 2607).

RVTILIA
V · F · SIBI · ET · AR
TVSCO · PATR
LEG · $\overline{\text{VII}}$ · ET · A *r*
PRIMIONI · F
ET · RVTILIAE · FES
DEFVNCTAE

Cod. Opiterginus.

---

344 Tragurii in agro (praecedit n. 2607).

SEV
ANI
ET · TER
M · F · TE
ANN ·
M · TER
VALE

Cod. Opiterginus.

DELMINIVM (p. 358. 1034).

345 ad n. 2714. Emendavit Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 20 addens lectionem facilem esse et certam:

C · IVLIVS · C · F ·
VLTINIA · CLISTIN
NA · MIL · LEG · VII
AN · XL · STI · XIIX
H · S · E

Clistinna oppidum mihi ignotum est.

---

346 Gardun-Vojnić.

D · M ·
AVREL · MAXIME
DEF · ANN · X · D · XXX · AV
REL · TERTIVS · MIL · COH
VIII · VOL · ANT · ET · AVR · *sic*
APVLEIA · PARENT · FIL ·
INFEL · B · M · P
ascia

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 17.

4 COH litteras contignatas esse ait editor. — Cohortem VIII voluntariorum etiam tertio saeculo, quo ducit cognomen Antoninianae, in Dalmatia stationem habuisse constat (v. vol. 3 p. 282).

---

347 Trilj in domo Marci Sablić Vojnićensis.

Q · BAEBIVS · Q · F · SERG · CONAN
MILES · LEG · VII · ANN · XXXV
STIP · XX · H · S · E

sex versus scripti litteris
minutis adhuc non lecti

FRATER FRATRI

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 19.

1 Conana oppidum est Pisidiae. Tribus primum hic reperitur cum eo oppido coniuncta (cf. supra ad n. 56).

348 Gardun-Vojnić.

protome

C·LONGINVS·C·F·
COR AMBLADA
MIL·LEG·$\overline{\text{VII}}$·AN·XL
STIP·XXI·H·S·E
FRATER FRATRI

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 18.

Amblada oppidum est Pisidiae situm in confinio Lycaoniae. Tribus cum eo coniuncta nunc primum prodit (cf. supra ad n. 56).

---

349 Gardun-Vojnić.

Q·MVRIVS·
Q·F·SER·AV*g*
MIL·LE*g. uii*
STIP·$\overline{\text{VI}}$

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 19.

2 supplevit Glavinič recte; unde iam confirmatur de qua antea dubitabatur tribus Augustae Praetoriae (vol. V p. 757).

---

350 Gardun-Vojnić.

EMANS
PLATORIS
*da*ESITIAS·VEXILL
*e*QVIT·COH·I·BELGAR
TVRMA·VALERI·
PROCVLI·ANN·XLV·
STIPENDIOR·XXIV·H·S·E
FIERI·CVRAVIT·IVLIA·VES
CONIVNX

vir stans freno equum tenens

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 18.

Cohortis I Belgarum complures tituli huius provinciae meminerunt (cf. vol. 3 p. 282); praeterea cf. titulum n. 2012 *militis coh. III Alpinorum vexillarii equitum.*

351 Gardun-Vojnić.

M · VIBIVS · M · F
AEM · DVRRA ·
MIL · LEG · $\overline{\mathrm{VII}}$
ANN · XXX · STIP · VII
H · S · E
//////LIVS · H · P

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 18.

---

352 Trilj in aedibus Simeonis Latinac.

L AESE
MIL · LEG · VII
ANN · XXX
STIP · VII · H · S · E ·

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 19.

1 id est opinor [*Po*]*l*(*lia*) *Aese,* ut vol. VI n. 2380 invenitur ... *inius L. f. Pol. Iustus Aese.*

---

353 arca parva. Trilj in aedibus Britoić.

IVLIO · MENANDRO
IVLIVS
INFNTI · MENSVM MENAN *sic*
DER · PATER

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 20.

---

354 Trilj in domo Simeonis Latinac.

eques ad d. currens

M · PERCENNI
VOLTINIAE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 19.

AEQVVM (Citluk prope Sinj; p. 360. 1035).

355 Sinj apud Franciscanos.

I V N
AVREL NE
POS OB HOR
DVMVER
FIRMI ET
MAXIMI FI
LIOR
VO P L S

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 20.

Iun(oni) Aurel(ius) Nepos ob ho[no]r(em) dumver(atus) Firmi et Maximi filior(um) vo(tum) p(ater?) l(ibens) s(olvit). Ita Glavinič, recte puto. Iuno intellegitur opinor genius civitatis, *Iuno populona praeses sacrorum publicorum,* ut appellatur in Teanensi I. R. N. n. 3986.

---

356 Potravje di Sinj apud Andream Glavurdić, hodie Sinj in gymnasio.

LIBERO P*atri*
SACRVM
thyrsus T · EVTIMVS *cymbala*
CALMVS · V · S · L

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 35.

---

357 rep. Ervace in colle inter septentrionem et occidentem ab aedibus Armandić, hodie Sinj in monasterio.

BVRRIVS · BETVLONI
· F · TREBOCVS · MILES ·
CHO · AQVITANORVM
ANNORVM · LV
STIP · XXIX
H S E
HERES · POSVIT

clipeus rotundus diam. m. 0.43; sub eo bursa cum loramentis

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 33.

358 Ervace in aedibus parochi.

M · V A R E N V S
M · F · VOL · VALENS · VE
TER · LEG · $\overline{\text{VII}}$ · C · P · F · T · F · I ·
ARBITRATV · M · VARE
NI · SECVNDI · LIBERTI · IDEM
QVE HEREDIS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 34.

---

359 Čitluk rep., est Sinj in monasterio.

D M
IVLIVS
VALERIA
NVS · HA
RVSPEX · VI
VS · SIBI PO
SVIT
ascia

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 33.

---

360 Čitluk rep., est Sinj in gymnasio.

D M
D V
N E V E NE
SALVIE
DEF · AN
XXXII · DI
EVS · VR
SVS · CO
N I V G I
PHS · S · POS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 34.
2 *D(ieus) U(rsus)* O. Hirschfeld apud Glavinicium; ego cogitavi de nomine *Dunevene.* — 10 PIISS emendat Glavinicius recte.

361 Čitluk rep., est Sinj in monasterio.

D M
SECVNDINO
IVVENI INFE
LICISSIMO Q
VI VIXIT AN XXV II
ALINISO
VSD

N V I
AN XVIIII PAR
POS P P

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 35.
10 *p(ro) p(ietate)* puto.

MAGNVM (*Kljake*; ins. post c. XVI p. 361).

362 rep. a. 1871 in colle q. d. Balina glavica, est in vico proximo Kljake (distr. Drniš) in ecclesia S. Eliae extrinsecus.

M · AVR · M · FIL
DEC · MVN · MAGN

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 90.
Magnum, quod secundum Peutingeranam fuit XVI m. p. ab Andetrio (Much), VIII a Promona (prope Tepliù v. p. 361. 1035 ad n. 6407), ibi fuisse, ubi hic titulus prodiit, Glavinicius demonstravit.

Verlicca (p. 361. 1035).

363 Urdolje, qui vicus vico Tepliù proximus est ad septentrionem.

D M *s*
AVR · MAXIM
DEFVNCTAE *ann*
XXV · M
NA

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 105.

BVRNVM (p. 367. 1036. Eph. II, 348).

364 ad n. 2830. Glavinič in fine, ubi mihi apparuit *d* D, videre sibi visus est . . I . . B . ., explens *clu* Burn, non recte; neque enim in honoribus decernendis civium vocabulum sollemne est.

---

365 ad n. 6415. Relegit Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 106. 107. — 2 in. etiam is deprehendit TII. — 3 emenda CLAV AEQVO.

CLAMBETAE? (*Obrovazzo*; ins. post c. XXV p. 374).

366 *Starigrad di Obrovazzo* rep. m. Ian. a. 1878, ubi secundum tabulam Pentingeranam Clambetae fuerunt (v. p. 369; cf. p. 384). Rem publicam id oppidum habuisse ex hoc titulo intellegitur. — Titulus extat Spalati in museo.

IVLIAE · AVGVST · DIVI
AVGVSTI · · MATRI · TI · CAE *sic*
SARIS · AVG · · L · VOLVSIO *sic*
SATVRNINO LEG · PRO · PR
C · IVLIVS · C · F · SVLLA *OB · DEC*

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 85. — Egi de legato ad n. 2974.
5 OB · DEC restitutum est in litura.

IADER (p. 374. 1037. 1062. Eph. II p. 350).

367 ad n. 2908. LEG IX LEG XI Gliub. etiam inscr. Iad. f. 126; recte Difnicus.

---

368 ad n. 2909. 'Fragmentum ingentis lapidis rep. Zarae c. a. 1620 in deprimendo portus alveo in intima eius parte et a Ioanne Petro Panizzo in atrio domus collocatum' Gliubavaz f. 146, qui initio addit versum cum A littera sola; unde videtur supplendum esse *Auctore*.

---

369 ad n. 2910. Titulum refert Gliubavaz inscr. Iad. f. 20'; extare eum adhuc loco indicato ait Glaviničius *Bull. Dalm.* 1 p. 37. Is legit 1 C·ALLIVS (CALLIVS Gliub.), 2 SPEC·L, inter 2 et 3 inc. versum ait evanuisse.

---

370 ad n. 2916. Est apud Difnicum 'ibidem' [praecedit 'in turri diruta iuxta portam novam'] et apud Gliubavazium inscr. f. 100 'supra portam urbis, qua exitus in continentem'. — 3 //EF · CHO · I Gliub., KAEFEC HOI Difn. — 5 SABASTENORVM uterque. — 6 POSTIMVS Difn., POSTIVS Gliub.

371 ad n. 2937. Gliubavaz f. 94 sic dat uno v. auctam, collocans in ingressu vici Posterulensis ad laevam in exteriore domus pariete.

C · MODIV
S · C · F · PVB
PRIMVS
V E R O N A
ANN·XX·H·S·E

---

372 ad n. 2947. Difnicus n. 1 (inde Gliubavaz inscr. Iad. f. 161'). — 1 Ↄ · L pro D · L Difn.

---

373 ad n. 2948. Difnicus n. 2 (inde Gliubavaz inscr. f. 161') habet MYRTALAE. Versuum divisionem edd. mutaverunt et in hac et in aliis n. 2923. 2924, quas Difnicus servavit.

---

374 ad n. 2949. Servavit Difnicus n. 18, legens 1 L · GELLIVS · LIB CRESCI, 2 IBERTABVSQVE, 3 INE.

---

375 ad n. 2959. Legitur tam apud Verantium quam apud Difnicum et Gliubavazium f. 46'. — 1. 2 CONIVGI | Ver., CoNIV|GI Difn., COIV|GI Gliub. — 2 CHARISSIMO omnes. — 3 . . . . BI SE VIVA Ver. Difn., ET · SIBI · VIVA Gliub.

---

376 ad n. 2964. Legitur inter Guarnieriana (v. vol. V p. XVIII) cum adscriptione hac: *dissotterrata in Vragnizza villa appresso le vestigia dell' antica Salona, posseduta dal Dottor Antonio Danielli Tommasoni a Zara* et alio loco: *è l'iscrizione di mezzo in faccia alla scala.* Differunt haec: 3 PIETATIS VR̄ (antea fuit V̄R̄Ī) — 5 TEGITVR — 6 A RELIQVIS — 11 PVDOR · HVIC · ABERAT — 14 CONIVGIO · GRATAQVE — 15 seq. sic explentur:

INVIDA · PIERIDI · CVM · VENIT · LETIFERA · HORA
QVA · CVBVIT · MOLLI · LANGVIDA · IN · AEDE · THORO
HANC · ATROPOS · RAPVIT · LACHESISQVE · ET · TERTIA · CLOTHO
INFELIX · MATER · TOLLIT · AD · ASTRA · MANVS
INCVSATQVE · DEOS · INCVSAT · DENIQVE · PARCAS
QVAE · VITAM · PENSANT · QVAEQVE · FVTVRA · CANVNT
IMPLERVNT · MATRES · MAGNIS · MVGITIBVS · AVRAS
DEFVNCTAE · FLEBANT · NEC · MINVS · ANTE · ROGVM
HAEC · FVIT · AD · TVMVLVM · MISERAE · VOX · VLTIMA · MATRIS
OSSA · SIMVL · VIDIT · TABIDA · PIERIDIS
HANC · HVMVS · EXCEPIT · LEVITER · PRECOR · ILLA · PREMATQVE
INFANTEM · EX · VTERO · QVAE · QVOQVE · SVSTINVIT
CONIVNX · PIERIDI · SVPREMVM · MVNVS · AMATAE
HVNC · TITVLVM · SCRIPSIT · PRO · PIETATE · SVA

Buecheler haec adnotavit: '11 *huic* de coniectura dudum addideram, item 14 *coniugio* correxeram. — 16 *in aede* puto idem esse quod *in aedibus*. Ex-

cusabile id in centone non male quidem pro servili ingenio, sed tamen post Flavios consuto. — 21 *implerunt matres* absurde: nec probabilis emendatio in promptu est, *fratres* enim alienissimi a mugitibus. Videtur igitur lapis id nomen habuisse fortasse substitutum pro *natae* quod in carmine archetypo fuerit. Debuit scribi *implevit maerens* et *flebat* aut *implerunt matris questus mugitibus auras*. — 25 commutatur *humus* cum Terra matre eadem Cerere, quae maternos dolores non minus quam Venusta experta est'.

---

377 ad n. 6566. Iovis Augusti titulus nuper demum primum a me editus legitur nihilominus iam apud Gliubavazium inscr. Iad. f. 19 omisso v. ult.

---

378 Zarae in hortis militaris nosocomii paucis abhinc annis lapis effossus cum duobus elogiis.

ΑΡΧΟΝΤΟϹ ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ
ϹΥΝΦΟΡΟΥ ΛΑΝΠΑΔΑΡΧΗϹΑΝΤΟϹ ΠΡѠΤΟ
ΓЄΝΟΥϹ ΤΟΥ ΠΡѠΤΟγЄΝΟΥϹ ΑϹΚΛΗΠΙѠ ΚΑΙ
ΥΓΕΙΑ ΕΥΤΥΧѠϹ

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΡΧΟΝΤΟϹ ΑΛЄΞΑΝ
ΔΡΟΥ ΤΟΥ ϹΥΝΦΟΡΟΥ Ϲ *sic*
ΛΑΝΠΑΔΑΡΧΗϹΑΝΤΟ
ΡΟΥΦΙѠΝΟϹ ΤΟΥ ЄΥΦΡΟ
ϹΥΝΟΥ ΑϹΚΛΗΠΙѠ ΚΑΙ
ΥΓЄΙΑ ЄΥΤΥχѠϹ

Gliubavaz inscr. Iad. f. 120. Licet Graeca sit, cum nondum quod scieram prodierit, extra ordinem recepi.

I, 3 ΠΡѠΤΟΤЄΝΟΥϹ, II, 7 ΕΥΤΥΚѠϹ apographum.

---

379 Zarae in ecclesia S. Donati rep. a. 1877.

.. *ap*PVLEIO · C · F
SERG · BALBINO
PONTIFICI
EQVVM · PVBLICVM
HABENTI
ANNOR · XXI
EPIDIA · T · F · PAVLLINA
AVIA

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 37.

---

380 Zarae prope monasterium Mariae virginis monialium in domo Corsini Zucchi.

D M
M AVTRONIO D F ATRATI
OVINM EQVITI ROMANO

Gliubavaz inscr. Iad. f. 150.

381 Zarae in domo nobilium de Civalellis prope aedem S. Michaelis.

Q DELL
I
ORNAMEN
VII II
IN FR

Gliubavaz inscr. Iad. f. 155'.

---

382 Zarae in templo D. Mariae monialium ad aram maximam.

T GABINIO P . .
M LIC . . T . R . .
BENII . . SΛM . .
TRI VI√ . . .
CALE MIRT EVHE
MIRIS . . F . . LII

Gliubavaz inscr. Iad. f. 39.

---

383 Zarae in domo auctoris Gliub.

ISIDOR*ae*
ANN · XIX
M · MINICIVS
ZOSIMVS
V F
DELICATAE SVAE

Gliubavaz inscr. Iad. f. 156.

---

384 Zarae in domo auctoris Gliub.

PETRONIA
SEX ❧ F
SECVNDA · SIBI
ET · C · VOCCIO
VIRO · SVO
TESTAMENTO
PONI · IVSSIT

Gliubavaz inscr. Iad. f. 156.

---

385 Zarae in apotheca prope SS. XL martyrum.

'*sic*' P · TITVLEIVS

Gliubavaz inscr. Iad. f. 161.

386 Zarae prope portam S. Chrysogoni iuxta aedem C. Luinsavalle (?).

C VIB
R
A N
S C R
POI
IVLIA
MAE *r*
VIVA
C VIBI
VI
INF P X
H M *h n s*
ET LIBER *tis libertab*
POSTER *isque eorum*

Gliubavaz inscr. Iad. f. 117′.

387 Zarae in templo D. Mariae monialium ad fenestras capituli.

. . . . NS
. . . . VOTANNS
. . . . . VO . I . INTAN . I
SI QVIS SVS MEO . . . . . .
CORPVS PONERE VOLVERIT NISI DE
NEPOTIBVS MEIS FVERIT FISCO VI*r*I
*b*VS PENAM AVREORVM TRIVM MIL
NATVS AVTEM MINIMVS INFRISIÇVNFRINTICN

Gliubavaz inscr. Iad. f. 39′.

6. 7 VITI|FVS traditur. — 8 restituere nequeo, sed sententia fuit talis fere: *natus autem minimus intro, si quando venerit, claudetur.*

388 Zarae in basilica metropolitana.

L SIDI LI I IVLIO

Gliubavaz inscr. Iad. f. 17.

389 Zarae in fori olitorii parte orientali.

I M E
CAIV
/GVS

Gliubavaz inscr. Iad. f. 93.

390 Zarae in aede Annuntiatae.

CINIV
E ET IVL
ILLAE · M

Gliubavaz inscr. Iad. f. 55.

AENONA (p. 381. 1037).

391 ad n. 2973. Gliubavaz inscr. Iad. f. 156 ait adservari apud se inter lapides 'suo labore et industria conquisitos.' Legit v. 2 PRŒO.

FLANONA (p. 389).

392 ad n. 3038. Flanonae in ecclesia S. Georgii collocat Petronius in p. 169 codicis scripti a. 1681, servati autem hodie Venetiis in tabulario *ai Frari* n. 110, unde Flanonensia et Albonensia mea causa excerpsit is cui tot et tanta debeo Lucianius. Errores licet antiquissimi auctoris non attuli.

393 ad n. 3042. Flanonae in ecclesia S. Georgii. PETRONIVS (ms. Venet. a. 1681) p. 169. — 2 PARENTIBVS.

ALBONA (p. 390).

394 ad n. 3048. Titulus relatus item apud Petronium iam prostat Albonae in curia, ubi Lucianius eum descripsit. — 2 DIVI| Luc. — 3 NEPOTI·D| Luc., NEPOTI·I| Petr. — 4 PARTPRO| Luc.

395 ad n. 3053. Petronius ms. — 1 VSHOSTH, 2 CESF ms.

396 ad n. 3054. Petronius ms.

397 ad n. 3057. Petronius ms. — 1 LC//////L · RVF — 3 ER///ANNOS ms.

398 ad n. 3058. Petronius ms.

399 ad n. 3060. Petronius ms. — 1 CENIONIVS. — 2 CLAP · RIA// /VS ms.

PHARIA insula (p. 394).

400 Quos edidit titulos duos Ljubič inscr. mus. Zagrab. p. 7. 26 hinc in id museum translatos, eorum alterum paucarum litterarum fragmentum omisi, alterum medii aevi esse iudico: finit in *m(e)m(en)to nostri.*

BRATTIA insula (p. 395. 1038).

401 ad n. 3092. Recognovit Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 36 confirmavitque lectionem Ciccarellii.

---

402 ad n. 6424. In insula Bratia ad S. Ioannem. — INFELICISSIMO · QVI · VIXIT cod. Opit.

---

403 ad n. 6425. In insula Bratia ad S. Spiritum. — PLACIDO · INF · ANO · XXX · DICATINA · MATER cod. Opit.

---

404 ad n. 6426. LYSONIS cod. Opit.

---

405 *a S. Giovanni della Brazza nell' armeria del Sig. Girolamo de Capogrosso.*

D M
SABINAE
VIXIT · P · M
ANN · XXX
ATHENIO
CONSERVA*e*
FECIT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 36.

---

406 in insula Bratia ad S. Ioannem OPIT.; Brarghiae GLIVB.

D · M
SAVFEIAE · MAMEAE
ANN · V
MV · SAVFEIVS · VALENTINVS
MATRI · B · M · P

Codex Opiterginus; Gliubavaz inscr. Iad. f. 99.

Versus continuat Opit. — 1 om. Gliub. — 2 SAVFENIAE Gliub. — M
MAMEAE Opit., MANMEAE Gliub. — 3 om. Opit.; numerus corruptus est. — 4 SAVFENIVS (om. MV) Gliub. — 5 PATRI Gliub.

407 in insula Bratia ad S. Ioannem Opit.; Brarghiae Glivb.

STATIO · SILVINO
AN · LX
SAVFEIVS · VALENTINVS
PATRI · B · M · P

Codex Opiterginus; Gliubavaz inscr. Iad. f. 99.

Versus continuat Opit. — 2 ANN Gliub. — IX Opit. — 3 SAFEIVS Opit., SAVFENIVS Gliub.

APSOROS. CREXI insulae (p. 399).

408 ad n. 3148. Valvassonius (v. vol. V p. 1023) in syll. mai. f. 61 sic: LI · CAESARI · AVG · F | AVGSTO · PON · MAX | CA · EMILIVS · VOLSO · F · OCA · L · PONTEIVS | Q · ERVFVS · IIVIRI | PORTICVM · CVRIAM | D · D · FACVLVM · N · Ɔ | RAVER · EIDQVE · PRORA.

Dalmatiae incertae (p. 401. 1038).

409 ad n. 3164 cum add. p. 1038. Recognovit ad ectypum Glaviničius *Bull. Dalm.* p. 92. Emenda 5 H · S · E · F · I, 6 CELATI, 7 HEREDIS.

410/1 ad n. 3174. Guarnierius (v. vol. V p. XVIII) descripsit; legit 1 fin. AELVS DEF, 3 fin. ET · APVLEIO · M . . . .

412 ad n. 3185. Delineata reperitur inter Guarnieriana; est ibi 1 PANES/CA/, 8 PAR.

413 ad n. 6428. In castro Halmissae. POSVIT | DISA · S · CA · MATRI · MAGNE IANNIM cod. Opit.

414 ad n. 6429. In castro Halmissae Opit.; Salonis Glivbavaz f. 157.

D M
F O R T V N A T A E
QVAE VIXIT ANN XVIIII
M A X I M V S I A N V A
R I TITVSLAT S V A E
D E L I C A T A E E T S I B I
P L

Varia lectio codicis Opitergini haec est: 2 FORTVNATE — 3 QVE — AN — 4. 5 IANARI — 5 SVE — 6 DELICATE — 7 POSVERVNT.

415 ad n. 6430. In castro Halmissae. — MAXIMINAE · FILIAE cod. Opit.

---

416 ad n. 6431. In castro Halmissae Opit.; in oppido Almitiensi Gliubavaz inscr. Iad. f. 157′, qui sic dat:

PETRONIVS · ET
MATER · MAXIMILLA
TITIVILLAE
DEFVNCTAE · ANN · XXX
FILIAE · INFELICISSIMAE
TITVLVM · POSVERVNT

Sic Opit. quoque, nisi quod ibi est 3. 4 TITIVLE DEFVNTE.

Viae Dalmatiae (p. 406. 1038).

417 ad n. 3198 *b*. Gliubavaz f. 133: 1 ... VM (pro IVM), 2 DIVONVM (rel. om.), 3 MILLIA, 4 LXXVII Đ.

---

418 ad n. 3199. Gliubavaz f. 133 sic:

ↃIVI AVC
M A X T R
OSITE
Æ SALONITA
P DOLA

Huius tituli pars nuper Spalati ex pavimento viae extracta illata est in museum (*Mitth. der Centralcomm.* 1875 p. XLVII) haec:

DIVI · AVC
MAX TR



Instrumentum (p. 408. 1038. Eph. II, 352).

419 ad n. 3218, 3. Meo errore omisi quod in manubrio inscriptum est:

F · T · L

420 patera vitrea litteris et figuris stilo incisis, rep. Podgoritzae prope Docleam (v. supra p. 85), deinde Scutari in museo Perrot proxeni Italorum, hodie Parisiis in museo A. Basilewsky.

in gyro exteriore:

cymba coronata, in ea pueri tres manibus sublatis	DIVNAN DE VENT RE QVETI LIBERATVS EST *cetus hominem (Ionam) exspuens*	ABRAM *sic* ET FI EV *sic* AM *vir ar- bor mu- lier*	DOMNVS LAIARVM  *vir stans* *figura dimidiata stans in sepulero*	 *vir stans fustem tenens* *arbor unde aqua scaturrit*	DANIEL DE LACO LEONIS *leo vir manibus sublatis leo*	TRIS PVERI DE ECNE CAMI *pueri tres manibus sublatis*	S V S A N A DE FALSO CRE M I N E *mulier stolata manibus extensis*

in medio:

vir (Abraham) stans cultrum tenens *puer (Isaac)*

I. B. de Rossi *Bullettino cristiano* a. 1874 p. 153 tab. 11, ut delineavit Dumont; denuo a. 1877 p. 77 tab. 5. 6 ad archetypum sibi visum.

Litteris cursivis praeter vocabulum *resuscitat* quae scripta sunt Rossius sic legit: *Petrus virga perq|uodset:* | *fontes cipe|runt quore|re,* id est *Petrus virga percussit: fontes coeperunt currere.* — Reliqua explicatione non egent; tertio loco quod requiritur *Adam et Eva* scriptor male corrupit, quarto *Laiarum* dedit pro *Lazarum*; in septimo intellege *tres pueri de igne cami(ni).*

421 in amphora Salonis rep. 1874 [Spalati mus.].

litteris cavis HEREN · FLAV
litteris eminentibus MSA

Glavinič *Mitth. der Centralcomm.* 1875 p. XLVII.

---

422 fibula ex solido auro, Salonis rep., est Spalati in museo.

ab una parte:	*ab altero:*
DEMATI	VTERE FELI

Glavinič *Mitth. der Centralcomm.* 1875 p. L.
Immo *Delmati*.

PANNONIA INFERIOR.

Qui his ultimis annis in museum Pestinense illati sunt tituli, item alios ab amicis acceptos indefesso labore, sed iis qui Hungaricam linguam nesciunt parum utili, collegit ediditque Florianus Rómer *archaeologiai közlemények* vol. 11 (1877) fasc. 1 p. 27—46. Partem eorum repetivit Hampel apud Benndorfium et Hirschfeldium *archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich* 2 (1878) p. 67—80. Stuhlweissenburgi nuper reperta ediderunt Majonica et Schneider ibidem 1 (1877) p. 163—171. Hinc potiora repetivi, pauca addidi aliunde adsumpta. Omisi titulos exiguae utilitatis editos apud Rómerum in fasciculo supra citato n. 14. 15. 16. 17. 18. 21. 22. 24, item ad instrumentum quae pertinent pleraque; denique sepulcralem editum a Majonica l. c. p. 167.

CVSVM. MALATA. CVCCI (p. 421. 1041).

423 prodiit d. 6 Mai. 1878 in opere posita in abbatia Benedictinorum Aracs quae fuit prope Török-Becse (comit. Torontal trans Danuvium ad Theiss fl. supra Titel versus Szegedin). Videri eo translatum esse lapidem cum aliis similibus aedificandi causa ab altera ripa Danuvii observat Szent-Elaray. Simile quiddam cadit in titulos alios Transdanuvianos n. 3266. 3297.

CIR
ANI · AN · XII · E ❧
FLA · APOLINARI · VIXIT
AN · VIII · E · FL · MARCELVS
SVIS · E · SIBI · VIVS ❧
POSVIT ❧

Descripsi ad ectypum photographicum quod miserunt cum d. 15 Mai. 1878 Eugenius Szent-Elaray ab epistulis societatis archaeologicae et historicae Hungariae meridionalis tum Theodorus Ortvay Pressburgensis d. 29. Aug. 1878.

Stuhlweissenburg (p. 432. 1041. Eph. II, 365).

424 Stuhlweissenburg in aedibus Stephani a Paur episcopi *Stephansgasse* n. 15.

HERCVLI AVG
/I//AE//IID
/AAVH/// LVLLI
NINI/IBI
/////

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 167.

---

425 Stuhlweissenburg in fundamentis domus cuiusdam remansit; ectypum gypsaceum extat ibi apud Steph. de Paur.

MAXIMO//////
TRIB · LEG · IIII · S · C
DONIS MILIT A DIVC
TRAI · DN · QAEST V
AB ACT SENAT · T · R
ILEB PRAET · CVRAT
RI · VIAE · AREL IEG//
LEG · I · AD · IVRIDIC p. C. 136/137
PR · PR · VTRIVSQV
PNNONIAE · LEG · P
PR · PNNONAE · INFE
COS SODAL · AGVS p. C. 144
L · CVRAT · AED · SACRA p. C. 146
CANABENS · P · V · I

Schneider et Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 168.

[*T. Statilio*] *Maximo* ..... *trib*(*uno*) *leg*(*ionis*) *IIII Sc*[*yth*(*icae*)], *donis milit*(*aribus*) *a divo Trai*(*ano*) *d*[*o*]*n*(*ato*), *quaest*(*ori*) *u*[*rb*(*ano*)], *ab acti*(*s*) *senat*(*us*), *tr*[*ib*(*uno*)] [*p*]*leb*(*is*), *praet*(*ori*), *curat*[*o*]*ri viae Aurel*(*iae*), *leg*[*ato*] *leg*(*ionis*) *I ad*(*iutricis*), *iuridic*[*o*] *pr*(*o*) *pr*(*aetore*) *utriusqu*[*e*] *Pannoniae*, *leg*(*ato*) *p*[*r*(*o*)] *pr*(*aetore*) *Pannoniae infe*[*r*(*ioris*)], *co*(*n*)*s*(*uli*), *sodali Augus*[*ta*]*li*, *curat*(*ori*) *aed*(*ium*) *sacra*[*r*(*um*)] *Canabens*(*es*) *pu*[*b*(*lice*)].

Nomina expleverunt editores probabiliter collato cum v. 13 huius tituli urbano C. VI, 1008, qui est anni 146 positus *Lolliano Avito et Statilio M*[*aximo*] *cur*(*atoribus*) *operum publicorum*. Iidem consules fuerunt a. 144 teste titulo Portuensi (Rossi *Bullett. arch.* 1867 p. 123) posito *L. Lollia*[*no A*]*vito T. Statil*[*io M*]*aximo co*[*s.*], cum solo Maximi nomine hic appelletur tam in fastorum laterculis quam in indice praetorianorum C. VI n. 2379. Plene eum dictum esse T. Statilium Maximum Severum Rossius l. c. con-

tendit propter figlinas editas a Marinio Statilii Severi a. 124 (Arv. p. 306), T. Statilii Maximi Severi et a. 127 (l. c. p. 318) et aliis sine consulibus, Statilii Maximi sine consulibus (l. c. p. 317). Ego consuli a. 144 Severi nomen fuisse non crediderim, cum tituli eius certi id non habeant, in titulo autem Pannonico post Maximi cognomen vigintiviratus deficere videatur neque ita locus relinqui alteri cognomini. T. Statilii Maximi Severi tituli tres Aegyptiaci meminerunt duo Latini C. III, 46. 47 Memnoniani et Graecus C. I. G. III, 4815*c* p. 1213; nomen in primo est *T. Statilius Maximus Se . . r . .*, in secundo et tertio *Maximus* (male Franzius dedit Μαξίμιος) *Statilius*; annum primus habet 136, officium idiologi tertius. Hic igitur vir equestris nobilitatis a nostro Maximo diversus fuerit necesse est, crediderimque patrem nostri eum fuisse et eius esse tegulas illas. — Titulus haec fere habet quae aut recedant a forma consueta aut certe non vulgaria sint. Ab actis senatus munere Maximus quod functus est quaestorius ante tribunatum, plane convenit institutis aetatis Traianae et Hadrianae. cuius esse titulum patet (*Staatsrecht* 2², 864 n. 5). — *Iuridicus pro praetore utriusque Pannoniae* qui nunc primum emergit tribus nominibus a solita ordinatione recedit: primum quod utrique provinciae praeest; deinde quod praeterea Pannoniae iuridicum nullum habuerunt; denique quod legatus iuridicus adhuc nullus inventus est propraetoris iure auctus, neque nisi toto rerum statu mutato eo iure augeri potuit, cum sub legato provinciae constitutus sit, is ipse autem cum item pro praetore sit, propraetorem sibi parentem habere nequeat (*Staatsrecht* 1² p. 223 n. 5). Eas omnes difficultates una eaque felicissima coniectura Otto Hirschfeld noster (*Mitth.* in add.) dissipavit, scilicet Maximum hunc eo officio functum esse a. 136/7, quo L. Aelius Caesar pro consule Pannoniis praeerat (v. n. 4133 et quae ibi adnotantur). Nam ab hoc quattuor legionibus praeposito viro iurisdictio ad magistratum diversum omnino potuit transferri et ipsum scilicet in utraque provincia munere fungentem; item huic magistratui propraetoris ius recte dari potuit, cum proconsuli pareret. Aetati quoque Maximi, qualem supra definivimus, munus hoc optime convenit. — Deinde Maximus factus est legatus Pannoniae inferioris ante quam consul, nam, ut docui C. III p. 415, aliquantum post divisam provinciam inferiori praetorius legatus praefuit nec consularis ibi invenitur ante Marcum. Illum cum ex hoc titulo efficiatur mansisse certe primis annis Antonini Pii, non sine probabilitate eam mutationem ad bellum Marcomanicum referemus, cum praesertim provinciae cui unica legio praetendat praetorius legatus multo magis aptus sit. — Canabenses denique, cum constet Stuhlweissenburgi vicum fuisse attributum coloniae Aquinco non solum celebrem, sed ipsum templum eius provinciae habentem (v. C. III p. 432), poterunt intellegi ipsi Aquincenses, scilicet cives Romani qui consistebant ad canabas legionis II adiutricis; quamquam obstat, quod ante tempus quo titulus positus est Aquincenses coloniae ius obtinuerunt itaque sub Pio parum apte Canabenses appellantur. Quod si e contrario ponimus nomen Canabensium proprium fuisse ipsorum illorum vicanorum, quorum antiquum nomen aliunde traditum non habemus, sane a castris Aquincensi-

bus id descendere nequit; sed possunt milites Romani aliquamdiu eo loco constitisse et post deductos eos nomen loco remansisse; denique ut Lugduni negotiantes vinarii in canabis suis consistebant, ita potuerunt alibi quoque canabae non castrenses institui et vicis nomen inde imponi.

---

426 Stuhlweissenburg in aedibus Stephani a Paur.

LEG IIII F F
STIP VIIII
M · PACILI
VS · RVFVS
7 EIVS

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* I p. 167.

---

427 Stuhlweissenburg in aedibus Stephani a Paur.

d M
ti. CLAVDIC
m VN · BRIG
q VI · VIXIT AN
LIA GEMEL
con IVGI · PIEN *tis*
si MO · F C

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* I p. 167.

Inter Stuhlweissenburg et Ofen (p. 434. 1041. Eph. II, 365).

428 ad Eph. II n. 610. Iam Pestini in museo. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 29 legit 1 *l*IBERO *et* *l*IB, 3 VICTORINs, 4 FI pro FI^.

---

429 ad Eph. II n. 611. Iam Pestini in museo. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 30; Hampel *Mitth.* 2 p. 79. Eorum ille sic dat: PVTIOLA|NO AVR VALENTNS | ////⌐ | ///DPF|VSLM, cogitans de genio Puteolano, cuius supplementi nec verba Latina sunt (nam genium urbis Romae dicimus, non Romanum), nec re id ferri potest. Hampelius legit v. 1 sic: :V/ /OLA, observans quartam litteram fuisse V. Mihi in mentem venit *Aug(usto) Volkano* litteris LK aliquo modo contignatis. — 5 recte agnovit Hampelius [*legionem II a*]*d(iutricem) p(iam) f(idelem)*.

MATRICA. CAMPONA (p. 436. Eph. II, 367).

430 Ercsia infra Battam iuxta hortos dominicos ad viam rep. est, quo unde venerit, ignoratur.

TERÆ · M
ATRI · FL·
MAXIM
INA
V · S · L · M

Rómer *arch. ertesitö* 9 (1875) p. 272; Car. Szasz in eph. *Székesfehérvár* d. 12. Mart. 1877, q. n. v. (inde Hampel *Mitth.* 2 p. 76).
1 TERE Rom.

AQVINCVM (p. 439. 1041. Eph. II, 369).

431 Aquinci ad montem Schneckenberg *nächst der Krempelmühle* rep. a. 1876, est Pestini in museo.

PRO · SALVTE · D · N ·
IMP · M · AVREL · AN
TONINI · AVG
AVRELI · FLORVS · ET · M
ERCATOR · II · VIR · Q · Q
C *ol* AQ · TEMPVLM
ne MESIS · VETVSTATE
con | LÆSVM · RESTTVER
messalla | E · SABI · COS · VIII K IVL p. C. 214 Iun. 24
d. d. | AVR · SVRO · SALA ·

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 30; Hampel apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 70.

Hinc intellegitur deam Nemesin esse ipsam antiquissimam Fortem Fortunam. Ei enim sacer est dies Iun. 24 (C. I. L. I p. 395), easque ferias, quae a Ser. Tullio institutae esse dicuntur dedicata aede Fortunae extra urbem ad Tiberim, non meliore tantum aetate celebratissimas fuisse, sed labentibus quoque rebus Romanis intellegitur ex menologio rustico, quod mensi Iunio Fortis Fortunae sacrum adscribit. Confirmat rem titulus Apulensis (C. III, 1125) aetatis Gordianae dedicatus *deae Nemesi sive Fortunae.* — In fine redit opinor *salariarius* legionis, de quo dixi Eph. II p. 424 ad n. 886, confirmaturque quod ibi dixi hunc eminentiore loco militasse videri inde appellatum, quod non stipendium, sed salarium acciperet; nam qui dedicant solent esse qui consecrantibus praepositi sunt, praesides fere provinciae legative legionis.

432 rep. cum n. 431; est in museo Pestinensi.

COL·
POPIL·HYLATA*uiii*
KAL·IVLIAS

Ectypum misit Hampel. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 31; Hampel *Mitth.* 2 p. 70.

433 rep. cum n. 431; est in museo Pestinensi.

VS·S*e*
*c*VL·LEG·II·
ADI·V·S·L·M

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 31; Hampel apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 70.

434 in operculo arcae rep. Alt-Ofen ad montem Tabor in vinea pistoris Ant. Graf; est Pestini in museo.

protome
D M
TI·AELI·CLA·LVCVS
THESSA·VET·LEG
II AD·*p.f*·P·AEL
LYCVS·VET·LEG
EIVSD·AERES
AMICO
BENE·MERENTI
FECIT

Rómer *arch. ertesitö* 9 (1875) p. 291. 2 praenomen corruptum est. — 4 P·F· scripsi pro ET· — *Claudia Thessalonica* reperitur item vol. III n. 3528; vol. VI n. 2382, 1; 2679.

435 Ofen *im Lucasbad* ex pariete extracta; est Pestini in museo.

AVR
FIL·CL
AGRI*ppinen*
SI QVON*dam*
ML·IIII·*f.f*
7 DELI
TIN STI*p*
VIX N
IVL CRI*spus*
ML EIVS*dem he*
RES EX*testam*
FACIE CV*rauit*

Recognovi ad ectypum quod misit Hampel. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 37; Hampel *Mitth.* 2 p. 71.

436 Alt-Ofen rep. a. 1876 in coemeterio catholico.

STATILI
VS
PROCVLVS
CENTVRIE
MEMORIA

Ectypum misit Hampel. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 42; Hampel *Mitth.* 2 p. 70.

4 *centurie* fortasse significat eum qui centuriae praesit, ut hoc intellegendum sit centurionem memoriam sibi fecisse; sed qui similiter locutus sit nescio.

---

437 arca allata fortasse ex parietinis Brigetionensibus Budam, ubi a. 1876 extracta est ex pila ecclesiae matris dei.

D M
IVL · LAETILLAE · MARC · AVR
THAEGENES DEC · M · BREGETI *sic*
ONESIVM CONIVGI CARIS
SIME FACIENDVM CVRAVIT

Ectypum vv. 2. 3 misit Hampel. Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 32; Hampel *Mitth.* 2 p. 71.

---

438 ad Budam veterem rep. cum n. 434; est Pestini in museo.

D
VAL · V
TESSNII
QVEVIX

Rómer *arch. Ertesitö* 9 (1875) p. 292.

VLCISIA CASTRA (p. 458. Eph. II, 388).

439 Szent-Endre in domo episcopi Graeci Budensis.

protomae tres
D M
⁝ TITVLVM POSVIT
FLORINA NIOTRIINO
VIRGINIO SVO
Q VIXIT ANOS L
ET MENSES II ꟻ

Rómer *arch. Ertesitö* 9 (1875) p. 271.

3 KLORINA Romer, deceptus figura quae est F.

CIRPI. SALVA (p. 459. Eph. II, 389).

440 Leányfálu rep. in muro aediculae cuiusdam; nunc Duna-Bogdány in ecclesia catholica.

I · O · M
M · AVR · PRIS
CVS · SIG · COH ·
Ī ↀ NOVA
SEVERIANA
SVRORVM · SAG
————
u · S · L · M

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 27, cui dedit Paulus Szent-Pétery. Recte composuit Rómer cum titulis ad proximum castellum Szent-Endre repertis n. 3638. 3639 imperatori Alexandro et matri eius anno 230 positis a *coh(orte) I (miliaria) n(ova) S(ereriana) S(urorum) s(agittariorum)*, quae litterae nunc primum quid significent intellegitur.

441 arca Duna-Bogdány rep. a. 1877 prope castrum Romanum.

genius alatus innixus faci coronatae	M · AVREL · MARCIANO IN FLORE · AETATIS · CONSTITVTO · HOMINIB'S EREPTO · AVR · MARCVS · DEC COL · PATER · ET · SIBI	*genius alatus innixus faci coronatae*

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 33, cui descripsit Paulus Szent-Pétery.

Incertae Pannoniae inferioris (p. 461. 1042. Eph. II, 390. 480).

442 ad Eph. II n. 1060. Teste Wolffio ante c. LX annos Szaparyana domus titulum Pestini in auctione publica adquisivit. Hampel *Mitth.* 2 p. 75.

Viae Pannoniae inferioris (p. 464. 1042. Eph. II, 394).

443 ad n. 3710. 3715. 3719. 3721. 3731. Accedit similis columna Alexandri cum clausula //MIL P XVI, quae ex hortis Püspöki nuper translata est Granum in domum primatialem, edita a Rómero *arch. közl.* 11, 1 p. 31. Mihi haec quoque antiquitus creditur stetisse in via Aquinco Mur-

sam; nam supra Aquincum similes columnae numquam visae sunt, nec quicquam obstat, quominus qui columnam in hortos illos primatiales intulit eam ex regione longinqua eo transportarit.

---

444 col. mil. alta m. 1.65, diam. 0.45. Fadd supra Tolnam rep. 11 Febr. 1877.

I M P · C A E S
C · I V L · V E R V S · M A X I
M I N V S · P · F · A V G p. C. 235
TRIB · POT · P · P · COS
D E S I G · A B · A Q
M · P · L ✕✕ · VI

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 32, cui misit parochus Faddensis Gabr. Hanny. Cf. n. 6465. — 3 P · M · excidit aut quadratarii culpa aut eius qui descripsit.

Tegulae Pannoniae inferioris (p. 472. 1043. Eph. II, 399).

445 ad n. 3765 = Eph. II n. 781. Bogdány rep. [mus. Pest.].

a APLVPPIPNNIORD

b APLVPPI NNIORI PL *contignantur*

a Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 40 ad ectypum.
b Hampel *Mitth.* 2 p. 74 ad archetypum. Ante N spatium vacat P litterae recipiendae aptum.

Accedit haec ad similes AQ LVPO ORD et APLVPPI. De *ord(inario)* vide quae nos observavimus Eph. II ad n. 781; in *Pann* nomen provinciae inesse recte observavit Rómer. Sed I quod sequitur aut *primam* significare aut *inferiorem* parum probabile est; ea enim aetate, quam tegulae prae se ferunt, inferioris appellatio in desuetudinem abierat, prima autem non convenit tegulis adhuc prolatis ex solis castellis Aquinco vicinis.

---

446 *a* Duna Keszi in castello Romano rep. [Pest. mus.].
b rep. in alveo Danuvi ad Zádor-Imsós prope Duna Pentele [Gödöllö mus.].

a OF ARN MAXENTI AVIN
b C OF AR MAXENTI AR

a Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 44; Hampel *Mitth.* 2 p. 73.
b Rómer l. c. p. 41; Hampel l. c. p. 76.

Accedunt hae ad similes OF ARN MAXENT*i* AP (Eph. II n. 788); OF ARN (vel AR: Rómer l. c. p. 44; Hampel l. c. p. 73) BONO MAG (C. III, 4669 = Eph.

II n. 923); OF ARN VRSICINI MAG (C. III, 4668). In duabus his videntur nominari magistri militum vel officiorum duo Bonosus (cf. rescriptum a. 347 datum Bonoso mag. eq. C. Th. 5, 4, 1) et Ursicinus, fortasse notus dux aetatis Constantianae. In OF (vel C OF) ARN quid lateat, adhuc ignoratur; nec magis intelleguntur quae in fine posita sunt AP (cf. Eph. II n. 778) et AVIN. Illud alibi quoque in hoc genere tegularum reperitur (cf. Eph. II n. 798); AVIN Rómer composuit cum tegula castelli VINCENTIA nomine inscripta (n. 3773).

---

447 ad Zádor-Imsós prope Duna Pentele videtur rep. [Gödöllö mus.].

s |ATVRNINS

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 41; Hampel *Mitth.* 2 p. 77.
Cf. Eph. II p. 404.

---


448 Szent-Endre rep. una cum tegulis Frigeridi [Pest. mus.].

{ᴐ IVONO|

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 39; Hampel *Mitth.* 2 p. 72.

---

449 scriptum stilo in tegula rep. Puszta Lipovicza in com. Baranyensi a Villány ad orientem.



Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 39 qui legit l. 2 *domine magister,* perperam omnino.

PANNONIA SVPERIOR.

I. Valvassoniana collectanea tum, cum volumen III curabam, frustra expetita (v. p. 478), servata autem in Anglia in bibliotheca Holkhamensi n. 414, postquam bona fortuna et summa benevolentia illustrissimi domini comitis Leicester factum est ut ad me adferrentur, diligenter excussi. Plura cum ad vol. V pertineant, ibi p. 1023 librum descripsi, hic contentus ea indicavisse quae ad vol. III respiciunt.

1. Ex Dalmatia insunt n. 2243 f. 69′ et n. 2475 f. 37 utpote mature delatae Salonis Tarvisium. Referuntur loco non indicato.

2. Chersina quaedam et Osseritana (n. 3137. 3148. 3149. 3152. 3154) hic leguntur f. 61. 64′. 67′ locis non adscriptis et interposita urbanis. Meliore forma pleraque eorum habuimus ex schedis Valvassonianis iis de quibus dixi p. 273; unam n. 3148 infra apposui.

3. Taurunenses et Aquincenses, quas recensui ex schedis a Francisco Iustiniano cum Valvassonio communicatis et hodie servatis Mutinae (v. p. 413, IV cf. p. 263), hic redeunt f. 70—76 ex iisdem descriptae non sine erroribus (ita n. 3556 quod scripsit Iustinianus ARIVIOR, mutatum est apud ipsum in AR IVNIOR, eamque pravam coniecturam schedae hae solam habent). Has examinatas abieci.

4. Labacensia Valvassonius exhibet f. 50′—54 haec: n. 3776. 3777. 3819. 3843. 3846. 3847. 3861. 3863. 3881. 3892, item f. 60 n. 3895 epigramma Krainburgense et tria quae infra eduntur. Veniunt haec ex ipsis saxis nec spernenda sunt.

5. Vindobonense epigramma unum n. 4583 profert Valvassonius f. 69.

6. In confiniis agri Friulani et Norici reperta epigrammata n. 4712—4715 habueramus iam ex aliis schedis Valvassonii; redeunt in hoc codice f. 43. 44.

7. Virunense epigramma unum n. 4775 exhibet codex f. 44.

8. Atrantinum unum n. 5118 legitur f. 59′.

9. Celeiensia f. 54—59 exhibentur haec n. 5154. 5158. 5212. 5217. 5225. 5226. 5230. 5238. 5257. 5262. 5267. 5269. 5271 non male excepta ex ipsis opinor saxis; sed cum eadem ab aliis auctoribus recte descripta habeamus, nihil inde profecimus.

10. Melkense elogium unum legitur f. 78 sine loco. Quod sequitur epigramma n. 605 praeterea ignotum et ipsum Noricum esse manifestum est.

II. S. Ljvbič quas nuper edidit 'inscriptiones quae Zagrabiae in museo nationali asservantur' (Zagrabiae 1876. 8. pp. 77), ex iis ad auctarium pauca tantum accesserunt, cum pleraque quae ibi leguntur in volumen tertium non relata, nuper mihi visa in auctario priore ediderim. Repetere nolui fragmenta exigua Sisciense n. p. 28 n. 66 et Daruvarensia p. 26 n. 59 et p. 32 n. 74; ex instrumento denique potiora tantum selegi.

III. Optimo consilio et cum summo horum studiorum profectu socius operis nostri Otto HIRSCHFELD Vindobonensis cum collegis Conzio antea, mox Benndorfio ephemeridem edere coepit *archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich und Ungarn,* cuius adhuc prodierunt vol. 1 a. 1878 (8. pp. 182) et vol. 2 fasc. 1 (1878 pp. 104). Ei inseretur quidquid novi dies profert in vastis territoriis Austriacis Hungaricisque, itaque et commodis fasciculis comprehenduntur per multos dissitosque libros dispersa et saepe ea lingua edita, qua qui in his rebus utuntur significant sibi cordi esse quae edunt ne legantur, et itineribus susceptis modo editores modo familiares eorum et discipuli territoria illa particulatim peragrant quaeque sic sibi innotuerunt satis perite descripta nobiscum communicant. Hoc institutum si imitabuntur reliquae nationes, quibus rei Romanae aliquam portionem ut habeant contigit, maxime Itali, satis provisum est, ne hic quoque, sicut in Graecis evenit, absoluta sylloge per nova inventa paucis decenniis ad antiquam confusionem relabamur. Ex his fasciculis ego potiora tantum huic meo auctario inserui. Ad Pannoniam superiorem inde potissimum pertinent quae protulerunt E. MAIONICA et R. SCHNEIDER ex Savaria 2 p. 9—17; ex Brigetione 1 p. 151—163; ex Arrabona 1 p. 148—150, ex Carnunto Hirschfeldius ipse 1 p. 130—144. Quaenam suppresserim hoc loco indicare non opus est, cum conferenti statim pateat.

NAVPORTVS (p. 483. Eph. II, 406).

450 ad n. 3776. 3777. Valvassonius syll. mai. f. 50′ 'Lubianae in aedibus episcopatus'. 5 fin. AEDE, 6 fin. DE · V Valv.

---

451 ad n. 3782. Extat adhuc Laas in ecclesia S. Martini a Podcirkev in Ulaka. Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. LXXXVIII excepit sic:

/.AEDAGONIVS
/TTVS HIC IACET
ANOR · XXV · MEN · X
D · VII · OCAEDAGO
extrema latent

Addit Muellnerus v. 2 litteras TT in litura restitutas esse. Scribendum est v. 1. 2 [*Q. C*]*aedagonius* [*A*]*ttus* (cognomen redit n. 5354), 4 *Q. Caedago*-[*nius*] .....

Igg (p. 484. Eph. II, 406).

452 ad n. 3819. Valvassonius syll. mai. f. 51 'in eadem civitate' (praecedit 'Lubianae in aedibus episcopatus'). Vv. al. div. et legit 1. 2 VEITRONIVS BVTTON S F, 6. 7 PARENTIB Valv.

453 ad Eph. II n. 802. Nuper lapis ex pariete cui insertus erat extractus est itaque recognitum edidit Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. LXXXVIII, sed ut lectionem meam mere confirmet; nam perinde est quod habet 4 DENDROFO pro DENDROFOR, 7 CENTONARIORVM pro *ce*NTONA*r*IORVM. In difficillimo loco 2 fin., ubi paenultimam litteram ego dixi esse E vel L vel F, ultimam D vel L, ille antiquam lectionem suam retinet E · D, re haec ab illa non differt; quod vero interpretationem suam, scilicet *aed(ilem) E(monae)* admissa littera singulari sine idoneo exemplo et, quod peius est, monstrum illud *dec(urionis) bis* denuo proponit, hoc solum demonstravit et nescire se artem epigraphicam et nolle 'doceri.

---

454 Igg ad aediculam S. Georgii.

VSIIL
N · XII . . . .
VIA · RVS†C
I · F · Θ · N . . . . Ɛ · VOL
TARO · Θ · N · L

Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. LXXXVIII.
Voltaronis nomen redit n. 3785. 3818. Eph. II n. 807.

---

455 litteris pulchris et magnis. Igg in aedicula S. Georgii.

L · M A P · XX
IN AG · P · XXX

Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. LXXXVIII.
Qui descripsit si recte excepit, legendum est *l(ocus) m(onumenti) a(nte) p(edes) XX, in ag(rum) p(edes) XXX.* Quamquam *ante* sic adverbialiter de loco vix in usu est, expectandumque est testimonium hominis periti.

EMONA (p. 488. 1044. Eph. II, 408).

456 ad n. 3843. Valvasonius f. 52 '(Lubianae) in conventu Theutonicorum'. 2 AVRELIO adest. — 3 FIL Valv.

---

457 ad n. 3847. Valvasonius syll. mai. f. 52'. — 1 T · VARIO · T · F, 2 NARBONAE, 5 PETRONIAE, 6 om. Valv.

458 ad n. 3861. Valvasonius f. 52′ sic dat a principio mutilam:

Θ L
T L E YL VALENTION///
Θ · AN · XXXV · E Y
S E C C O / / / E M O N s
Θ · AN · L Y · EMONs
Θ · A · XXX

---

459 ad n. 3863. Habet iam Valvasonius f. 53′ descriptam Lubianae 'in aede S. Mariae Theutonicorum'.

---

460 ad n. 3881. Valvasonius f. 53 (Lubianae) 'in marmore Pario affabre sculpto cum duobus hinc inde pueris alatis'.

---

461 ibidem (praecedit Lubianae in conventu Theutonicorum) Valvas.

E B O N / / / /
AN · LX ·
V E L A T
M A X V M A
NO/// PARENTIB.
SVIS ·

Valvasonius f. 52.

---

462 inter Labacenses.

VARIA /IL/ PRIMOGENI//
DE SVO PATRONIS
POSIT

Valvasonius f. 51′.
3 postea factum POSVIT.

NEVIODVNVM (p. 498. 1044. Eph. II, 412).

463 ad n. 3923. Malence ex stabulo Iosephi Boškovič nuper transiit in museum Laibacense. Edidit denuo pro inedita Alph. Muellner *Mitth. der Centralcommission* 1878 p. XC, legens diverse, sed non melius Leiningero. Mihi Pichlero intercedente Pleschner Laibacensis ectypum misit, ex quo sic emenda:

S I L V A N O
AVG; · SAC
P · EPPIVS
R V F I N V S
V · S · L · M

Savi vallis ad Emonam (p. 494. Eph. II, 410).

464 ad Eph. II n. 815. Ex museo Laibacensi ectypum misit Pleschner. Corrige 1 T · F · RVFINVS — 2 ET — 7. 8 RV|FILAE.

LATOBICI (p. 496. Eph. II, 410).

465 ad Eph. II n. 816. Contuli ad ectypum missum ex museo Laibacensi. Recte edita est.

---

466 ad Eph. II n. 817. Contuli similiter. 2 videtur esse in lapide, ut conieci, TVLLIVS.

---

467 ad Eph. II n. 818. Contuli similiter. Corrige 2 E · GEN · LO//, 3 DIGI//, 4 LEG/\, 6 KAL · (pro KALE), 8 E (ut videtur).

Ager ad Colapim fluvium (p. 500. Eph. II, 413).

468 ad n. 3933. Denuo qui descripsit Alph. Muellner (*Mitth. der Central-commission* 1878 p. LXXXIX) sic dedit ut coniectura ego restitui, nisi quod habet SALV ubi requiritur SALVE.

---

469 Gradac (mil. Germanico uno a Tschernembl ad orientem Moettling versus) in hortis castri.

delphini duo
protome
SEX · CAES
PROVIN
CIALIS · ET
CAES · M
AXIMA
V · F · S

Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. LXXXIX.

---

470 Gradac ibi ubi est n. 469.

delphini
discus
avis et vascula
. . . . . .
. . . . CFI
. . . VI
. . . NA
. . . . . .

Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. XC.

SISCIA (p. 501. 1044. Eph. II, 413).

Sisciam cum nossemus et Flaviam et Septimiam, iam Aeliam quoque dictam esse didicimus ex laterculo praetorianorum nuper Romae reperto C. VI, 2385, 5, 9 scripto imperante Severo.

471 ad n. 3950. Hora dimidia a Siscia trans Savum in vico Topolevetz repperit Iagič; quo rusticus quidam narravit adlatam esse ex loco q. d. Budaševo. Iam est in museo Agramensi. Descripsit sic, ut iam videar mihi non recte aras duas hanc et n. 3942 ad eundem dedicantem rettulisse:

I · O · M
aquila in globo C · LIVIVS *ful- men*
MODERATVS
B · COS
V · S

---

472 Sisciae rep. in colle e regione coemeterii, nunc Agrami in museo.

MARTI MA*r*
MOGIO AVG S*ig*
NVM CVM S*t*IB*adio*
IVN PHILOCRA
CVM IV*l* GRC
CO MAC MCR
V *s l m*

Iagič Sisciensis misit.

l. 2 redit numen in aliis titulis Pannoniae superioris et Norici; scilicet innotuit ex Solva *Mars Latobius Harmogius Toutas Sinas Mogenius* (n. 5320, ubi vide de lectione non tota certa), ex Andautonia *Harmogius Augustus* (n. 4014), ex Fafiana *Marmogius* (n. 5672 = Eph. II n. 988). Accedit quarta haec in prima littera cum Fafianensi stans contra duos alios titulos. — 3 SIIP traditur; quod dedi accommodatum est ad Veronensem vol. V n. 3929. — 6 magister cuiusnam collegii hic nominetur, nescio.

---

473 fortasse superposita fuit praecedenti. Sisciae rep. Agrami est in museo.

S · S · S
/ V R / /
/ A / / MISER
u · *s* · L · M

Iagič Sisciensis misit.

474 Topolovetz rep. cum n. 3950 (vide supra)

traditur:	*fuit fere:*
S I L V I A	SILVA
N . . . IS	NIS
M·I·L·N·C	M·FL·IVC
N · S · L · M	V · S · L · M

Iagič Sisciensis misit.

---

475 prope Sisciam rep. a. 1874, dum scrobs effoditur ad macerandam calcem, in fundo C. Smidem, ex cuius dono nunc est in museo Zagrabiensi.

M · M V C I V S
H E G E T O R
M E D I C V S
COH XXXII V C R
AN · XLVII
H *s* E
MVCIA · CORIN
THIA · SIBI · ET
PATRONO · D

Ljubič inscr. musei Zagrab. (1876) n. 19.

4 VCR (vel D) in lapide legi rescripsit collegae meo Iagičio Račkius Agramensis, VSD Ljubič male. — Cohortis XXXII v(oluntariorum) c(ivium) R(omanorum) praeter titulos quosdam tribunorum eius (C. III n. 320. 386) extat alter titulus et ipse non longe a Siscia repertus n. 4006.

---

476 Sisciae videtur reperta esse; est Agrami in museo.

anaglyphum
TI · CLAVDIVS

Ljubič inscr. mus. Zagrab. n. 45.

---

477 Sisciae nuper rep.

d. m. S
*o*CTAVIANVS
T

Iagič Sisciensis misit.

478 Sisciae rep.; iam Agrami in museo.

E VALENIV
AEL · SECVNDINV
MAG · D · D

Iagič Sisciensis misit descriptam ab amico.

---

479 Sisciae rep. in via secunda iuxta fossam.

/ / / / / / / / / / / /\ C R I
P O S V I T C A R I S S I M/ E S V A E
M A X I M I L L E N O M/ *i* N A T V E
S V P E R O S L A V D E S Q/ M A N E B V N T
A D Q V E V T I N A M V :/ ʀ S T E \ A A I /
R E C I P E R E S T V A M E R *i* T A M A G N A
C O N I V G I O E R E/ P T A M
F I R M A R E Q V I R A/ T I B I D E M

Iagič Sisciensis misit delineatam. Litterae ita detritae sunt, ut vestigia tantum remaneant, quae typis imitari non potuimus. Puto tamen quae aetatem tulerunt eas fere agnovisse me excepto v. 5 posteriore. Lapis dicitur integer esse, sed litterae v. 1 evanuisse.

POETOVIO (p. 510. 1044).

480 Pettau rep. a. 1870 et illata in museum Gratzense.

dd
NN VIL STAT
SAVA RENSIS
PRO SALVTE
S V/*a et s*\ VORV
u. s. \ M

Pichler apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 63.

Alius *vil*(*licus*) *stat*(*ionis*) *Savar*(*ensis*) est in titulo Savarensi n. 4161. *Savarensis* legitur item pro nomine n. 4692 et praestat fortasse sic scribere quam ut hodie solemus Savariensis.

SAVARIA (p. 525. 1044. Eph. II p. 419).

481 ad n. 4151. Denuo descripserunt Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 12 non meliore successu quam priores; neque enim legit nisi qui intellegit.

---

482 ad n. 4178. Verantius apographum proponit recte exceptum et longe praeferendum pessimo Laziano, quod ipse explevit quoque satis commode, hoc:

imp. ca|E S A R I ·
divi n|E R V Æ ·
f. n|E R V A E ·
traian|O · AV G V'T
german|I C · D A C I C
pontif.|M A X I M
tribunicia|E · PoTE S T A T S
.... c|O S · V · PATR · P — p. C. 103/111
pont. a|VGVR · SACER
dota|L EX · COLONIA
s|AVARIA

Apparet v. 9 in. nomen viri nullum collocari posse, sed titulum positum esse a sacerdotibus Savariae omnibus, quamquam hoc opinor praeterea sine exemplo est. Propterea v. 9. 10, ubi SACER | *collegii* Verantius habet, scripsi SACER|*dota*L(*es*).

---

483 ad n. 4186. Verantius 5 ET LECTOR.

---

484 ad n. 4221. Verantius sic refert monens puncta interiecta esse omnibus syllabis et adnotans: 'apparet Christiani fuisse, qui fortasse immediate Romanis succedere in locum et vetustatem imitari voluit.'

HIC · PO · SI · TVS · EST · FL
O · REN · TI · NVS · IN · TEANS · QVI
VI · XIT · ANOS · SEP · TEM
ET · RE · QVI · EM · AD · CE · PIT · IN · DE · O
R · TRE · NOS · TRO · ET · HRIS · TO · E · IVS *sic*

---

485 Eph. II n. 866. Dele; est n. 4191 pars superstes.

486 Steinamanger in museo.

in latere: *corona cum taenia*

i SIDI
AVG · SA c
Q · IVLIVS
m ODERAT us
et i VLIV s
FILI
D D

in latere: *figura nuda fortasse cornuta, s. cornu copiae (?) tenens*

caput dammae

Lipp *arch. Ertesitö* 9 (1875) p. 167; *es Vasmegyri régészeti-egylet* fasc. 3 p. 122 q. n. v.; Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 2 p. 13.

---

487 Savariae rep., est ibi in museo.

I · O · M · C ·
SAC · C · STA
FIRMVS · P ro
se ET · SVI s

Lipp misit et ed. in annal. com. Eisenburg. 6 (1878) p. 67.
I(ovi) o(ptimo) m(aximo) c(onservatori) fortasse.

---

488 Steinamanger in museo.

LIBERO
PATRI
TARTENI
IANVAR
IVS · V · S · M

Lipp misit et ed. *arch. Ertesitö* 9 p. 166 et in ann. com. Eisenburg. 3 p. 85 q. n. v.; Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 3 p. 14.
Lippii v. l. omisi.

---

489 Savariae rep., est ibi in museo.

SAC · IV
SABIN

Lipp misit et ed. in annal. com. Eisenburg. 6 (1878) p. 67.

490 in Sytke pago prope Savariam.

IMP · CÆSAR · TI
AVG
SACRVM

Verantius ms.

Corrigerem CAESARI pro CAESAR · TI, nisi mire accideret iam sub Augusto positus in his partibus titulus honorarius.

---

491 'in Hungaria in pago Peczen muro templi insitum ex Sabariae urbe advectum, quae est in ripa Giungies indigenis Zombolhiz dicta, non longe a Noricae montibus in sacra prz . . . .'

P · ANT

Verantius ms.

---

492 Savariae rep., est in museo.

BONAE M *emoriae*

Lipp misit et ed. in annal. com. Eisenburg. 6 p. 67.

Inter Savariam et Scarbantiam (p. 532. Eph. II p. 421).

493 ad n. 4225. Verantius 2 SATVRNNVS, 3 L · F, 6 XIIII.

SCARBANTIA (p. 533. Eph. II p. 421).

494 ad n. 4247. Verantius sic: 'Sopronii extra urbem in editiore colle Viennam spectante supra suburbium inventum.' Convenit cum ed., nisi quod in cod. est recte |ARBITR · L · LARTI.

---

495 ad n. 4260. Verantius ibidem legit ubi n. 4247 et sic exhibet recte:

IVL · TI · L · DO
NATA · ANN
XXV · H · S · E · TI
IVL · PRINCEPS
LIBERTAE · ET
NVTRICI · POSVIT

MVRSELLA (p. 536. 1044. Eph. II p. 421).

496 Tüskevár (com. Vesprim. medio loco fere inter Steinamanger et Veczprem) rep., nunc Steinamanger in museo.

/ / / / / / / / / /
.E · //ST · ///REC
D ·D NN AVGG · S
C · IVL · CONSTA
NS · BF · COS · TE
IVLIA · SEVERA
EIVS · TEM*p*VLVM
ONSTITVERVNT
PRO · SE · SVISQ
VE · O*m*NIBVS · IN
COLVM*i*BVS
V · S · L · M

Lipp misit et edidit in annalibus com. Eisenburgensis (v. Eph. II p. 419) 6 (1878) p. 22.

Principium evanidum sic fere fuisse videtur: I · O · M | PRO · SALVTE | DD · NN · AVGG · S. — 6 TE · M · IVL · VM traditur. — 7 ONSTVERVNT traditur.

Totis (p. 537).

497 Lopresti haspól, ubi thermae sunt, prope Totis rep.; extat ibi in castello.

NYMPH*is*
ACIVS
FEC

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 163.

BRIGETIO (p. 539. 1045. Eph. II p. 424).

498 ad n. 4312. V. 7 [VIBIVS] ALBIVS Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 151.

499 Szöny rep., hodie Vindobonae in museo.

I O V I
D O L I C H E
V A L E R I V *S*
H E R M E *s*
V · S · L ·

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 157 adhibito exemplo Voetteriano.

l. 3 quae dantur inclinatis accesserunt ex Voetterianis.

---

500 Szöny in villa comitum Zichy.

I O M
PRO SALVTE
IMPP · DD · NN
AVGG
AVR · VITALIS
VET · PRO · SE · ET
TOLESIBVS
OMNIBVS · V · S · L ·
M

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 152.

Cum in veterani titulo de corpore militari cogitari non debeat, Tolenses mihi creduntur vicani esse vici alicuius agri Brigetionensis.

---

501 Szöny in villa com. Zichy.

I O M
CL CLAV
D I A N V S
OPT · LEG · Ī
sic ADT · V · S · L

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 152.

---

502 Szöny rep., hodie Vindobonae in museo.

*MART*I · *N*G SAC
miles restitu barbarico
calceatus d. pharetram
tenens, s. bipennem
AVREL EVR ETNE
V P M

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 157 adhibito exemplo Voetteriano.

1 MART hodie deficit, servavit Voetter. — 2 nomen militis scriptum est casu vocativo.

503 Szöny rep.; deinde ibi apud Voetterum; hodie Vindobonae in museo.

M I NE R VAE
AVG · SACR
SCOLA · TV
B I C I N VM
EX VOT · PoS

IMP · D · N ALEXAN
sic DRO · III · ET MONE COS p. C. 229

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 157.

7 requiritur DIONE. — Hic titulus et dudum notus Aquincensis n. 3524 scholae speculatorum legionum I et II adiutricium anni p. C. 228 fortasse soli sunt Diocletiano antiquiores, ubi schola significet ordinem militum aliquo numero comprehensum; nam Misenensis I. R. N. 2648 = vol. X n. 3344 *scholae armatur(arum)* anni 159 rectius de aedificio accipitur. Ab aedificio, in quo certi homines consistant, vocabulum translatum est ad eos, qui in eo aedificio consistunt; ita in titulo Lambaesitano vol. VIII n. 2557 = Henzeni n. 6790 optiones, scilicet legionis III Augustae, dicuntur scholam suam fecisse *cum statuis et imaginibus domus divinae, item diis conservatoribus eorum.* Perite dixit de his scholis Wilmannsius (comm. Mommsen. p. 200) nuper litteris amicisque infausta morte ereptus. Numerus militum ipse non ante quartum saeculum schola appellatur. — Minervae tubicines sacrum recte faciunt; nam tubilustrium diei Mart. 23 quinquatruum pars quodammodo et sequela est et in locum Nerienis vetustae, cui eae feriae propriae erant, postea Minerva successit (v. vol. I p. 389).

504 Szöny.

MITHR
DONNIVS
V S L M

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 156 ex schedis Voetteri.

505 Izsae apud rusticum Lad. Bulacsek.

L
N I R O
P · A E L
A G A T H O
NCVS V·S·L·M

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 159.

506 litteris magnis, Szöny prope ecclesiam.

‾ HIC
P $\overline{VII}$ C

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 155.

---

507 Szöny.

D
AVR · AEΛI
IX SIG IIS N
LEGR · M I IPLRG
AELIMAIVAI EC N
LEGI PIEITIS · IX · T F S

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 156 ex schedis Voetteri.

---

508 Izsae in agro Brigetionensi in via.

M*e*NSES XI
*e*T · DIES · XV
*c*AECIL · RVFVS
*t*RIB · MIL · LEG · I · AD
*e*T OVIDIA TERTVL
LA · FILIAE · DVLCIS
SIME P · C

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 159.
T pingitur sic Y.

---

509 Szöny in domo Loewinger.

M · MVNA†
VS · M · F · COLL
PLACIDVS · IC
CONIQ · VETER
LEG · $\overline{I}$ · AD · P · F
AN · L · H · S · E · TR
TVS · ABASCAN
TVS DOMESIC
PATRONO BE
NEMERENTI

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 153.

De tribu v. ad n. 56. — 6. 7. 8 fortasse *T*[*e*]*rt*[*ius*] *Abascantus domes*[*t*]*ici,* quamquam domestici vocabulum similiter usurpatum esse non memini.

510 arca Szöny in silva prope villam comitum Zichy.

protome

D M
SEMPRONIO Q · V · LEON
TIO · FILIO · CARISSIM
O · QVI VIXIT · AN II MEN
III · SEMPRON · ROMVLVS
CANDID*atu*S PATER
F C

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 153.

2 *q*(*ui*) *v*(*ocatur*) Hirschf. probabiliter, exemplum tamen eiusmodi notationis aliud non novi. — 6 *Candid*[*ianu*]*s* Hirschfeld, sed offendit duplex cognomen, nec desunt exempla candidati similiter positi.

---


511 O-Szöny apud Marcum Milch *Waagdonauzeile* n. 1136 in pavimento.

Römer:	*Majonica:*
	VIO
ANO TRIB *m*IL	/ANO · TRI/ MIL
LEG ADLIV///A	/ LEG I ADI//\\//
CARTACONAM	/ CA//TACO///
E///RPS//L///S	/E///////S
VAPRNC//A	/// INC////
ILIFEC///IS?	/ILI FEC///S

Römer *arch. közl.* 11, 1 p. 45; Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 159.

---

512 Szöny ad aedes rusticas Frilöp.



Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 154.

3. 4 consules a. 258 Tuscum et Bassum hic nominari putant editores non recte; nam Bassus is non Aurelius fuit, sed Pomponius (Eph. I p. 139), nec nomina consulum hac aetate transponuntur neque copula inter cognomina recte omittitur. Compendium quoque in titulo extremo non *cos.* significat, sed potius *o*(*ssa*) *s*(*ita*).

513 Szöny in villa comitum Zichy.

D M
CAL · SEVERo
CL · LICCME
CONIVGIS
CL · CALVO
FILIO · ET
VLP · PRoBALLÆ
AN · V · IVSTIN
FIL · FECIT
PARENTIBVS
H · S · S

Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 153.

Titulum perturbavit opinor quadratarius; 4. 5. 6 requiritur *Cl. Calvo coniugis filio*, cum *coniugis* ibi ubi nunc legitur ferri nequeat, deinde Calvus gentilis sit non patris eius qui titulum posuit, sed matris.

ARRABONA (p. 546. 1045).

514 ad n. 4363. Nuper lapis denuo prodiit extatque hodie in gymnasio. Descripsit Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 148 confirmans fere quae ego emendaram in exemplari unico tum noto Mezerziano:

I O M
IVNONI · REGIN
MINERVAE NEP
TVNO LIBE PATP/
DIANAE CETERISQ
DIBVS · L · ANTON SA
BINIANVS · CORNI *sic*
LEG · LEG · I · AD P · F SI//
TEMPLVM · VETVS//
CONLAPSVM FA
CIVNDVM · CVR
CVM · AVR ///ELIAN
CON

515 ad n. 4368. Verantius n. 200: 'ex marmore in fossa Taurini [immo Iaurini] repertum 1566'. Recte itaque rettuli inter Arrabonenses.

516 Raab in gymnasio.

ARV
\VCIT /IV/
\ · NIGRI · AN
/IIII · H · S · E
*ad*NAMI · F · ET ANA
IDI · F · ET CATVS · MOCI F
B · M · P

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 149, ubi affertur item lectio Meryi in libro quodam Hungarice scripto edita.

. . . NIGRIN | NIGRI AN VIII | . . . VNI H · S · E | . . . NAMI ET ANA | DIF · ET CAIVS MOCI F | · M · P · Mery.

CARNVNTVM (p. 550. 1045. Eph. II, 427).

517 Carnunti rep. nuper in castris, est apud baronem Ludwigsdorf.

GENIO
7 · AXI VE
TVLEIN
VAL · CO
STNS · AR

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 134.

5 *ar(morum)* potius quam *ar(am)*.

---

518 Carnunti in castris nuper rep., est apud baronem Ludwigsdorf.

GENIO · 7
FORTVN*atu*
S IANI//
//SS///
/N *e u*ISV
V·S·L·L·M

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 134.

---

519 Deutsch-Altenburg rep. a. 1876 *im Burgfeld*, est apud baronem Ludwigsdorf.

GENIO
LOCI
VAL · IVST*i*
NVS · V S

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 137.

520 Deutsch-Altenburg rep. a. 1877 *am Pfaffenberg*, est apud baronem Ludwigsdorf.

I · O · M
patera VE*xi*LLATI *urceus*
LEG *xi*IIII G
S V *s l m*

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 137.

2 esse potuisse in titulo VEXILLATIO ut recte neget Hirschfeldius, litteram male omiserit quadratarius necesse est, nam vexillatos de vexillariis accipi posse nego. — 4 *Severianae* Hirschfeld.

---

521 Deutsch-Altenburg rep. a. 1876 *südöstlich vom Burgfeld*, est apud praetorem Hollitzer.

· I · O · M ·
AM · MONI *sic*
MERCVRIVS
VOTVM SOLVIT
LETVS LIBES ME
RITO · MAXIM
O ET VRBAN p. C. 234
O COS

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 138.

---

522 Petronell rep. a. 1876 *im Traunschen Thiergarten*, est apud comitem Traun.

SOLI
DIVIN
L A T
EX VSV
POSVT

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 139.

3 prima littera aut L fuit aut C. Significantur dedicantis tria nomina.

---

523 Deutsch-Altenburg rep., est ibi apud Iulianam Novatsi.

S · I · D

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 139.

S(oli) i(nvicto) d(eo).

524 Deutsch-Altenburg rep. a. 1876 *am Burgfeld,* est ibi apud baronem Ludwigsdorf.

S · I · M
L AELIVS
LEO
MILES LEG
XIIII G
V ❦ S ❦ L ❦

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 139.

S(oli) i(nvicto) M(ithrae).

---

525 Deutsch-Altenburg in casa rustica antea, ex a. 1876 Vindobonae in museo Ambrasensi.

Mithras nascens
ex rupe

D I M
VINDIL · CVPITVS
SIG · L · X̅I̅I̅I̅I̅ · G · A · ET
VIND · IVLIAN · VS · *sic*
V P PATRE · PATERNO

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 139; Majonica ibidem 2 p. 41, ubi datur ligno expressa.

D(eo) i(nvicto) M(ithrae) Vindil(ius?) Cupitus sig(nifer) l(egionis) XIIII g(eminae) A(ntoninianae) et Vind(ilius?) Iulianus v(oto) p(osuerunt) patre Paterno. Non raro in Mithriacis similibusque in fine titulorum temporis significandi causa pater sacerdosve alius adscribitur, ut in Virunensi vol. III n. 4800 post imperatorem et consules: *sacerdot(e) Licin(io) Marcello pat....*; in urbana vol. VI n. 723 (cf. 724. 725): *prosidentibus Bictorino patre et Ianuario* (sequuntur dies et consules); in Ostiensi Orell. 1920: *M. Aemilio Epaphrodito patre.* Paternus mihi nomen est, nec recte opinor ex hoc titulo collegit Hirschfeldius *patrem patrum* vel *patrem patratum* item dictum esse *patrem paternum.*

---

526 Deutsch-Altenburg rep. a. 1877 *am Burgfeld, südöstlich von der Strasse.*

SILVAN · DOM
SAC
IVL · FAVSTINVS
CORNICVL lEG
XIIII · GEM · SEV
· V · S · L · L · M

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 138.

Eidem numini dedicati a privato tituli omittuntur.

527 Carnunti in balneis rep.

V S L ❦ VI
TALIS ❦
STRATOR
LEG LEG
XIIII G S E
V E V S L M

Kenner *Mitth. der Centralcomm.* 1876 p. 54; Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 137.
Initio fortasse fuit ad hoc exemplum: [*dis deab*]*us L*(*icinius*) *Vitalis* cet.

---

528 Carnunti rep. in ruderibus balnearum Romanarum *am südlichen Abhang des Burgfeldes von Petronell.*

SERAPI · CONSER
VATORI · ET · ISIDI
CETERISQ · DIS · DE
ABVSQ · IMMORTALIb
/////////////////
/////////////////
///S · P · A · S
CVM · FABIA · TI
TIANA · VXORE
ET · TITIANO
FILIO

(*vas cum racemis* on both sides of lines 5–7)

Kenner *Mitth. der Centralcomm.* 1876 p. 54; Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 136.
3 CETERISQE, 4 fin. I om., 7 . . . . PAS Kenner.

Fabii Titiani ordinis splendidioris (omitto *G. Fabium Titianum a militiis* tituli Ancyrani III, 6055 lectionis quoque parum certae) nobis innotuerunt hi.

1. *Q. Fabius Caesilius Titianus* nepos Q. Aquilii Nigri teste titulo Panormitano Donat. 252, 5.
2. *Maesia Fabia Titiana c. f.* et *Maesius Fabius Titianus c. p.* (qui propter nomina fratres magis videntur fuisse quam mater et filius) Caracallae a. 198 Panormi dedicaverunt titulum Fabrett. 685, 86.
3. *C. Maesius Aquillius Fabius Titianus c. v. cos.,* cui titulum Grut. 433, 6 Thermitani dedicaverunt, solet et credi is ipse, de quo modo diximus, et haberi pro consule Titiano a. 245 (Borghesi opp. 3 p. 453).
4. . . . . *Titianus c. f. C. Maesi Titiani et Fonteiae Frontinae consularium filius* (Reines. 6, 62).
5. *Fabius Titianus* consul ordinarius a. 337, praefectus urbi a. 339—341, iterum a. 350. 351, notus ex titulis urbanis vol. VI n. 1166. 1167. 1653. 1654. 1717, quorum hic cursum eius honorum habet.

Inde stemma aliquatenus, quamquam sane non certa ratione, ordinari poterit sic, scilicet ut rationem habeamus nominum secundariorum a materno genere plerumque adsumptorum:

C. Maesius Titianus cos. (n. 4) ⌣ Fonteia Frontina (n. 4)

[Maesius] Titianus (n. 4) — Maesia ⌣ Fabius ..... — Q. Aquillius Niger (n. 1)

...... ⌣ Maesia Fabia Titiana (n. 2) — Maesius Fabius Titianus natus c. a. 180 (n. 2) ⌣ Aquillia

.... Titianus — C. Maesius Aquillius Fabius Titianus cos. a. 245? (n. 3) — Q. Fabius Caesilius Titianus (n. 1)

Fabius Titianus cos. a. 337 (n. 5)

Fabia Titiana Carnuntini lapidis nihil impedit quominus sit ipsa Maesia Fabia Titiana Panormitani; nam κύριον ὄνομα Maesiorum Fabiorum hoc magis quam illud fuisse significat tam quod post affinitatem cum Aquilliis contractam Maesium nomen quidam ex descendentibus omittunt, Fabium omnes retinent, tum nominum ratio duorum virorum qui extremi sunt in schemate supra proposito. Maritus quo nomine fuerit, ignoratur; nec magis explicatio suppetit notarum v. 7. *P(ius) a(nimo) s(olvit)*, quod dubitans Hirschfeldius proposuit, mihi non probatur, cum ea formula et sine exemplo sit neque recte nisi in titulo extremo collocaretur. Sed de quo cogitavi ego *p(raefectus) a(lae) s(agittariorum)* non magis placet.

---

529 Carnunti in hortis Palffy.

⌐A⌐ ⌐II⌐

CASTELIAN~

TESSER · D · D

TERTVLLO · COS p. C. 158? p. C. 195?

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 140.

---

530 Carnunti in castris nuper rep., est ibi apud baronem Ludwigsdorf.

⌐A ~IO

*fu*SCIANO

ET SILANO p. C. 188

COS

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 135.

2 fin. SCIANOI traditur; sed hasta casu addita videtur.

531 cippus quadratus altus m. 0.30, latus 0.42, crassus m. 0.30. Petronell in hortis Palffy.

C ↄH VII
7 CoRNELI
SVLLAE

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 140.

Non recte titulum hunc in castris Carnuntinis repertum Hirschfeldius rettulit ad cohortem VII Breucorum castrorum Aquincensium. Immo collatis titulis castrorum Lambaesitanorum (C. VIII, 2536—2541 = Renier n. 11—16) inscriptis COH·I et sic deinceps praescriptis nominibus imperatoris et legati casu sexto intelleges significari pedaturam centuriae cuiusdam ex cohorte VII, nimirum legionis XIIII geminae.

---

532 in arca bisoma. Petronell rep. ad hortos nosocomii iuxta viam Bruckensem, est apud comitem Traun.

D · CLAVDIAE · VRSÆ M
ANN · XXIIII · SEP · VERANVS
genius alatus OP · LEG · XIII · G · COIVGI *genius alatus*
CARISSIME · ET
SEP · VERO · FILIo · ANN · X · DIERVM
F C VII

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 140.

---

533 Carnunti rep. 3 Ian. 1878 *im Burgfeld*, nunc apud baronem de Ludwigsdorf.

D · M ·
T · FL · T · F · POL · SE
CVNDVS · CAST
MIL · LEG XV · APOL ·
CVST ↄ 7 · ANNI · CASSI
STIP · XXII · T · FL · INGENVS
SIGNIF · H · F · C

Hirschfeld *Mitth.* 2 p. 104 ad ectypum.

Lambaesitani tituli, maxime index militum Renieri n. 134 = vol. VIII n. 2565, item quos composuit Wilmannsius noster in commentationibus mihi inscriptis p. 203, olim docuerunt eos qui ex castris iis oriundi essent Polliae tribui adscriptos esse (Grotefend imp. Rom. trib. discr. p. 159). Iam cum ex hoc titulo intellegatur id ipsum pervenisse ad Carnuntina quoque castra, recte colligemus generali lege sancitum fuisse, ut quicumque ex canabis oriundi essent, scilicet si alia origine carerent, in Pollia censerentur. Confirmat rem titulus insignis Lambaesitanus nuper editus a Villefossio (*archives des missions scientifiques* 1875 p. 419 = vol. VIII n. 3101) patris oriundi *Polia Alexandria* et filii oriundi *Polia castris*, scilicet Lambaesitanis, in quibus titulus prostabat. Alexandrini enim cives civitatem

Romanam consecuti cum in Quirina censerentur, ut Graeci plerique (Grotefend l. c. p. 153), omnino pater ille non tam Alexandrinus fuit quam natus in castris Romanis ad Alexandriam. Confirmatur igitur et expletur hac tribuaria ordinatione quae olim de canabis legionum earumque re publica disseruimus. — Custos nude mihi novus accidit; videtur significari armorum qui passim invenitur.

---

534 Petronell in hortis Palffy.

LEG · XV · APOL · ANNo
RVM · XL · STIPENDI
ORVM XIIX
H S E
L · MERCVSENVS · FRATER

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 141.

---

535 Petronell rep. a. 1877 *zwischen Rundkapelle und Heidenthor*, est apud comitem Traun.

*dis manib*VS
IVL · TERTIA · IVL · FIL
AN · XXV · H · S · E · L · VI
BIVS · L · F · SISI CONIV
P · F · ET · IVL · TERTVLLI
NAE · SORORI · ET LV
CRETIAE GRAECAE
MATRI · ET · T · BABONIo
T · FIL · SEVERO · PO*s*

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 141.

1 //ııı/VS traditur. — 4 cf. *Sises Mucasenis* vol. III n. 6137. — 4 num adsit S parva in V, dubitabat Hirschfeld. Est *coniu(gi) p(ientissimae) f(ecit)*.

AEQVINOCTIVM (p. 562. Eph. II, 429).

536 Bruck ad Leitham fl. in arce Harrach Rómer (*Ert.*); Ungarisch-Altenburg in porta oppidi idem (*Közl.*).

i o m
IVNONI · REGINAE · MI
NERVAE · CETERISQVE
DIIS DEABVS O*ptione*S
LEG XIIII GEM *u* S *l* A

Rómer *arch. Ertesitö* 9 (1875) p. 237 a Ladislao Kisfalvy, *arch. közl.* 11, 1 p. 28.

1 M ^ S *Ert.*, //MAA/// *Közl.* — 4 OMB\ S *Ert.*, OIBVs *Közl.*; OMNIBVS cum sic per compendium scribi non potuerit, id quod Rómerus sibi persuasit, recepi coniecturam meam licet parum certam. — 5 SI// *Közl.*, GEIMISIA/// *Ert.*

VINDOBONA (p. 565. 1045).

537 ad n. 4583. Rettulit Hirschfeld titulum extare Carpentras in bibliotheca (cf. Millin *voy.* 4, 123); sed num exemplum sit genuinum, ambigo.

Viae Pannoniae superioris (p. 572. Eph. II, 430).

538 ad Eph. II n. 911. Majonica et Schneider apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 155 et hunc titulum ediderunt, quo apographo confirmatur vere in eo legi 1 VERO, et addiderunt alterum una repertum et adservatum, qui praeterea cum socio fere consentiens omittit COS · PRO COS · P P, habet CONLAPSAS et in fine *a b*RIGE*tione* M · P · V.

Tergeste et Aquileia Emonam (p. 572).

539 ad n. 4613. Eandem refert inter Lubianenses Valvason. f. 51 sic praescribens: 'apud ecclesiam S. Gertrudis in vastissima sylva in pulchro lapide pulcherrimis literis'. Titulum ab Hitzingero relatum prostare in summa via Birnbaumensi iuxta aediculam S. Gertrudis monuit Deschmannus.

---

540 Trilek s. Podkraj hora una a Wippach (cf. n. 4613) in castello antea, nunc in museo Laibacensi.

IMP CA D N
FL · CL · IVLIANO · P · FEL
AC · TRIVMF
SEMP · AVG · PONTIFI*ci*
MAXIMO · I*m*P · VII
CO*s. iiii p. p.* B R N
*proc*ONSVLI

Dedi ac ectypum quod misit Pleschner. Alph. Muellner *Mitth. der Centralcomm.* 1878 p. CXX edidit non recte descriptam. — 3 ante AC Muellner dedit INVICTO; mihi lapis ibi videtur non esse scriptus, certe vocabulum ego non agnovi. — 5 TR · P · ab hoc titulo afuit.

Prima est columna miliaria certae auctoritatis quae pertineat ad viam a Tergeste et Aquileia ducentem Emonam.

Tegulae Pannoniae superioris (p. 578. 1045. Eph. II, 431).

541 ad n. 4656 (cum add. p. 1059). Carnunti reperta duo exemplaria edita ab Hirschfeldio (*Mitth.* 1 p. 133) praeterea lectionem meam confirmant, sed 1 fin. pro PE in altero exemplo legitur PET, in altero ЬEY. Gaisberger (v. III p. 1059) in tegula sua pro PE vel PET legit ALAR. Aliud exemplum ex castello Oelingensi extractum Dungl (*Centralcomm.* 1875 p. 81) legit sic TEMVR..I... Secundum haec in tegula videtur esse LEG II ITAL PET (vel ALAR) || TEMPO (vel TEMP vel TEM) VRSC (vel VRSIC VP)DVC, id est *tempore Ursicini viri perfectissimi ducis.*

---

542 ad n. 4661. Carnunti.

LEG XIIII G · F ·

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 133.

---

543 ad n. 4664. Dungl *Centralcomm.* 1875 p. 80 legit sic: COHR · I · EL · SAG, fere ut ego constitueram.

---

544 Carnunti.

LEG/VIC|

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 134.

Fortasse XV Apollinaris, quamquam haec adhuc non reperta est in tegulis nisi cum nomine nudo.

---

545 Pettau [Gratz mus.].

/EC · II

Pichler misit charta expressam.

Legioni II Italicae, cui tribuit Pichler, vix recte datur (cf. n. 4656). Sed videtur sane nominari legio aliqua, et magnopere desiderandum est, ut integrum exemplar prodeat, cum Poetovionenses lateres ad initia imperii redire soleant.

---

546 Carnunti.

c |ƆHPARI|

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 134.

---

547 Savariae rep. [in museo].

C ⅩⅤ XIII

Lipp in actis soc. Savar. 6 (1878) p. 66 dat incisam.

Cohortis XXIII voluntariorum.

548 Pettau [Gratz mus.].

NI · KA

Pichler misit charta expressam.

---

549 Pettau [Gratz mus.].

CAEF

Pichler misit.

---

550 Carnunti.

ARANGISNI

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 135.

---

551 Carnunti.

ACMAX//TVS

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 135.

---

552 *a* Deutsch-Altenburg ad molendinum Palffy rep. [ibi apud Iulianam Novatsi].
b Deutsch-Altenburg [apud Hollitzerum; iam Schwechati apud Schmidtium].

IVLIOR

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 143.

---

553 Petronell [apud com. Traun].

SEC SAB

Majonica apud Hirschfeldium *Mitth.* 1 p. 143.

---

554 tegulis quas edidimus Eph. II n. 925—929 simillimae aliae duae, quae simul quoque repertae esse videntur, dono Thomae Duhman venerunt in museum Agramense. Edidit eas ligno incisas una cum illis Ljubič inscr. mus. Zagrab. p. 45. 46. Prior sic videtur fuisse:

V KAL AVG
SIIVIIRVS CCLX
FORTIS CLXXX
LATER CCCCXXXX

quamquam in ectypo Ljubichii (qui ipse legit *Sururus fecit?* ...x | *Sefirinius? fecit?* | *in una fecerunt* xxxx) reliqua quidem satis agnoscuntur, sed dubia sunt nomen FORTIS et numeri 2 fin. 3 fin.

555 Posterior etiam in ectypo legitur facillime:

KAL IVLIS
SEVERVS $\overline{\text{CC}}$XX
FORTIS $\overline{\text{CC}}$XX
CANDIDVS $\overline{\text{CC}}$XX
FELICIO $\overline{\text{CC}}$XX
IN VNO DCCCLXXX

---

556 tegula stilo scripta adservata Steinamanger in museo.

/ / / / / / / / / / / /
CRED*ere* *v*IX D*u*
BITO SET AMICVM
AMITTERE *noli*M
SI TIBI CREDIDERO
NON TE TAM SEPE
VID*e*B*o*

Hirschfeld *Mitth.* 2 p. 15 dat ligno expressam recte; legit perite Gomperzius:

Cred[ere v]ix d[u]bito, set amicum amittere [noli]m:
Si tibi credidero, non te tam sepe vid[e]b[o].

---

557 stilo scr. in tegula magna integra. Deutsch-Altenburg rep. ad molendinum Palffy [ibi apud Iulianam Novatsi].

LITIIRA NVLA · DOCCIIT
NOMIIN · CAVSNQVII
SIIPVLCRI · SCVLTV
INIIS LAPIDII' BVLY

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 143 ligno expressit.
Sic fere fuit:

Litera nula doccet nomen causamque sepulcri;
scultu ines lapide ....

Prior versiculus extra dubium est; in altero Hirschfeldius legit *scul(p)tu(m) in iis lapidebu(s);* mihi *sculptum inest lapide* satis certum esse videtur, reliqua corrupta.

NORICVM.

Saifnitz. Tarvis. Maglern (p. 589. Eph. II, 437).

558 ad n. 4713. Valvasonius syll. mai. f. 44, unde sumpsit Muratorius, sic dat: IVL · VENVSTAE · ANNO XXII | DEDICATVS VTILIO.

---

559 ad a. 4714. Valvasonius syll. mai. f. 44 *ne la Tarvisa disotto ne la piazza, portato da Camporosso.*

---

560 ad n. 4715. Valvasonius syll. mai. f. 44': 4 RALANDINA — 5 CON · I · SIBI · VF

Valles fluviorum Möll et Liser (p. 591).

561 ad n. 4729. Iam Klagenfurti in museo. *Centralcomm.* 1877 p. XXXI, ubi datur 2 IVGVNDAE · AN · XI, 5 GRAECINAE.

TEVRNIA (p. 593).

562 St. Peter im Holz apud parochum.

s ATVRNINA
SECVNDI
IMI · CON

Pichler *Centralcomm.* 1877 p. CII.

VIRVNVM (p. 596. 1046. Eph. II, 437. 480).

563 *trovata a Sollfeld, esiste nel palazzo dell' Archiduchessa ora abitato del Vescovo* LAMA, qui descripsit una cum n. 4813.

GENIO
AVGG · NN ·
VLpIVS · MODERA
TVS · DEC · COH
5 I THRAC

Lama in itinerarii Germanici (quod ms. extat Parmae in museo) parte nona f. 52' 'Villach 22 Apr. 1797', unde mihi excerpsit Bormann.

Puncta sub v. 1 et ante v. 2 sustuli. 3 V LTIVS codex; in margine: '*forse* M · VLPIVS'. — 5 ITC HRAC codex.

564 litteris pulchris. Rep. a. 1877 in monte S. Helenae et illata in museum Klagenfurtense.

ATARA
NOEIBIONIS · F
BVLLVNI · VXORI
ET · SIBI · ET · SVIS
V · F

Recognovi ad ectypum quod Gallenstein misit; idem edidit *Centralcomm.* 1877 p. CXVI et in Carinthia 1877 p. 286.

---

565 litteris bonis. Rep. a. 1877 in monte S. Helenae. Est Klagenfurti in museo.

P · BARBIVS · SP · F · CERRO
BARBIA · P · L · AMMA
MATER · V · P · BARBIVS · P · L
AMPHIO · P · BARBIVS
SP · F · BOIO · P · BARBIVS
SP · F · RVSTICVS
FRATRES · D · S · FEC · V

Gallenstein misit.

---

566 rep. in monte S. Helenae.

P · BARBIO · S · P · F
RVSTICO
P · BARBIVS · S · P · F
PROCVLVS
V · F

Centralcomm. 1877 p. XXXII.

---

567 litteris bonis. Rep. in monte S. Helenae a. 1878. Est Klagenfurti in museo.

BARBIAE · MALVS$^{\mathrm{E}}_{\mathrm{IA}}$
P · BARBIVS · P · F · FIRMS
MATRI · ET · SIBI · ET
SVIS · V · F

Gallenstein misit.

568 rep. in monte S. Helenae et illata in museum Klagenfurtense.

CEVDO · ARIO

MANI F · CAESI

AE · SORORI · ET

SVAVI NEPOT

D · S · V · L

Recognovi ad ectypum, quod misit Gallenstein. Idem edidit *Centralcomm.* 1877 p. CLVI et in Carinthia 1877 p. 287.

Nepos hic erit sororis filius.

---

569 litteris bonis. Rep. in monte S. Helenae a. 1878. Est Klagenfurti in museo.

CHILON · MAGIO

PARENS · SIBI · ET

SVIS · V · F

Gallenstein misit.

---

570 litteris pulcherrimis. Rep. in monte S. Helenae a. 1878. Est Klagenfurti in museo.

CON SAGIONI

SATVRNIONIS

F · ET · VPPIAE

ADIATVLLI · F

FILI

V F

Gallenstein misit.

---

571 litteris optimis. In monte S. Helenae rep. vere a. 1877, nunc Vindobonae apud R. Trau.

Q · FABIO · C · F · TERTIO

C · FABIVS · C · L · ZENO

P A R E N S

SIBI · ET · SVEIS · ET

NEPOTIBVS · V · F

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 171.

572 rep. in monte S. Helenae. Est Klagenfurti in museo.

C · FABRICIO
C · L · PRIMO
POMPONIA · L · FIL
MATTA · VXOR
V · F / / / / / / IIAE
/ / / / / / / /
/ / / / / / / VINTO

Ectypum misit Gallenstein. Idem ed. *Centralcomm.* 1877 p. CXVI; Carinthia 1877 p. 287.

Titulus evanidus est. — 5 V · E · ET · FAMILIAE, 7 fin. VINGO editur; equidem dedi quod ipse dispicere potui.

---

573 rep. ad montem S. Helenae.

ITRIA · ACHILLIS *f*
TERTIO · VIREDON*i*S
F · CONIVGI · SVO
V · F · S · ET · S

Centralcomm. 1877 p. XXXII.

1 ACHILLISI, 2 VIREDONS traduntur.

---

574 Rottenstein ad montem Sattnitz non longe a Ton, sed in dextra ripa fl. Gurk, rep. a. 1878. Est Klagenfurti in museo.

L O C O
CONGONETI
ET · MESIAE
PARTI · F
CONIVGI · SVAE
V · F

Gallenstein misit.

---

575 litteris pulcherrimis. Rep. in monte S. Helenae a. 1877. Est Klagenfurti in museo.

CN · OCTAVIO
CN · L · TEVCRO
VETILIAI · L · FI*l*
SENECAE · FILI · V · F

Gallenstein misit.

3 FII traditur.

576 litteris pulcherrimis. Rep. a. 1878 ad montem S. Helenae. Est Klagenfurti in museo.

P · POSTVMIO
P · L · BROMIO
POSTVM IA · P · L
BATTV · PATRONo
ET · SIBI · V · F
ET · SVEIS

Gallenstein misit.

---

577 litteris optimis. In monte S. Helenae rep. vere a. 1877, hodie Vindobonae apud Fr. Trau.

QVINCTO · CAIO
NIS · F /RATA
VXOR
MARCIO · FILIVS
TERTIVS · FILIVS
CATTA · FILIA
DE · SVO · FECERE

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 171.

---

578 litteris bonis. Rep. in monte S. Helenae a. 1877. Est Klagenfurti in museo.

SECVNDO
CIRRONIS · F
FILI · V · F

Gallenstein misit.

---

579 rep. in monte S. Helenae et illata museo Klagenfurtensi.

SOMARIONI
LOTTONIS · FILIO
CASTILLA · SENNONIS
FILIA · FT
CORIO · SOMARIONIS · F
V · F

Gallenstein *Centralcomm.* 1877 p. CLVI; Carinthia 1877 p. 287.

580 pravis litteris. Rep. a. 1877 in monte S. Helenae. Est Klagenfurti in museo.

Q · STLACCIVS
L · F
BASSVS

Gallenstein misit.

---

581 rep. a. 1877 in monte S. Helenae et illata in museum Klagenfurtense.

Solis effigies
P · TITIVS · P · IVENES
P · POST · P · CARDAGNVS
VETTIDIA · M · L · FLOR*a*
PATRONO · PARENTI
MATRI
P · TITIVS · P · L · COMMVNIS
VIVOS · FECIT · DE · SVO

Gallenstein *Centralcomm.* III p. CXVI; Carinthia 1877 p. 286.
3 FLORV traditur.

---

582 litteris optimis. In monte S. Helenae rep. vere a. 1877, nunc Vindobonae apud Fr. Trau.

TITIA · P · L ·
ENTIA
P · TITIVS · P
TE M AIo
V F SES

Hirschfeld *Mitth.* 1 p. 171.

IVENNA (p. 623. 1048. Eph. II, 440).

583 rep. in valle Iaun fl. ad vicum Hof, iam Klagenfurti in museo.

ROMAN · SER · SEXTILM *sic*
V · S · E · SECVNDINAE · CON
IR · Θ · AN · XXX

Ectypum miserunt Gallenstein et Pichler; hic item descripsit diligenter. Prodiit *Centralcomm.* 1877 p. XXXII eodemque exemplo in Carinthia 66 (1876) p. 31.
2 fin. 3 in. in ectypo non satis distinguere potui.

ATRANS (p. 627. Eph. II, 440).

584 ad n. 5118. Habet iam Valvassonius f. 59′, sed male lectam. Nos emendavimus in eph. II n. 965.

---

585 rep. dicitur in monte Traiano; extat S. Oswald *an dem Wirthshaus in der Mauer ausserhalb zur Rechten der Thüre eingemauert* SCHWACHHEIM referens una cum n. 5119.

D *i* M
MARTI *alis* AVG*g*
PRO · SALVTE
PRIMIGENI
AVG*g* · NN · VIL
S*t*AT · ATRANTIN

Schwachheim in itinerario ms. a. 1750, quod R. Schoell repperit in bibliotheca Trevirensi (cod. 1304—1315) ediditque apud Hirschfeldium *Mitth.* vol. 1, ubi hic titulus legitur p. 129.
1. 2 D · M | MARTI · AVG, 5 AVG · N̄N̄, 6 SIA · T traduntur; emendavit Hirschfeld.

---

586 S. Oswald in aedibus n. 6.

. . . . . .
. . . . . .
A . . . .
AVREL AS
CLEPHODO
TVS . . .
VS D D

Alph. Muellner *Centralcomm.* 1878 p. LXXXVI.

Ad Savum inter Emonam et Celeiam (p. 628. Eph. II, 441).

587 litteris pravis. In parochia Dobovc (in monte supra Savedörfl) in pago Mateca; nunc in museo Laibacensi.

QVARTV*s*
DIASTVLI · *f*
ANORVM/
TITVA QVA
RTI A*n* ⁖

Recognovi ad ectypum. Alph. Muellner *Centralcomm.* 1878 p. LXXXVI.

In versibus extremis num adsint litterae aliae praeter eas quas vidi ego in ectypo, dubitari potest; QVARTVS | DIASTVLI · F | ANORVM Muellner. *Diastullus* redit n. 5250. — 4 vocabuli TITVA trium primarum litterarum hastae solae satis certae sunt; ILLSVS Muellner male omnino. — 5 RTI . . . . idem.

Marburg (p. 648. 1048. Eph. II, 442).

588 supra S. Petri (qui vicus est a Marburgo hora dimidia ad orientem) ad S. Caelestini in vineis rep.

AVSSCV
SATVRNINI ET
VERECVNDE
C · O · V · F · S · ET
AVITO · F · AN XXV ·
delphini duo

Alph. Muellner *Centralcomm.* 1878 p. LXXXIV.

Ausscu[*s*] *Saturnini* (*filius*) *et Verecunde c*(*oniugi*) *o*(*ptimae*) *v*(*ivus*) *fecit s*(*ibi*) *et Avito f*(*ilio*) *an*(*norum*) *XXV*. Nomen Auscus redit n. 5265. Verba *et Verecunde coniugi optimae* postea adiecta sunt loco non apto.

SOLVA (p. 649. 1043. Eph. II, 443).

589 ad n. 5338. Nuper prodiit altera pars *zwischen Jägerhaus und Tenne;* unde iam sic procedit:

C · IVNIVS · PROVINCIALIS
VIV · FEC SIBI · ET
CRISPINAE FINITI FIL
VX OPT
ET QVINTINIO CATVLLO
FIL · OPT · MIL · COH *X* VRBPRAN
*e*T QVINTINIE C*AT*VLLE A
NI AN V

Pichler misit. — 3 CRISPINAE Pichler, CRISPINA ego. — 6 post VRB in lapide esse videri PRAN vel PRA vel PRM vel PRN ait Pichler; conicias legi PFANT, id est *p*(*iae*) *f*(*idelis*) *Ant*(*oninianae*). — 7. 8 (hic hodie latet) fuit fortasse NEPO|TIE AN V vel tale quiddam.

590 Wagnae rep. *im Liebenaugrund*; nunc Graetz in Iohanneo.

GENIO
SCVC

Descripsi ad ectypum photographicum missum a F. Pichler, qui ed. *Jahresbericht des Johanneums* 1877 p. 17.

591 Landscha rep. m. Apr. a. 1876.

vir vestitus baculum tenens

L · MEMMIO
L · LIB
ANDRIAE
AN · LXXXX · ET
ACAVCONI · CON
ET · L · M · SCORPO
AN · LX · ET · MVSAE · CON
AN LV
COSMVS FEC

Recognovi ad ectypum, quod misit F. Pichler; idem ed. *Grazer Zeitung* 8 Mai. 1876; *Centralcomm.* 1876 p. LXIII.

9 FFC Pichler; in ectypo hic versus mihi non apparuit.

---

592 Ehrenhausen (prope Strass) in porta ecclesiae.

QVARTVS ·
CATTAESI ·
V · F · SIBI · ET ·
SAMMVNI ·
CASTIONIS · F ·
CONP*ari* ET · F
/ / LXTO *f.*
Ꞁ XX ·

Schwachheim in itinerario ms. a. 1750 (repperit id in bibliothecae Trevirensis cod. 1304—1315 R. Schoell edidit que apud Hirschfeldium *Mitth.* vol. 1; ubi haec inscriptio legitur p. 127).

7 fin. E traditur.

---

593 *Seckaumühle bei Leibnitz,* nunc Gratz in museo.

VITAL|*is*
SECVND|
LIB · ET · ANN|*ia*
BOTTA · V · F · SIB|*i*
ET · SECVNDINA|*e*
F · AN · VII · DEF|
ET INGENVO SAB|*ini*
ET VITALINI|

Descripsi ad ectypa photographicum et chartaceum quae misit Pichler. Idem ed. *Jahresbericht des Johanneums* 1877 p. 17.

Vallis fl. Mur inter Bruck et Iudenburg (p. 661).

594 Pichelhofen (supra S. Georgen inter Unzmarkt et Iudenburg) *auf dem Wiesinger Feld* rep. m. Apr. a. 1876.

TERTIO · QVA
DRATI · TER
TVLLA · OPTATI
VIVA F · SIBI · E MARI

Recognovi ad ectypum. Pichler misit d. 10. Mai. 1876 ediditque *Centralcomm.* 1876 p. LXIII et denuo 1877 p. XLIX.

IVVAVVM (p. 667. 1048. Eph. II, 444).

594a ad n. 5533. 7 C · TOG · I · SIMVS Aventinus in cod. Oefeliano (vide infra p. 173).

---

595 in magnae basis fragmento; Salzburg rep. a. 1875 *in der Kaigasse, vor dem städtisch-delegirten Bezirks-Gerichtsgebäude.*

IMPER CAESA*r*
ANTONIN*us*
*re*STITVIT INPE

Petzolt *Centralcomm.* 1875 p. LIII.

---

596 Salzburg rep. a. 1875 inter rudera ad ecclesiam cathedralem.

I R P I
N T O C

Petzolt *Centralcomm.* 1875 p. LII.

BEDAIVM (p. 672. Eph. II, 444. 481).

597 in pago Happing prope vicum Rosenhaim a. 1517 AVENT.

D · M
L · VAL · VMBRI

Servavit Aventinus cod. Oefel. (vide infra p. 173) f. 5'; misit inde Ohlenschlager.

OVILAVA (p. 680).

598 *mil(itis) legion(is) in Norico Ael(iis) Obilab(is)* titulus ineditus repertus Triventi in Samnio aliquando prodibit vol. X n. 2593. Agnomen illud oppidi adhuc non noramus.

TRIGISAMVM. CETIVM (p. 684. 1063).

599 ad n. 5653. Contulit cum archetypo Dungl (*Centralcomm.* 1877 p. LV). — 1 est OBIEO, ubi litterae contignatae (nam de errore quadratarii non recte Dungelius videtur cogitare) videntur esse L (L alibi similiter formatur) ED et legendum OBILEDO. — 3 corr. MAXIMÆ, 5 AN LXX.

600 ad n. 5654. Contulit cum archetypo Dungl (*Centralcomm.* 1877 p. LIV). — 3 non FIL·, sed FILI· lapis.

601 ad n. 5655. Contulit item Dungl; in lapide est 3 EX^{s}, 4 fin. AVG nec quicquam praeterea ibi in lapide fuit, 7 EIVSD, 8 H·F·C.

602 ad n. 5667. Valvasonius f. 77′ sine loco. — 2 E versu tertio, 4. 5 ANNO·XX·EX | BON . . . rel. om. Valv.

603 Göttweig fuit in vetere monasterio ad portam exteriorem; hodie desideratur.

n ✓ M P H I | *s*
PR I
T·FL MAGIS⁻
T FL

Ex imagine, quae iussu abbatis Gothofredi Bassel aere incisa est, servata in bibl. Göttweigensis cod. 189 f. 189′, ed. Dungl *Centralcomm.* 1877 p. LIV.

NAMARA. ARLAPA (p. 686. Eph. II, 445).

604 Unterradelberg (horis 4½ a Melk Vindobonam versus non longe ab Aggsbach-Margarethen) in aedicula.

anaglyphum ex foliis, anguibus, taeniis formatum

S·A·C·R·V·M
C·ORGETVS
QVARTVS
V·S·L·M

A. Dungl *Centralcomm.* 1877 p. LV repperit et edidit ligno expressam.

605 sine loco; praecedit Melkensis n. 5667.

CAPITO · SIRAE · B ·
V · F · SIB · ET · MARI
CAE · BLEDONIS · F ·
VXORI · ET · ATEDVNAE ·
· F ·

Valvason. f. 78.

Ips. Oeling (p. 687. Eph. II, 445).

606 ad n. 5673. Recognovit partem posteriorem quam edidimus addiditque priorem item adservatam in monasterio Seitenstettensi Dungl *Centralcomm.* 1875 p. 76, utramque dans ligno expressam.

genius alatus

AELIO VALE*nti ue*TERN LEG II ITAL
ΘB AN LX ET AN *na* MATIE VERE
CONIVGI EIIV*s e*T AELIO EVTICI
ANO LIBERTO EI*i*VS · AVRELIVS
VRSINIANVS IM*m*VNIS · LEG S S
PRIMVS · ERES · E*tu*ERA CONIVX
VALENTIS · FIΓ VM CVRA
sic AVERVNT · E EV*tician*VS LIB EIIVS

genius alatus

1 TERN traditur. — 7 fortasse scr. TITVLVM. — 8 LV pro EV traditur.

607 ad n. 5674. Recognovit Dungl l. c. p. 78; 2 tertia littera potest fuisse G.

608 Qui nuper reperti sunt Ferschnitzii tituli duo *D. M. Aemiliae Chrysidi lib.* et quae sequuntur, item *C. Iul. Prisci v. a. VI m. X d. VIII Iul. Germanus* et quae sequuntur (cuius tituli hodie deest principium), editi cura Widteri *Centralcomm.* 1877 p. CL et Hirschfeldii *Mitth.* 2 p. 103. 104, eos Bormannus perite monuit duos esse ex quattuor (v. vol. V n. 332*), qui incipiente saec. XVI ex agro Patavino, ut aiunt, vere autem a Ravenna in Germaniam translati sunt et in arce Welenburgii supra Vindam fluvium prope Augustam Vindelicorum a Matthaeo cardinali et archiepiscopo Salzburgensi collocati. Ex ea arce quo modo Ferschnitzium venerint, videant eorum locorum gnari.

609 *auf der Mauer* prope Oeling in casu rustica q. d. *die Burg* olim fuit, hodie desideratur.

. ALER . . . .
MATR · ET · SO . . .
IS · F · N · ET · V . . .
ISPI · F A . . . .
. ET · VIR . . . .

Ex schedis adservatis in tabulario privato imperatoris Austriae Dungl *Centralcomm.* 1875 p. 79.

INCERTAE NORICI (p. 691. 1049).

610 Gratzii in Iohanneo.

L GRA
AMB
DEC
H

F. Pichler misit.

TEGVLAE NORICI.

Tegulae legionis I Noricorum (p. 702).

611 ad n. 5756. Recte monet Dungl *Centralcommission* 1875 p. 81 tegulam quae dicitur habere littteras AMVR revocandam esse ad n. 4656.

Tegulae Solvenses (p. 704).

612 rep. Wagnae *im Liebenaugrund* duobus exemplaribus, est Graetzii in Iohanneo.

CIVVEN

F. Pichler misit.

RAETIA.

613 ad p. 705 c. III. AVENTINI collectaneorum epigraphicorum codicem alterum autographum repperit Ohlenschlager in bibliotheca Andreae Oefelii eius qui scriptores rerum Boicarum edidit, servata hodie apud nepotem eius Edmundum baronem de Oefele, conspirantem autem fere in omnibus cum codice Monacensi Lat. 281. Inscriptus est 'vetustates Romanae annalesque ducum Bavariae'; foliis 1—9, in quibus leguntur inscriptiones duodeviginti (in his inedita una), praescribitur 'vetustates Romanae inventae in Vindelico, quae nunc est Bavaria'; foliis 10—14r., quae continent iuscriptiones septem: 'vetustates Romanae a Ioanne Aventino inventae in Norico'; folio 14', in quo leguntur inscriptiones septem (in his ineditae quattuor): 'Tridenti anno Chri. MDXV'. Titulis anni adscripti sunt, quibus eos reppererit Aventinus, quos singulos referre nolui; perveniunt ab a. 1507 ad 1517. Ex hoc codice quae nova accedunt, Ohlenschlageri beneficio accepta infra eduntur.

AVGVSTA VINDELICVM (p. 711. 1050. Eph. II, 447).

614 Augsburgi rep. a. 1877 prope typographiam Cottarum; est in museo.

T E I M
COS
S

Ohlenschlager descripsit.

Ad Danuvium a capite ad Guntiam (p. 720).

615 ara. Mengen m. Sept. 1877 ex alveo Danuvii extracta, extat ibi apud ludimagistrum Peter.

ARAM
DANVVIO
Q_VIR AN
V S·L L M
V D S

F. Haug Constantiensis qui vidit misit.

3 Q_(vel O)VI(vel E)RAN lapis. — 5 secunda littera D potius quam O; puncta post V et D dubia. — Explicatio parum expedita est; fortasse: *aram Danuvio Q. Vir(ius) An .... v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito); v(ovit?) d(e) s(uo)*. Possis item temptare *Queranus l(ibens)* cet.; at libentes laeti non vovemus, sed solvimus votum.

---

616 litteris pulchris et maximis cent. 19. Risstissen in ecclesia.

IN

Haug misit.

Ad Danuvium a Lechsgmünd ad Pföring, item inter Danuvium et limitem (p. 723. 1050. 1063. Eph. II, 447. 481).

617 ad n. 5890. De hoc titulo Antonius Augustinus in epistula ad Panvinium data *in Linza a XI d'Aprile 1558* (ed. Andres lib. II n. XXVIII p. 313) haec scribit: '*In un' altra terra presso Donabert trovai un sasso antico di non boni caratteri, dove notate che un putto di tre anni ha prenome, notate ancora* TIB *pro* TI. *Se pensate, che sia del tempo di Costantino, non errarete, e quel sparton del* Q_VONDAM *è ben gofo*'. Unde intellegitur Panvinianum huius tituli exemplum proficisci ab Augustino; nec dubium est Panvinii auctorem in Augustanis, qui qui esset adhuc ignorabatur (v. p. 706 c. VIII), item esse archiepiscopum Tarraconensem.

618 ad n. 5907. Koeschingi in sacelli S. Petri ara prima Ohlenschlager excepit sic

D M
IVL GENALIS SENI
L I S C M I I M
VET A L FL VIX
AN LX LILLVS
H C

D(is) M(anibus) Iul(i) Genialis, Senilis c(enturia?), m(issi?) [h(onesta)?] m(issione), vet(erani) al(ae) [I] Fl(aviae), vix(it) an(nis) LX. . . lillus h(eres) [f(aciendum)] c(uravit). Centuriae enuntiatio a consueto more recedit; sed quid aliud hoc loco indicari potuerit, non perspicio.

---

619 ad n. 5912. Recognovit Ohlenschlager et emendavit 3 NEPO · TITO.

---

620 ad n. 5917. Recognovit Ohlenschlager et sic emendavit:

protomae duae
AT
ET FR CAST FLO

---

621 ad n. 5921. Recognovit Ohlenschlager et lectionem in universum comprobavit, nisi quod litterae contignatae in edito exemplari non comparent.

---

622 ad n. 5929. Haug Constantiensis misit a se exceptam sic:

D
TETTO
ET · SEX

---

623 ad n. 5931. Hodie Stuttgarti in museo. Haug Constantiensis descripsit; 3 in lapide vere est ÆL.

---

624 ad n. 5932. Haug legit v. 3 CIVES KAL, primamque litteram K (non F) esse ego quoque in ectypo quod ille misit deprehendi. Significari videtur *civis Kalagurritanus* potius quam *Kaletus*.

---

625 ad n. 5934. Haug sic excepit accurate:

NG N
VS · ET FR
HISPANV*s*
ET · C · IVL ·
IPSIS · SIBI

626 Kirchheim (*Oberamt Neresheim* non longe ab Heidenheim) rep. in ecclesia coemeterii Pavlvs. Ex a. 1872 Stuttgarti in museo.

D M
ΛARCVS
ERIALIS · EX ·
ET · AMMA · !I!
ƆNIS · ATTVI///
\LI/ I\////L/ PAT
//////// R*u*NT


Haug descripsit diligenter. Stälin catal. n. 211; Paulus *Oberamtsbericht* 1872 p. 346.
4 fin. 'fortasse HL' Haug.

Untersaal. Eining (v. p. 729. 1050).

627 ad n. 5938. V. 4 Ɒ pro D legit Ohlenschlager.

CASTRA REGINA (p. 730. 1051. 1063. Eph. II, 448).

628 ad n. 5957. Monitus ab Ohlenschlagero in ectypo deprehendi monogramma hoc:



O formae minoris num sit inter S et T, dubium est. Legendum igitur *o(pto) l(evis) s(it) t(erra)*.

629 ad n. 5972. V. 1 IN A⳨ω B · M Ohlenschlager recte; recognovi ad ectypum.

630 Regensburgi prope gymnasium novum rep. d. 20 Mai. 1875; est in museo.

IVL · CATTAN
I · M · LEG · III ITAL
QVOND · MARITO ·
CL · PATERNA · VXoR ·
ET · SIBI · V*iu*A · FECIT
IVL · SATVRNINVS
OPT · MARITVS
PATERNAE · Θ · PER
S C R Ƅ E N D V M
C

Ectypum misit comes H. Walderdorff. *Regensburger Morgenblatt* 25. Mai. 1875 q. n. v.; Walderdorff *Jahresbericht des histor. Vereins von Oberpfalz und Regensburg für 1875—1877* (Stadtamhof 1878) p. IX. Ohlenschlager descripsit.

[*D(is) m(anibus)*] *Iul(i) Cattani*(?) *m(ilitis) leg(ionis) III Ital(icae). Quond(am) marito Cl(audia) Paterna uxor et sibi v*[*iv*]*a fecit. Iul(ius) Saturninus opt(io) maritus Paternae (obitae) perscribendum c(uravit).*

631 litteris pravis. Regensburgi rep. d. 10. Mai. 1874 ante portam S. Petri prope villam Brüll; est in museo.

viri effigies
fracta

D M

AVR · TACITVS TOR
QVATVS VIXIT AN
XXXIIII FEC · MATER
KARISSIMA ET COIVS
ARGENTIA DVLCIS
SIMA ET SOCERI OBI

Ectypum misit comes Walderdorff; sed pessimae tituli litterae non omnes satis perspicuae sunt. Miserunt descriptam idem et Ohlenschlager. — 1 non vidi. — 2. 3 pro AV et VA, quod dederunt qui titulum viderunt, ego non video nisi A. — 3 ANNIS fortasse lapis. — 7 ET SOCERIOBI in ectypo non dispexi.

---

632 Regensburgi in museo.

IIILVAL
*mile*S LEG III*ital*
*u*IXIT ANN
AXIMIN

Ectypum misit comes Walderdorff.
1 litteras fugientes num recte exceperim, dubito.

---

633 rep. a. 1873 Regensburgi prope viam *Kumpfmühle.* Est in museo.

FORTV
NATA V
TA VIXIT
ANN XV

Misit comes Hugo Walderdorff.
2. 3 VTA fortasse ortum est ex prava quasi geminatione litterarum trium quae praecedunt.

Tegulae Raetiae (p. 741. 1051. Eph. II, 449).

634 ad Eph. II n. 1005. Regensburgi ad portam orientalem prodierunt alia exemplaria lectionis certae, quorum ectypa mecum communicarunt Ohlenschlager et qui item edidit (*Jahresbericht für Oberpfalz* 1875—1877 p. VIII) comes Hugo Walderdorff; recte igitur explicuit Ohlenschlager de cohorte I Canathenorum.

COH Ī CN

635 in ruinis thermarum Romanarum Salzbrunni prope Kempten rep. [nunc ibi parieti immissa *an der Römerquelle*].

LEG VIII AVG

636 ibidem.

COH IIII VINDEL

637 ibidem.

ΛII

L. Mueller misit Wilmannsio.

Tegulae hae frequentissimae in Germania superiore qui fiat, ut in media Raetia reperiantur, non intellego. Sed ante omnia accurate investigandum est, num vere ex eo ipso loco tegulae prodierint.

Pondera et exagia (p. 762).

638 in pondere lapideo fracto, quod appendit p. $6\frac{1}{8}$ Bavar. Rep. Stettberg prope Neuburgum ad Danuvium [ibi in museo].

ΛOCILOIESECW
MAR · P · I · L

Ohlenschlager vidit. *Neuburger Collectaneenblatt* a. 1843 p. 84 tab. 3 f. 12.

Anuli ex auro et argento (p. 763).

639 ad n. 6019, 1. Aliud exemplum repertum Augustae Vindelicorum extare Monachi in antiquario monuit Ohlenschlager.

Supellex ex aere (p. 762).

640 grypus aereus ad signi militaris speciem factus. Rep. m. Maio a. 1850 Otterswang (prope Pfullendorf) in territorio Sigmaringensi. Nunc in antiquario Karlsruhensi.

grypus unguibus tenens tabellam,
in qua legitur:

CONATV
S · ꟻE · V · ꟻ

Zell *über ein in der Sammlung des badischen Alterthums-Vereins aufbewahrtes römisches Feldzeichen: Veröffentlichung des badischen Alterthums-Vereins für 1854 und 1855* (foll. 4 non num. cum tabula); contulit Haug, qui admonuit me omissionis.

Conatus fe(liciter?) v(oto) f(ecit). Littera ꟻ est F, non K, ut visum est Zellio, neque ullo modo admitti potest hominis imperiti interpretatio multis nominibus inepta *ke(nturio) V k(ohortis).*

641 in galeae parte eminenti quae frontem tegit. Rep. est in Savo flumine ad vicum Sused prope Agram, nunc ibi in museo.

extrinsecus:

Ↄ · TAVRI · - C · MESTRI · CINNA

intus:

F F

Ljubič inscr. musei Zagrab. p. 52 dedit ligno incisam.

---

642 in galea eodem loco. Rep. est in Savo flumine ad vicum Rugvice prope Agram, nunc ibi in museo:

extrinsecus:

Ↄ C · TRVTTIDI GAL C · OFELLI ·

manu diversa: Ↄ : ꟼVANI · Q · FVRI

item manu diversa: /S/LI 7 SEI · LVCRETI

intus item manu diversa:

Ↄ · HEDI · L · PAPIRI

Ljubič inscr. musei Zagrab. p. 52 dedit ligno incisam.

Quater galea inscripta est dominis mutatis, sed excepta tertia inscriptione semper ita, ut praecedat centuria, sequatur nomen. — In prima inscriptione *Gal.* (tabula GA · L ·) videtur tribus esse ad centurionis nomen adscripta. — In secunda inscriptione quid significet secunda littera non satis apparet. Vocabulum /S/LI scriptum ea manu, quae exaravit inscriptionem tertiam, eo obscuratum est, quod secundae auctor superscripsit Q · FVRI vel simile quoddam gentile. — Quartae inscriptionis secunda littera parum perspicua est.

Signacula medicorum oculariorum (p. 763. Eph. II, 450).

643 ad Eph. II n. 1007. Sigillum medici ocularii repertum Regensburgi in sepulcro quodam ectypum, quod ipsum misit comes Walderdorff, docuit recte plane inscriptiones a Christio exceptas esse. In superficie altera qui cernuntur ductus sic se habent:


ƨ ƨ Ↄ
I
ꟼ
IVL (transversum) I Я ꟼ ⅃ ꟻ T

Et hi quidem satis alte exarati sunt; adsunt item alii tam in eadem superficie quam in altera leviter stilo indicati, ut MAT . . .

EDICTI DIOCLETIANI ET COLLEGARVM
DE PRETIIS RERVM VENALIVM
EXEMPLI THEBANI FRAGMENTVM ALTERVM

(vol. III p. 823).

644 Edicti Diocletiani collegarumque de pretiis rerum venalium exempli Thebis propositi cum fragmentum quoddam olim innotuerit editum post alios vol. III p. 823, nuper Lollingius Athenis misit particulam alteram a se in museo Thebano repertam exiguam quidem, sed utilem, cum pauca verba in eo servata nusquam compareant inter ea quae ex lege amplissima antea habebamus. Lectionis est minime facilis; puto tamen quae supersunt satis me expedivisse ope cum apographi tum ectypi ab diligentissimo viro mecum communicati. Supersunt autem haec:



Lollingius in exemplo scripto legit I, 2 <ΗΓ — 3 $\overset{ΚΒ}{Μ}$ — II, 6 7 >ΙΗΙΡΕΛ — 7 ΙΝΙ ΙΒΕ — 8 ΕΛΑΙΟΥΒΕC; puto tamen vera esse ea quae supra dedi. De ipsa re pauca habeo, quae addam.

Pagina prior quo spectet, in coniectura positum est. Pretia admodum magna praeterea in lege nusquam redeunt, nisi quod 16, 85 metaxablattae, id est serici purpura tincti, libra CL milibus nummum aestimatur. Hoc loco cum tria genera ita distinguantur, ut solet fieri in vestimentis, non sine aliqua specie veri coniciemus agi hoc loco de vestimentis sericis purpura tinctis et inscriptionem, cuius fragmenti principium patet partem esse, ad hanc formam conceptam fuisse [ἐκ μεταξαβλάττης Δελματι]κῶν.

Sequuntur quae nunc primum comparent medicamenta; nam id praescriptum fuisse conicio cum quod quaecumque hic nominantur apud antiquos medicos inter medicamina referuntur tum quod in vocabulario Dositheano, quod cum hoc edicto quodammodo coniunctum esse periti non negabunt, caput

adest *de medicina*[1]). Oleum cum recenseatur tam inter edulia (3, 1—4) una cum sale et melle quam inter ea quae comburendi illuminandive causa parantur (19, 31), redit item in hoc capite minimum quater. Cuinam usui autem haec olea destinata fuerint, ex reliquiis quas habemus colligi nequit, cum determinativa perierint neque coniectura satis certa suppleri possint; exempli causa II, 4 fortasse fuit ἐλαίου ἀνηθίνου vel ἀμυγδαλίνου et sic deinceps. De zingiberis et euphorbii et myrrhae in medicina usu sufficit amandare lectores ad Dioscoridem Galenum Plinium quique eorum volumina compilarunt.

PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE DE CIVITATE ET CONVBIO

(p. 843—919. 1058. Eph. II, 452—466).

645 ad n. XVIII. Vidi ipsum aes in museo Caralitano. Partis exterioris v. 20 ante CO quae praecedit littera aut I aut T fuit, vix R; consul itaque M. Calpurnius non *Flaccus* fuit, sed . . . *icus*.

---

646 ad n. XXXI. Vidi item aes in museo Caralitano. Consulum nomina, ut excepit ea Vesmius probavique ego, ita in aere scripta sunt. Nomen militis int. 16 non est C · FVSIO CVRA SONI F, ut voluit Vesmius, cum reliqui, etiam Renierius n. 15 tab. 31, non dedissent nisi CVRA . . . ., sed est C · FVSIO CVRADRONIS F.

---

647 ad n. LIII. Tabulas has scriptas *a. d. V kal. Ian. imp. M. Iulio Philippo pio felice Aug. cos. des. III et imp. M. Iulio Philippo pio fel. Aug. cos. II des. cos.*, id est a. 247 Dec. 28, nemo adhuc dubitavit vitiose descriptas esse; nam pater quidem convenienter dicitur *trib. pot. IIII*, sed filio cum documenta certissima a. 248, nempe tabulae n. LIII et titulus Cuiculitanus (Renier 2540 = Wilmanns 1015), eo anno attribuant tribuniciam potestatem secundam, praeterea constet eum a. 247 Augustum creatum esse, consentaneum fuit eum eodem tempore tribuniciam potestatem accepisse itaque annum 247 non quartum eius potestatis ei fuisse, sed primum. Quam ob rem quod in unico diplomatis apographo de filio scriptum est TR · POT · IIII · COS · DES mutandum esse in TR · POT · COS · II · DES adhuc admisimus, potuitque eo facilius admitti, quod in numero post COS omisso sive descriptor sive aerarius manifestum errorem commisit

[1]) Boecking praef. p. XX. Caput tamen iisdem verbis inscriptum similis vocabularii codicis Montespessulani (*notices et extraits des manuscrits* vol. 23 p. 351) remedia nulla recenset.

ex ipsius legis consulibus corrigendo[1]). At nihilo minus lectio tradita Belloriana vera est. Patrocinatur ei nimirum lapis miliarius non longe a Calari repertus editus a Marmora *sopra alc. antichità sarde* (1851) p. 99 aliisque auctoribus Sardis, mihi nuper visus in museo Caralitano, qui cum Philippo patri tertium, filio secundum consulatum tribuat, tribuniciam autem potestatem quintam tam patri (quamquam in hoc pro V incisum est solum /) quam filio (ubi numerus luculenter apparet), aperte anni est 248. Itaque is evidenter ostendit in filio tribuniciam potestatem dupliciter numeratam esse, cum alii inciperent ab eo anno, quo ipse Caesar factus est, pater Augustus, qui est a. 244, itaque patris et filii tribunicias potestates aequabiliter numerarent, alii autem ab a. 247, quo filium pater imperii consortem adscivit. Denique cum Philippus filius Caesar etiamtum nihilominus Augustus quodammodo et esset et diceretur (cf. *Staatsrecht* 2^2 p. 1106 et de nummis eius Alexandrinis inscriptis Καῖσαρ Σεβαστός Eckhel 4, 89), sine dubio tribunicia potestas eo ipso tempore in eum collata est, quo Caesar factus est, et cum ad verum Augusti fastigium evectus eandem denuo quodammodo auctam et confirmatam reciperet, sane idonea causa erat, cur duplici ratione in eo anni tribunicii numerarentur. — Id quod diximus nummi quoque quodammodo confirmant. Inter nummos Philippi filii unicus quod sciam, denarius scilicet Coheni n. 20, eam legem sequitur, secundum quam scripta sunt diploma a. 248 et titulus Cuiculitanus, inscriptus *imp. M. Iul. Philippus Aug.)(p. m. tr. p. II cos. II p. p.*, anni scilicet 248. Ad reliquos omnes secundum consensum numismaticae peritorum lex porrigitur ab Eckhelio (7, 334) ita enuntiata 'in moneta filii satis perverse titulos patris exaratos esse': scilicet cum in nummis Philippi Caesaris tribunicia potestas non compareat, in nummis eiusdem Augusti, ut mittamus inscriptiones parum certas, legimus in aliis (Cohen n. 22. 50. 62. 63) *p. m., tr. p. IIII, cos. II, p. p.*, in aliis (Cohen n. 23—27) *p. m., tr. p. VI, cos., p. p.* Utraque inscriptio in patre saepissime invenitur. Quod si quaerimus, num filio quoque conveniant, modo potestatem eius tribuniciam aeque atque patris ab a. 244 numeremus, in posteriore id verum est, non verum in priore; nam a. 247 pater consul II fuit, filius consul. Itaque licet adhuc vera sit lex illa Eckheliana, difficultas, quam ipse vir eximius recte sensit, non sublata quidem est, sed tamen aliquantum lenita; nam cum monetarii titulos reliquos patris et filii eosdem esse nossent, ad solum discrimen in consulatu eos non attendisse non admodum mirum est.

---

[1]) Sed quod praeterea Renierus in diplomatum sylloge p. 52 tribus locis traditam lectionem mutavit coniecturis in textum receptis scribens v. 3 COS · II · DES · III pro COS · III · DES, v. 15 II pro COS · DES · III, v. 16 delens COS · II · DES, fecit et praeter probabilitatem et praeter necessitatem, nec ferendus est medicus sine ulla causa secans et urens.

LXIII. DOMITIANVS . . . .

a. 88 rep. in vico Sorgono in regione q. d. *Barbargia* in Sardinia.

intus: tabella prior.

CORSORVM ET SVNT IN S
HERIO PRISCO IT
MISSIONE EX IIS
ET VICENIS PLVRI
RITIS QVORVM
SVNT IPSIS LIBER

extrinsecus: tabella prior.

SIANI F DOMITIA
NICVS PONTIFEX MA
ESTAT VII IMP XIIII
COS · XIIII P P
S QVI MILITANT
VS QVAE APPEL
A ET CORSORVM
SORVM ET SVNT
HERIO PRISCO
ESTA MISSIONE
BVS QVINIS ET VI
IPENDIIS EMERI
IPTA

[Imp. Caesar, divi Vespa]siani f., Domitia[nus Augustus Germa]nicus, pontifex ma[ximus, tribunic(ia) pot]estat(e) VII, imp. XIIII, [censor perpetuus,] cos. XIIII, p(ater) p(atriae)

[equitibus et peditibu]s, qui militant [in cohortibus duabu]s, quae appel[lantur I gemina Sardoru]m et Corsorum [et II gemina Ligurum et] Corsorum et sunt in S[ardinia sub] . . Herio Prisco, it[em dimissis ho]n]esta missione ex iis[dem cohorti]bus quinis et vicenis pluri[busve st]ipendiis emeritis

quorum [nomina subscr]ipta sunt ipsis liber[is posterisque eorum civitatem dedit] *cet.*

Delineatam misit V. Crespi; idem edidit *Bull. dell' Instituto* 1878 p. 221.

Cohortium nomina editor recte supplevit ex diplomate n. XVIII dato a. 96 militibus cohortium duarum Sardiniam insulam tum obtinentium. Praesidis nomen praeterea non invenitur, et ne gens quidem nota est nisi ex titulis privatorum maxime Campanis; videtur tamen Herii nomen integrum esse solumque praenomen deficere.

LXIV. DOMITIANVS ....

...... rep. ad Rhenum prope Calcar, ubi Burginatium fuit, *auf dem Bornschen Felde.*

intus: tabella prior.

IMP CA
AVG · G
POTES
EQVIT
LITAV
DFCEM
T AF

extrinsecus: tabella posterior.

IMP CAESAR · DIV
ANVS · AVG · GER
TRIBVNIC · POT
EQVITIBVS · ET · P
QVIMILITAVER

Imp. Caesar div[i Vespasiani f. Domiti]anus Aug. Ger[manicus pontifex maximus] tribunic(ia) potes[tat(e) imp. . . cos . . p. p.]
equitibus et p[editibus et classiaris] qui militav[erunt in alis ...... et cohortibus] decem [quae appellantur .....] et Af[rorum] ....

Fulda *Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinland* 46 (1869) p. 175 et denuo ib. 61 (1878) p. 78.

Domitiani esse intellegitur spatiis recte computatis; nam int. 5 post LITAV desiderantur litterae c. 30 (decem enim alarum nequit esse numerus, cum tot nusquam praeterea recenseantur) eumque numerum explent supplementa int. v. 1 ad Domitianum aptata, cum ad Traianum accommodata non sufficerent, ad Hadrianum longe excederent. Praeterea ut recte Domiti|anus vocabulam ita distribuitur, ut supra factum est, Trai|anus parum commode scribitur. Denique Domitiani nomina etiam exteriori exemplo plane conveniunt. Hoc apparet, cum in reliquis similibus diplomatis quae habemus omnibus post *equitibus et peditibus* statim sequatur *qui militaverunt*, in hoc aliud vocabulum ibi interpositum fuisse; nec facile aliud supplementum invenies nisi id quod proposui *et classiaris* aptum omnino exercitui Germaniae inferioris. Eiusdem exercitus fuit ala Afrorum teste titulo apud Brambachium n. 66.

LXV. HADRIANVS .....

...... Adony apud comitem Ferd. Zichy.

intus
vacare videtur

extrinsecus: tabella posterior.

O
TI · CLA*udi menandri*
P ATT*i seueri*
L ◎PVI*li daphni*

Rómer *arch. közl.* 11, 1 p. 38; Hampel *Mitth.* 2 p. 76.

Inter 1 et 2 inserit N Róm. — Iidem testes eodem ordine redeunt in diplomate n. XXXV p. 878 anni 134.

LXVI. PHILIPPVS L. TERTVLLIO.

a. 246 d. Ian. 7 — rep. in agro Pedemontano, extat Mediolani apud Hamilcarem Anconam.

intus: tabella prior.

septem versus scripturae pessimae nondum descripti

extrinsecus: tabella prior.

IMP · CAES · M · IVLIVS · PHILI
FEL · AVG · PONT · MAX · TRIB · P
M · IVLIVS PHILIPPVS · NOBIL
NOMINA · MILITVM · QVI · MILIT
COHORTIBVS PRETORIS PHIL
GEM · I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII · VII
DECIBVS · QVI · VIR · ET · FORTITER
CTI SVNT IVS · TRIBVIMVS · CON
XAT CVM · SINGVLIS · ET · PRIMI
VI ETIAM · SI RERE/RINI IVR
○
IN MATRIMON SVO IVNXE
LIBEROS TOLI AC XI EX DVOB C
MANIS NATOS A D VII
C BRVTTIO PRESENTE ET C ALB
COH V PR PHILIP
L IERTVLLIO NEBFM
AEL MVRS
DESCRIPT · ET RECOGNIT EX TA
QVE FIX · EST · ROMAF IN MVR
DIVI AVG · AD MINE

Imp. Caes(ar) M. Iulius Phili[ppus Pius] Fel(ix) Aug(ustus), pont(ifex) max(imus), trib(unicia) p[ot(estate) III cos. p. p.];
M. Iulius Philippus nobil[issim(us) Caes(ar)]
nomina militum, qui milit[aver(unt) in] cohortibus pretoris Phil[ippianis dec]em I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VII[II. X piis vin]d[i]cibus, qui [p]i[e] et fortiter [militia fun]cti sunt, ius tribuimus con[ubii dumta]xat cum singulis et primi[s uxoribus], u[t] etiam si [p]ere[g]rini iur[is feminas] in matrimon(io) suo iunxe[rint, proinde] liberos tol[l](ant), ac [s]i ex duob(us) c[ivibus Ro]manis natos.
a. d. VII [id. Ian.] C. Bru[t]tio Presente et C. Alb(?) ...... [cos.]
Coh(ors) V pr(aetoria) Philip[pian(a) p(ia) v(index) L.(?) [T]ertullio Nebfm(?) ...... Ael(ia) Murs[a].
Descript(um) et recognit(um) ex ta[bula aerea], quae fix(a) est Romae in mur[o post templum] divi Aug(usti) ad Min[ervam].

Misit mihi sponte sua dominus aeris Hamilcar Ancona Mediolanensis. Quid mutarim, patet conferenti utrumque exemplum. — 14 Ancona primum dedit

CAIL, deinde interroganti mihi rescripsit cerni C·ALI, ultimam litteram videri fuisse B. — 16 NEBFM in aere cerni adseverat Ancona.


Cum in privilegiis quae adhuc habebamus soli Augusti nominentur, Caesares autem ante Diocletianum in iis non compareant, inde collegi (C. III p. 905; *Staatsrecht* 2^2 p. 1106) tertio saeculo Caesares ad legum dandarum communionem admissos non esse ante acceptam tribuniciam potestatem. Neque hanc legem exceptionem facere colligitur ex iis quae supra p. 181 n. 647 exposui; Philippus enim Caesar etiamtum ad potestatis tribuniciae communionem admissus est.

Consulum anni 246 plena nomina nunc demum innotescunt; adhuc enim cognomina sola noramus Praesentis et Albini. Priorem postquam Marinius (Arv. p. 697) monuit mera coniectura Bruttium appellari, id nomen ei subtractum est; iam vero intellegitur vere appellari C. Bruttium Praesentem. Filius is fuit opinor consulis cognominis a. 217, descenduntque ab eo Bruttii Praesentes saeculi quarti noti ex titulis duobus urbano vol. VI n. 2153 et Lucano I. R. N. 28* = vol. X n. 468. — Collegam viri docti plerique (vide Tillemont in adn. 68 ad Constantinum I), in his Borghesius (opp. 5 p. 493), iudicaverunt esse M. Nummium Albinum tituli urbani vol. VI n. 1748, nam cum hic dicatur *consul ordinarius iterum*, nullus autem alius Albinus huic loco aptus iterationis notam in fastis habeat praeter eum qui fasces tenuit a. 263, et hunc consulatum ei tribuerunt et alterum a. 246 priorem eius ordinarium iudicaverunt. Neque tamen negari poterat titulum illum quarti saeculi formam magistratusque prae se ferre, id quod ego in hac eph. (vol. 1 p. 135) aliquo modo excusare conatus sum, sed frustra. Nam diploma quod edimus hoc quidem extra dubium ponit consulem Albinum a. 246 nequaquam appellatum esse M. Nummium. Sed quo nomine vere fuerit, adhuc ignoratur, cum tabula deficiat et ne eae quidem quae supersunt litterae plane certae sint. Reliquiae nominis CALB ducunt ad nomen quale est *C. Albius* vel *C. Albinius Albinus*; neutra tamen familia adhuc quod sciam innotuit. Utut est, aliquatenus certe constat de nomine consulis Albini a. 246, is autem qui fasces iterum gessit a. 263 utrum idem fuerit necne, plane incertum est, nec quicquam de eo traditum habemus praeter cognomen et iterationis notam. Eiusdem aetatis est qui secundum laterculum praefectorum a. 256 praefectura urbis fungebatur Nummius Albinus, aperte is ipse Ceionius Albinus, ad quem Valerianus Augustus dicitur rescripsisse (vita c. 9), nec diversus a praetore urbano M. Nummio Ceionio Annio Albino tituli urbani vol. VI n. 314*b*; sed quem locum is in fastis tenuerit, adhuc ignoramus. — Denique Albinus ille consul ordinarius iterum saeculo quarto non minus obscurus est; nam nullus ut dixi in eius saeculi fastis invenitur Albinus consul ordinarius iterationis notam habens, neque quisquam adhuc demonstravit quomodo inscriptio ea cum fastis recte concilietur.


LXVII.

. . . . . . Walcot.

intus: tabella posterior.



extrinsecus: tabella posterior.



[Imp. . . . . .

[equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis . . . et cohortibus . . . quae appellantur . . . . . ala Procul]eia[na et . . . . . . e]t III A . . . . [et sunt in Brit]ann(ia) sub C. . . . [quinis et vicenis plu]ribusve stipe[ndis emeritis dimissis hon]est(a) mission[e],

[quorum nomina subscripta sun]t, ipsis li[beris posterisque eorum civitatem dedit et conubium c]um uxo[ribus, quas tunc habuissent, cum est] civitas ii[s data, aut, si qui caelibes essent, c]um iis, quas pos[tea duxissent dumtaxat sing]uli singulas.

[a. d.] XVII k. Octobr. . . . . Ti. [L]artidio Cele[re cos.]

[alae] Proculeian(ae), cui p[raest . . . . Pro]pinquos, [ex pedit]e(?) . . . . . .

Edidit infra p. 205 Huebner, quem vide.

Nomen cognomenque consulis redeunt in titulo Taurinensi vol. V, 7186: *Q. Lartidius Q.* [*f.*] *Celer Agrippa patro*[*n*]*us posuit*, si quidem hunc titulum hodie deperditum ita licet interpretari, ut deficiat cum principio nomen liberti defuncti. — *Ala Proculeiana* mihi nova est; nomen formatum est a gentilicio, ut in Flaviana et Siliana, puto propterea quod ii qui alis iis nomen dederunt cognomine carebant.

AD TABELLAS CERATAS

(p. 921—966. Eph. II, 467).

648* ad p. 937. 'Franciscus Ruehl in Annall. philoll. 1878 p. 310 scriptum esse contendit lin. 7 *fugitiuam,* 8 *eam,* 13 *pecuniam.* Sed eius modi ligatura, qualem detexisse sibi visus est Ruehlius, videlicet ut *m* duabus lineis i. e. minore litterae praecedenti deorsum adnexa et minore scripta sit, ab huius libelli scriptura plane abhorret nec in alio reperitur. Immo scrip-

tor putandus est omisisse tribus illis locis singulas lineas, ita ut pro *-uam, -eam, -iam* evaderet aut *-um, -em, -im* (id quod brevitatis causa solum memoravimus), aut *-ua, -ea, -ia* sequente *m* manca. Idem scriptor lin. 8 extr. in contrariam partem peccavit, ut una linea abundet et *puellaam* legi liceat; quode monui p. 966 col. 2 extr.' Zangemeister.

649 ad p. 943. V. 5 Zangemeistero non dubitandum videtur quin pro *a*[*po*]*citatum* legendum sit *a*[*po*]*chatum*, quod ipse p. 941 not. 2 proposueram.

AD FALSAS.

650 ad n. 25*a**. Est apud Valvasonium f. 85 loco non adscripto; sequitur interpretatio: 'ubi notandum sepulcrum sine aspiratione contra usum a 'Fabio Quintiliano depictum . . . . fonti sufficit'.

AVCTARIVM.

ARGI (p. 98. 804).

651 ara marmorea, ab Argis hora dimidia meridiem versus in vinea.

dis | M A N Ì B V S
L I O G A M O
IVS CALLISTVS
a|MICO · OPTIMO

A. Milchhoefer descripsit a. 1878.

Gratschanitza cet. (supra p. 80).

652 prope Prisren in monasterio S. Demetrii prope Suha Rieka.

traditur:	*fuit fere:*
M · Λ V K Ⱶ I V S Ʒ	M · A V R E L I V S
M Є S T R Ɨ V S V E	M · F · PRIMVS? VE
L E G V I I C I I V I	LEG · VII · C · P · F · VI
X I I M I Λ E S Ⅽ X X I	XIT · ANNIS · LXXI
M I I V R E L M I	M · AVREL · M · F
T R I NW S R b	P R I M V S · F I L
P A T R I E I E I I I	PATRI · PIENT

Srečković Belgradiensis in eph. *Glasnik* vol. 46 p. 223.

SALONAE (supra p. 91).

Ex ephemeride *Bullettino di archeologia e storia Dalmata*, cuius modo afferuntur fasciculi p. 145—176, sequentes titulos deprompsi.

653 arca ex lapide vulgari longa m. 2.12, lata m. 0.85, alta m. 0.80. Castel Vitturi in culina doctoris Doimi de Capogrosso.

FL · MAGNIANO · PROTECTORI CON
PARI CARISSIMO SEVER DE PROPRIO
HVNC SARCOFAGVM CONPARABIT
EVNDEM SOLIDIS · XV · TANTVM ET SE IN
EODEM VNA CVM FILIA SVA CONDI
PERMISIT · SI QVIS VERO TEMTAVERIT
IN EODEM SARTOFAGO PONERE *sic*
ALIVT CORPVS INFERET FISCI VIRI
BVS AVRI · PONDO · DVO

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 145.

Quanto pretio arca constiterit, ut haec solidis XV, alibi legisse me non memini.

---

654 Salonis in secunda turri moenium.

IANVS ANN X
PVG · VIL · DE SVO SI*bi*
monumentum CVI DOLET
POSVIT

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 146.

2 si in lapide est, ut conicio, VII pro VIL, habemus titulum gladiatoris qui occubuerit post pugnas septem. Similes titulos composui vol. V p. 1199. — SIE traditur.

---

655 Salonis prope stationem viae ferratae rep.

TICO · ET · CRESCENTILLA · ADITO · LIBERO · IN · AG · P · VI

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 147.

---

656 fragmentum cippi ingentis Salonis in prima turri moenium.

IVIO CRESTO ADITIBVSQVE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 146.

657 Clissae ad imum collam in fundo Sim. Perković rep., qui dedit museo Spalatino.

D M
PRIMITIO
ET PRIMITIAE
PRIMVS
ET CALLISTVS
AMICIS
B · M ·

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 146.

---

657 *a* Salonis in museo.

QVISQVIS ES ATVENTVM NOSTRVM
CONTEMPLA SEPVLCRVM · SISTE
/RECOR · PAVCIS PERLEGE FATA · MEA
ME MATER GENVIT · GREMIO NVTRITQ
BOREM · SPEMQVE ET OPEM · VITAE
RODIDERATQVE · SVAE
C · IACEO INFELIX CINIS ET COMBVSTA
VILLA · HIC · SVNT DISCORDI
INE · IAM DE ME · DVLCIS
FIERET · SINE
IACERE · LOCO
RVFVS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1878 p. 161.

Versus fracti dantur a principio omnes.

Quisquis es, atventum nostrum contempla sepulcrum,
siste [p]recor: paucis perlege fata mea.
me mater genuit gremio nutritq(ue) [la]bor[e]
spemque et opem vitae [p]rodideratque suae
[hi]c iaceo infelix cinis et combusta [fa]villa,
hic sunt discordi . . . . ine
iam de me dulcis . . . . f[l]eret,
sine . . . . iacere loco.

Atventum sepulcrum est opinor id ad quod viator venit.

---

658 Spalati in museo.

SOSSIAE · TAMINIA|*e*
DEF · ANN · XXXV · C · MESSI|*us*
ALYPVS · CONIVGI · CARI|*ssim*
QVAM · IN · MATRIMO|*nio*
HABVIT · ANN · X

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 146.

AENONA (supra p. 118).

659 ab altera parte tituli n. 660 scripti litteris deterioribus. Nonae nuper rep., est Spalati in museo.

D M S
SEMELE CON
IVGI CARISSIMAE
ANN XXVI VICTOR CONS
SERVVS

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 147.

---

660 ab altera parte eius quae praecedit scriptae litteris melioribus.

D M S
AEMILIO
SILVESTRO
FILIO PIENTI
SSIMO QVI V
IX · AN XXXXV AE
MILI VRSINA M
ATER ET SILVINVS P
ATER · B · M · FE

Glavinič *Bull. Dalm.* 1 p. 147.

EMONA (supra p. 135).

660*a* cippus ornatus scriptus litteris pulcherrimis, rep. Laibach d. 19 Nov. 1878 ibi ubi fuit castrum Romanum, *bei der K. K. Tabaksfabrik.* Inde incipientem viam habentem ubivis sepulcra aetatis Romanae per chiliometrum unum pervenire usque ad coemeterium quod nunc est S. Christophori observat Deschmann.

FLAVOS
L · AEMILI
BERVLLI
ANNOR · XX
H · S · E

Misit Car. Deschmann Laibacensis.

Th. Mommsen.

FASTORVM CONSVLARIVM
FRAGMENTVM

(ad vol. I p. 464

Amiterni rep. ad S. Victorini, est Aquilae in domo praefecturae.

u. c. 710 *c. iulius caesar u* *m. antonius m. f.*
suf
P CORNELIVS DOLABELL
*c. ca*ESAR · DICT *in p*ERPETVVM
*bellu*M · CIVIL MVTINESE
CVM · M *a*NTONIO
u. c. 711 *c.* VIBIVS PANSA *a* HIRTIVS A · F
C IVLIVS DIVI F CA*esar*
SuF Q *Pedius m f*
c carrinas c f
p uentidius p f
BELLVM · IN CAM*p*IS PH*ilippicis*
cum M · BRVT*o* E*t c.* c*A*ssio
u. c. 712 *m aemilius l*EPIDVS *ii l munatius plancus*
c antonius m · F *p. sulpicius rufus cens.*
BELLVM PERVSINV*m cum*
L · ANT*o*NIO

Descripsimus Dressel et ego. Ed. Leosinius apud Fiorellium *notizie degli*

I, 2 res nota est; v. *Staatsrecht* 2 p. 696. Hoc loco dictatura in perpetuum concessa consulatui Dolabellae postponitur, cum II, 9 pugna Actiaca in ordine consulari iusto loco collocetur.

I, 6 *divi filius* hic Caesar appellatur, cum fasti Capitolini et eius aetatis tituli e contrario demonstrent etiam in triumviratu eum C. f. aliquamdiu dictum esse (*Staatsrecht* 2 p. 733).

I, 10 hoc anno scilicet bellum Philippense coepit, pugna ad Philippos commissa est anno sequente. Similiter bellum Mutinense ad a. 710 relatum est, Perusinum ad a. 713, Actiacum ad a. 722; e contrario hoc in fastis Venusinis refertur ad a. 723, quo confectum est.

AMITERNINORVM
ALTERVM
n. III).

SVF *l cornelius* / *m ualerius* — u. c. 722

BELLVM · ACTIES · CLASS
CVM M ANTONIO

IMP CAESAR DIVI F III — M VALERIVS MESSAL CORVIN — u. c. 723
SVF M TITIVS L F / CN POMPEIVS Q F
imp. caesar diui f iiii — M LICINIVS CRASSVS — u. c. 724
svf C ANTISTIVS VETVS

BELL*um classia*R · CONFECT

*m t*VLLIVS CICERO
*l sae*NIVS L F
IM*p* CA*esar diui f u* — *sex appuleius sex f* — u. c. 725
/ /
/ /
IMP CAES*ar diui f* / / / — / / / / / / / / / / / / / / — u. c. 726?
L /

scavi 1877 p. 210. 211.

II, 2 Actiense pro Actiaco alibi fortasse non reperitur.

II, 5 consulem a. 723 M. Titium adhuc credidimus fuisse Marci filium propter titulum Mytilenaeum III n. 455, ubi sic appellatur. At cum eum titulum ab uno Cyriaco habeamus, codices eius plerique quidem habent M · F, sed quod pro eo ponunt duo iique antiquissimi Cenninianus et Vallicellianus L · F, id verum esse et illam lectionem ad interpolationes Feliciani pertinere iam ex his fastis intellegitur.

II, 6 Cn. Pompeii consulis a. 723 qui pater fuerit, hinc intellegitur. Borghesius opp. 5 p. 134 errore eum Sexti filium credidit; immo filius fuit Q. Pompeii Rufi tribuni plebis a. 702 pronepos Sullae.

II. 11 L. Saenii pater et ipse videtur Lucius fuisse. TH. MOMMSEN.

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOL. VII.

Post additamenta voluminis VII Britannicarum a me edita duo (ephem. III p. 113—155 et p. 311—318) Guilelmus Thompson Watkin diligentia laudabili schedas et libros a me ipso partim indicatos sed nondum exploratos indagavit, locos ubi tituli aut extare dicebantur aut olim extabant adiit, titulos denuo descripsit iam notos, novos aliquot addidit, exempla a me proposita in minutiis quibusdam correxit, titulorum duorum triumve propter pessima exempla aliasve ob causas a me iure damnatorum vindex extitit, quae invenit aut invenisse certe sibi visus est exposuit verbose atque hic illic etiam gloriose in dissertationibus aliquot, quas variis societatum archaeologicarum, quae in Britannia sunt, commentationibus inseruit mecumque officiose communicavit. Quod fecit, ut dixi, studio et sollertia utili; modo ne quae minus recte a me edita sunt propter auctorum eorum, quos solos sequi potui, neglegentiam aut inscitiam, mea vel culpa vel incuria errata esse pronuntiavisset, sed me aliter omnino facere non potuisse candide exposuisset. Quae ipse falso non raro commentus est, ea ego singillatim exagitare et redarguere supersedi; ne vero sprevisse videar quaecunque ad syllogen meam augendam emendandamve facere possent, vel minima ab eo aliisve enotata ab hac opella mea abesse nolui. Irritabile enim esse etiam antiquariorum genus experti sumus omnes; atque ne silentio superbo illud efficiatur, ut cura titulorum antiquitatumque patriarum conservandarum explicandarumve tandem aliquando ubique fere reviviscens absterreatur ab inceptis laudabilibus, sedulo putavi cavendum esse. Itaque in titulis, quos hic compono, non multos inesse, quibus nova edoceamur, nequis miretur. Unum mecum harum rerum studiosi gaudebunt frustulum recuperatum esse diplomatis militaris n. 1195, quanquam et ipsum admodum exiguum, quod diu quaesitum est. Atque Watkinus id quoque suum esse putavit, ut enumeraret lapides inscriptos olim quidem detectos, sed nunquam descriptos et deinde aut pessum datos aut latentes (*archaeological journal* 32, 1875 p. 74 s. 34, 1877 p. 146 s. 35, 1878 p. 77 s.); elenchum vero illum

antiquariis Britannicis non inutilem ego repetendum non duxi. Sed honoris causa nomino praeterea Robertum Blair in *South Shields* oppido degentem (ubi castra Romana ad Tinae ostium sita nuper effodi coepta sunt) et Iohannem Bellows Glevensem; ii enim amicis veteribus et fidissimis, qui titulos in Britannia repertos mecum communicare pergunt, novi accesserunt nuper fide et diligentia illis pares.

661 (ins. post n. 2). *At Colerne, Wilts*, a. 1833 et deinde a. 1856 detectum est pavimentum tessellatum, exhibens quadrigas cum agitatori. Supra quadrigas quidam meminerunt inscriptum fuisse aut SERVIVS aut SEVERVS.

E. W. Godvin *archaeol. journ.* 13 (1868) p. 329 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 66). Videtur fuisse ex genere pavimentorum, quae ludos circenses exhibent, ut C. I. L. II 5129 et ephem. III p. 202 n. 177.

---

662 (ins. post n. 19). *Petham, about five miles from Canterbury*, rep. c. a. 1840, *in the Stone Street leading to Lymne.* Exhibita fuit in *Canterbury, at the meeting of the institute a. 1875*; est arula alta dig. 14½. C. R. Smith putabat ex Gallia in Britanniam advectam.

D · M
CELIE · MAXSI
ME · Q · V · A · X
ET · ELIO · ALEX
SANDRO · Q · V
AN · IIX · ELIVS · FE
LVMINVS · PA
T · PIENT · F · L · F · C

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 366 (cf. ibidem 34, 1877 p. 263).

V. 8 sine dubio aut in lapide est FIL · F · C, aut certe ita dare debebat quadratarius.

---

663 (ins. post n. 35). Londinii, fragmentum rep. m. Oct. a. 1876 *in Camomile street*, muro vetusto oppidi insertum.

V
F · V
M

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 131. De effossionibus *in Camomile street* institutis cf. *assoc. journ.* 32 (1876) p. 490 ff.

Ad n. 67. Titulum Rufi Sitae ad Glevum pertinere, ubi nunc servatur in museo, monuit Ioh. Bellows; repertus enim est ad viam Romanam in sepulcretis, quae a portis coloniae Glevensis et a *Kingsholm* suburbio Glevensi versus *Cheltenham* et *Cirencester* extenduntur.

664 (ins. post n. 72). Glevi (*Gloucester*) in suburbio *Kingsholm* rep. a. 1876, ara litteris evanidis.

D
MARTI

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 348.

---

665 (ins. post n. 72). Glevi (*Gloucester*) in suburbio *Kingsholm* rep. a. 1876 ara litteris evanidis.

DEO
INIOCHCVRIO
..ORIVENDVS
AI

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 148. V. 2 latet fortasse *Mercurio.*

---

666 (ins. post n. 72). Glevi, in museo, fragmenta duo rep. in *Stancombe Park*; *a* longum est quoquo versus dig. 19, utrumque scriptum litteris evanidis et ex parte refectis.

a VIXI
OVDSXX
INGENNIN
..ON

b DVB
IVC

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 69.

Ad n. 75. Melius descriptam quam olim A. Scuse nuper exhibuit A. D. Berrington; legendum v. 1. 2 INGENVILLA, v. 4 D · XXLIII.

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 79.

Ad n. 83. Aram hanc adhuc extare *at Brome Hall* prope *Canterbury*, quae est domus *Oxenden* familiae, indagavit

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 367.

---

667 (ins. post n. 93). Camaloduni (*Colchester*), rep. a. 1877 prope portam decumanam castrorum Romanorum. Fragmentum longum dig. $6\frac{1}{2}$.

.. M ..
.. HANIE

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 66.

Ad n. 98. Exemplum tituli vetustius extat in bibliotheca Bodleiana, *Ashmolean Mss.* 826 f. 35, ita inscriptum: '*at Caerleon an altar stone of 4 foote long and somewhat more, 3 foote broad and somewhat more; taken up 5 March, 1653*'.

V. 1. 2 ita exhibentur IOVI · M · DOLICH//V//// | FRONI//O AEMILIANVS, v. 4 ita RVFILIANVS//FC//.

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 14.

Nomen legati fuisse potest Petronii Aemiliani.

Ad n. 104. Titulus frontis, quem prorsus periisse Coxio credidi, aliquatenus servatus est imagine imperfecta hac

NC
SINI
D
R I N
VVPVI
ORNVC
ESVANNING
P

G. W. Manby *an historic and picturesque guide from Clifton through the counties of Monmouth Glamorgan and Brecknock* (Bristol 1802 8.) in tabula ad p. 55 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32. 1875 p. 57).

---

668 (ins. post n. 136). Iscae (*Caerleon*) rep. c. a. 1870.

XI
VIV
VIC
LL
II
T

Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 60.

---

669 (ins. post n. 145). *In the outward walls of the church at Maentwrog near Festiniog, Merionetshire*, lapis centurialis.

MARC...

Giraldus Cambrensis ed. R. C. Hoare vol. I p. CLV (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 66).

670 (ins. post n. 153). Prope *Brecon*, *South Wales*, rep. a. 1878; lapis margine ornatus, qui formam tabellae ansatae exhibet; litteris optimis saeculi secundi.

D I S · M *anib. c. iuli*
C A N D *idi tanci*
N I · F I L I *caur. eq. al.*
HSP · VETT *onum c. r. cl.*
CLEM · DOM *valens h. f.*
AN XX · STIP · III · H *s. e.*

Ioh. Wordsworth misit. Supplevi exempli causa et lego ita:
Dis M[*anib*(*us*) *C. Iuli*] *Cand*[*idi*, *Tanci*]*ni fil*(*ii*), [*Caur*(*iensis*), *eq*(*uitis*) *al*(*ae*)] *Hisp*(*anorum*) *Vett*[*onum c*(*ivium*) *R*(*omanorum*). *Cl*(*audius*)] *Clem*(*ens*), *Dom*(*itius*) *Valens h*(*eredes*) *f*(*ecerunt*)]. *An*(*norum*) *XX stip*(*endiorum*) *III h*(*ic*) [*s*(*itus*) *e*(*st*)].

Tancini nomen in Vettonum regione frequens est.

---

671 (ins. post n. 153). *Usk*, *Monmouthshire*, ubi Burrium fuisse creditur, rep. a. 1876 iuxta carceris publici fundamenta, fragmentum longum dig. 13, altum dig. 10. Servat *Lieut. Col. Milman*, carceris praefectus.

/// AN · III
INQVE
CVD · F //////
. . II · AVG · F · C //
. M · FIL · F · M

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 69.

Ad n. 168*a*. Extat Devae in museo. Non recte legisse Carolum *Roach Smith*, sed esse potius in lapide

D E A B
MATRI
b V S
. . . V M

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1878) p. 142 observat, qui vidit. Ego dederam secutus Smithium.

672 (ins. post n. 175). Devae, in museo societatis archaeologicae, fragmenta duo, *a* in lapide lato quoquo versus dig. 14; *b* in lapide duro.

a VS//L
VLSEG
NFF

b VCINI

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 73 qui adnotat *b* non esse partem tituli C. I. L. VII 173. Sed fuit fortasse eiusdem centuriae.

---

673 (ins. post n. 197). *Littleborough*, *Nottinghamshire*, ara alta p. 3 dig. 2, lata dig. 22; servat Mr. Foljambe, *M. P.*, *at Orberton Hall*, *near Worksop.*

I·O·M
. . . .
. . . .
. . . .
IIRAT
. . . .

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 63, qui plura legi posse negat.

---

674 (ins. post. n. 213). *Castle Field* prope *Manchester*. Lapis, unde fluxit exemplum falsum in ansa amphorae scariphatum C. I. L. VII n. 19*, quod vidi solum, re vera repertus est a. 1796; erat longus dig. 15, latus dig. 11. Inscriptio ita

traditur:	*exemplum novicium:*	*restitue:*
COHRI	COH RI	COH ꝺ I
FRISIAVO	ΓRISI AVG	FRISIAVO*num*
YOVI...	VOVIANVM	7 Q̱VIN*ctiani*
⌖ P XXIIII	SP XXIIII	P XXIIII

Thomas Barritt *transactions of the literary and philosophicial society of Manchester* ser. I vol. 1 p. 675 tab. VII 13 (inde Watkin *archaeol. journ.* 34, 1877 p. 148), qui exemplum novicium ipse in amphora inscripsit (*Chetham society's proceedings* vol. LXVIII p. 46). Exemplum novicium necessario damnavi; titulum restitui collato simili n. 213 ibidem reperto.

Ad n. 266. Exemplum a Dugdale Camdeno missum, quod a Dodsworthiano a me edito vix differt, ex schedis bibliothecae Bodleianae edidit Watkin *assoc. journ.* 33 (1877) p. 196.

Ad ephem. II p. 125 n. 86 (ins. post n. 298). *Brougham.* Tractavit titulum impeditae sane lectionis Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 348 s. legitque ita

DEO MARTI · S
AN DEABVS DIIISQ *sic*
. . . NVMERIVS
EX HIS · NEQQ
STRATONICIANO
DONAVIT ARAM
PROSE ET SVIS

In quibus illud *donavit aram* v. 6 potest verum esse; v. 2 certo non recte lectus est, reliqua omnino incerta.

Ad n. 308. Aram hanc servari *at Turvey Abbey* prope *Bedford*, apud *J. L. Higgins*, qui habuit ex rebus relictis a *Sir Gregory Page Turner*, defuncto a. 1824 *at Battlesden*, observat Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 367.

---

675 (ins. post n. 406). Uxelloduni.

D M S
AEL · AC
. . ANI

Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 64.

---

676 (ins. post n. 442). *Lanchester*, fragmentum.

DEO

Bruce lapid. p. 362 n. 690 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 63).

---

677 (ins. post n. 459). Vindomorae (*Ebchester*).

DEO
VITIR
. . . . .

Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 63.

---

678 (ins. post n. 497*a*). *South Shields,* fragmentum tituli sepulcralis rep. d. 20. mens. Febr. a. 1876 in *Bath street,* in fundo Iacobi Pollard.

D · M
IVLI . . .

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1878) p. 130; R. E. Hooppell *Roman remains at South Shields* (Lond. 1878 8.) p. 38. V. 2 IV. . . Watkin.

679 (ins. post n. 497*a* cf. ephem. III p. 132 n. 97. 98) *South Shields, on a piece of sandstone,* litteris parvis.

SENILIS ·

Robertus Blair ectypum misit.

Ad ephem. III p. 314 n. 185—198 (ins. post n. 618). Plena de templo et fonte deae Coventinae ad Procolitiam narratio modo prodiit conscripta ab eo, qui locum possidet et effodiendum curavit, Ioh. Clayton sene venerabili, inscripta ita '*the temple of the goddess Coventina at Procolitia, Northumberland (reprinted from the 'Archaeologia Aeliana' of the Society of Antiquaries of Newcastle-upon-Tyne)' Newcastle* 1878 8. Additae sunt imagines fideles rerum omnium ibi detectarum, titulorum anaglyphorum nummorum. Nummorum, quorum 13, 487 apud Claytonem servantur, circiter 3000 autem dispersi sunt, conspectum dedit C. Roach Smith. Ad titulos rectius legendos unum tantum invenio quod addam: in arula Minervae (ephem. III n. 196) scriptum est in fine

P R S
PCS · S

non, ut dedi, PRS | P ◊ S. Unde legendum videtur *pr(o) s(alute) p[o]s(uit) s(ua)*. Quod enim inter P et S legitur elementum videtur O esse male expressum a quadratario.

---

680 (ins. post n. 618). Procolitiae, rep. a. 1876 per Claytonem.

MAT
RIBV
S · CO
. . . .

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 131.

---

681 (ins. post n. 651). Borcovicii, in basi statuae.

MARTI

Gibsonis Camden (ed. a. 1722) p. 1035 qui ait se vidisse a. 1708 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 65).

Ad n. 668. Ut a me omissam ex Brucii lapidario p. 167 n. 332 profert Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 65: sed est eadem atque Brucii n. 211.

682 (ins. post n. 701). Vindolanae, rep. a. 1800, fragmentum arae.

D I S C P

. . . .

Hodgson *history of Northumberland* 3, 2 p. 203 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 64). Cf. n. 896 *discipulinae Aug*(*ustorum*).

---

683 (ins. post n. 712). Vindolanae, ara *built up in the wall of a passage at the house at Chesterholm.*

D E A E

. . . .

Bruce lapid. p. 131, 256 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 64).

---

684 (ins. post n. 712). Vindolanae, ara litteris evandis.

I DEC · S
VIDIA · CL
. . . . CAN

Hodgson *history of Northumberland* 3, 2 p. 203 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 65).

---

685 (ins. post n. 735). Aesicae, *now at Low Town.*

CoH · VIII
c I L C c I

Bruce lapid. p. 148 n. 291 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 64).

Ad n. 777. Ut ineditam profert Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 65 ex Hodgsone, qui bis edidit, scilicet tam ex suis copiis quam ex Hutchinsone.

---

686 (ins. post n. 777). Magnis; *found at Gap, where it now is, built upside down in an outhouse.*

COH · I
7 · CL · AVID

Bruce lapid. p. 171 n. 347 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 65).

687 (ins. post n. 894). Petrianis.

I · BLASIOS
AI B INE C
SVB P ·

Hutchinson *Cumberland* 1 p. 108 fig. 10 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 65).

---

688 (ins. post n. 1026). Habitancii (*Risingham*) rep. a. 1875, fragmentum altum dig. 15, latum infra dig. 16.

SVS
V///S · DVL
TIBVS SVIS
ETVDINEMSIT
ORD · FILIO
SVBSTITVS

Robertus Blair misit ectypum; ab eodem habuit Watkin qui edidit *archaeol. journ.* 35, 1878 p. 65.

Videtur monumentum promissum esse a filio *dul*[*cissimis paren*]*tibus suis*, qui cum per *val*]*etudinem sit* [*impeditus*, *naturae ord*(*ine*) *filio* [*nepos est*] *substitus*. Talia aut similia certe fingi possunt. *Substitus* forma comparetur cum *restutus*, quod pro *restitutus* scriptum est non raro.

---

689 (ins. post n. 1055). Bremenii (*High Rochester*) rep., servat Lawson, *at Horsley*, circiter p. m. a Bremenio. Est cippus non inelegans fastigio et marginibus ornatus.

avicula
D ❦ M
FELICIO · LIBERTI
VIXIT ANNIS
XX

Robertus Blair misit a se descriptam.

Intellege *Felicio*(*nis*).

---

690 (ins. post n. 1081). *Red Abbey Stead*, fragmentum.

CVI

Wilson *prehistoric annals of Scotland* p. 381 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 60).

691 (ins. post n. 1087). *At Jedburgh* (*Roxburghshire*), prope *Edinburgh, built into a staircase of the ruined Abbey.*

I O M V E
LAT IOR DEO
RVM CAESA
/// V I
SEVER TRIB

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 365 qui legit *I*(*ovi*) *o*(*ptimo*) *m*(*aximo*) [*conserv*]*atori deorum Caesa*(*rum*) *I*]*ul*(*ius*) *Sever*(*us*) *trib*(*unus*).

De miliariis viisque Britanniae in universum quae statuenda sint composuit H. M. Scarth *assoc. journ.* 34 (1878) p. 52, titulos vero novos nullos protulit.

Ad n. 1150. 1151. Tertium miliarium Clausenti repertum (*it appears to be a fragment of a miliary column; it is 18 in. in diameter, of a solid, blackish stone; the back part is left rough, as if intended to be fixed against a wall* ENGLEF.) proferre videtur ita corrupte

T XXVIII
N S N A V R N V
VET SAENAB
NDINIMP · ST

H. C. Englefield *walk through Southampton* p. 124 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 69), siquidem omnino miliarium est.

Ad n. 1166. Fragmentum miliarii, ut visum est, Viroconii (*Wroxeter*) *in the Vicarage garden.* Latet aut periit. Ex titulo non distinguitur nisi hoc:

CↃ R N
D L L I C N

H. M. Scarth *archaeol. journ.* 16 (1859) p. 65 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 70) qui mihi misit delineatam accurate. Idem adnotat lectionem esse omnino incertam; v. 2 etiam legi posse ADLIGN. Tamen negat, exemplum esse male lectum tituli supra indicati n. 1166, in quo haec tantum servata sunt:

BONOREI
PVBLICAE
NAT

Tertium fragmentum, in quo litterae T · G tantum legantur, extare in *Donnington* (m. p. duo a Viroconio) affirmat idem.

692 (ins. post n. 1167). Fragmenta miliariorum duorum rep. a. 1812 *by Colonel Hill, when draining Moston Pool* etc., *in the parish of Stanton, on Hine Heath, Shropshire.* Columnae altae erant altera ped. 4 dig. 6. altera ped. 4 dig. 8.

a IMP · CAE
. . . . .
. . . . .


b . . . . .
. . . . .
. . . . .
MP

J. B. Blackeway *antiquities of Hawkstone* (liber s. l. et a., sed circiter a. 1829 editus, ut putat Watkin) p. 88 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 71).


Creduntur pertinuisse ad viam aliquam inter Viroconium et Rutunium.

Ad ephem. III p. 140 n. 20 (ins. post n. 1195 cf. vol. III p. 901). Quam indicavi spem recuperandi fragmenti diplomatis reperti a. 1815 apud *Walcot* prope Aquas Sulis (*Bath*), quod *Lysons* viderat apud Ioh. Cranch ibidem, ea non prorsus fefellit. Exemplum enim a Daniele Lysons tum delineatum, quod cum aliis eius operibus pervenerat ad Lilly librarium Londiniensem, deinde ad Iosephum Barratt eiusdem urbis librarium, nunc servatur apud W. Long (*Wrington*, *Somerset*); aes ipsum denuo nondum comparuit. Fragmentum utrinque scriptum has litteras visum est habuisse Danieli Lysons:

intus:



extrinsecus:



Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 318 ss. (cf. ibid. vol. 32, 1875 p. 55) indagavit et edidit. Supplementa quae ultro plerumque se offerunt Lysons iam adpinxit exemplo suo. Ex numerorum militarium nominibus [*qui sunt in Brit*]*ann*(*ia*) non superest nisi cohortis alaeve alicuius *I̅I̅I̅ A* . . . . ; ex legati Augusti pr. pr. prov. Britanniae nomine nihil nisi *C. Ti. Lartidius Celer* consul alioquin ignotus est; comparavit Mommsenus supra p. 186 titulum C. I. L. V 7186 *Q. Lartidii* alicuius *Q. f. Celeris Agrippae.* Erat diploma illud militis alicuius *alae Proculeianae*, quam ex hoc primum monumento discimus in Britannia militavisse sub . . . . . *Propinquo* quodam praefecto. Ceterum ex formulis solitis partis aversae de tempore nihil discitur; nam quod v. 2. 3 bis *iis* scriptum est, non *is*, id vix potest indicium haberi temporis vetustioris (cf. a Mommseno observata vol. III p. 919).

Ad ephem. II p. 141 n. 121 (ins. post n. 1211). *Charterhouse on Mendip.* Massae plumbi aliquot praeterea, vel massarum fragmenta, inscripta ita

MENIA

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 353 exhibet. Est particula nominum Marci et Veri Armeniacorum.

693 (ins. post n. 1222). *Usk, Monmouthshire.* Tegula rep. a. 1877; servat A. D. Berrington.

LEG · II/////

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 69.

694 (ins. post n. 1225). Devae prodierunt exempla haec duo tegularum legionis XX; *a* ibi servat G. W. Shrubsole, *b* ubi sit non indicatur.

a LEG · X....
SVBLO....

b LEG · XX · V · V · ƆE

Watkin *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 66.

695 (ins. post n. 1224*e*). Ratis (*Leicester*) adhuc extare (in museo urbico?) tegulam ibi repertam et revera inscriptam esse

LVIII

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 142 affirmat.

De legione octava vel potius de vexillatione eius in Britannia degente dixi vol. II p. 305. Tamen eam tantum temporis in Britannia tetendisse, ut Ratis figlinas conderet, tegulasque totius legionis, non vexillationis nomine inscriberet, non credo. Itaque recte olim damnavi (n. 18*) diffidens testi non nimis certo; certiori credo genuinam esse et recte lectam, sed puto mancam esse impressionem et fuisse LVIIII. De legione nona Eburacensi cf. quae dixi vol. II p. 61 et n. 1224. Potest Ratis aliquando in castris fuisse antequam Eburacum procederet; sed magis puto tegulam singularem Eburaco vel ex vicinia eo delatam esse casu.

696 (ins. post n. 1225*e*). Tegulam in *Conwy* repertam, quam olim damnavi (n. 19*), ita inscriptam

LEG · X

particulam esse tegulae LEG · XX · V · V

Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) p. 142 observavit recte. Ibi enim prope tales tegulae legionis Devensis satis frequentes sunt.

Ad ephem. III p. 142 n. 122 (ins. post n. 1231). Tegulae inscriptae COH $\overline{V}$ G in *South Shields* praeterea prodierunt exempla plus decem, quas composuit R. E. Hooppell *Roman remains at South Shields* (Lond. 1878 8.) p. 34.

---

697 (ins. post n. 1231). *Templebury*, prope *Rotherham*, *Yorkshire*, in castris Romanis tegulae prodierunt variae inscriptae

C · $\overline{IIII}$ · G

C(ohortis) IV(quartae) G(allorum)

J. D. Leader *assoc. journ.* 33 (1876) p. 508 (cf. *Academy* 1878 vol. I p. 128); *archaeol. journ.* 35 (1878) p. 66.

---

698 (ins. post n. 1234). Tegula Londinii rep. a. 1876 in *Cannon Street*, servatur in museo Britannico.

D · N · VOC

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 356, qui interpretatur *decuria numeri Vocontiorum*, nec mihi persuasit.


Ad n. 1235. Inter tegulas Londinii repertas eius generis unam nuper prodiisse, quae servatur in museo Britannico, sic inscriptam

P · BRI · SAN

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 356 affirmat, atque interpretatur *p(ublicani) Bri(tanniae) san(ctae)*. Fortasse male impressa pro LON. Cf. infra n. 445.

---

699 (ins. post n. 1254). Glevi, fragmentum tegulae curvae (*a flue tile*), longum dig. 5, latum 4.



J. Bellows misit.

---

700 (ins. post n. 1254). Tegula rep. a. 1849 prope *Cheltenham*.

P R C

Norman *history of Cheltenham* p. 21 (inde Watkin *archaeol. journ.* 35, 1878 p. 72).

---

701 (ins. post n. 1254). Tegula rep. a. 1872 *at Wall near Lichfield*.

P · S

Association journ. 29 (1872) p. 56 (inde Watkin *archaeol. journ.* 35, 1878 p. 72).

702 (ins. post n. 1254). Tegula Eburaci rep. mense Octobri a. 1878.

ЯVI SVS

Jac. Raine ectypum misit. Fortasse *Ur-sus.*

---

703 (ins. post n. 1254). Tegula olim Eburaci reperta, quae periit.

〈 POLIONIS
FELICITER

Jac. Raine misit ex schedis Francisci Drake antiquarii Eburacensis descriptam. Primum elementum L potius quam centuriae signum.

---

704 (ins. post n. 1259). *South Shields*, scariphata in tegulis.

a VOO
OSYY

b CALI
S BVS

R. E. Hooppell *Roman remains at South Shields* (Lond. 1878 8.) p. 34.

---

705 (ins. post n. 1265 cf. ephem. III p. 143 n. 128). Tesserae fictiles rotundae accedunt hae; *f* rep. alicubi in *Northamptonshire*; *g Shefford, Bedfordshire*; *h* Londinii, *Finsbury*, rep. a. 1874; *i Attleborough, Norfolk.*

f E
III

g E
XII

h F
VI

i *in antica:* C O V R (litteris circa X positis) *in postica* H · IMP.

f g *Archaeol. journ.* 7 (1853) p. 71 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 67).

h (cf. n. 1265) *Assoc. journ.* 32 (1875) p. 67.

i *Norwich volume of Archaeological Institute* (Londinii 1851 8.) p. XXVIII. Omisi olim ut admodum incertam.

f g h Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 68.

706 (ad n. 1269 cf. add. p. 313 et ephem. III p. 144. 318) *South Shields*, tesserae plumbeae novae accesserunt hae (fortasse ex parte non diversae a iam editis l. s. s.)

a ASA — VRN

b AVGG

c C$\overline{\text{V}}$G — T$\overline{\text{V}}$M

d C$\overline{\text{V}}$G

e CL — FL*

f D . . . AV

g LVI — DVA

R. Blair *d e* misit; R. E. Hooppell *Roman remains at South Shields* (Lond. 1878 8.) p 38 reliquas edidit. Ad *c d* cf. tegulae supra post n. 636 relatae.

---

707 (ins. post n. 1269). *Combe Down* prope *Bath* (Aquae Sulis), sigillum plumbeum, exhibens cervum iacentem et litteras in circulo scriptas

P BR · S

C. R. Smith in *transactions of the London and Middlesex archaeol. society*, quae non vidi; inde Watkin *archaeol. journ.* 34 (1877) n. 1235, qui interpretatur *p(lumbum) Br(itannicum) s(ignatum)*. Cf. supra ad n. 1235 addita.

708 (ins. post n. 1274). Ratis (*Leicester*) prodiit a. 1874 ex fundamentis domus, quae est dominorum *Fielding* et *Johnson*, in *North Bond Street*, inter alias testas argillaceas et vitreas quartum exemplum vasculi vitrei imaginibus gladiatorum ornati hoc, inscriptum ita

d |VS SPICVLVS COLVMBVS CALAM|

Watkin *archaeol. journ.* 33 (1876) p. 358.

Nota erunt praeterea tria haec

a rep. in vico *Montagnole* prope *Chambéry*

TETRAITES SPICVLVS GAMVS CALAMVS
PRVDES COLVMBVS MEROPS HERMES

Ex actis societatis Sabaudicae 2 (1857) p. 27 et 8 (1864) p. XVIII; inde C. I. L. III add. p. 1053.

b rep. in *Chavagnes* Galliae (*Vendée*)

SPICVLVS COLVMBVS CALAMVS HOLES(?)
TETRAITES PRVDES PROCVLVS COLVMBVS

A. Deville *histoire de la verrerie* (Parisiis 1873 4.) tab. XLIX A.

c in museo Vindobonensi

*tetr*AITES PRVDES CALAMVS

Th. Mommsen C. I. L. III 6014, 1 qui contulit programma Pompeianum C. I. L. IV 538 et locum Petronii c. 52 (cf. c. 71), ubi legitur '*Hermerotis*

pugnas et Tetraitis in poculis habeo'. Vascula *b* et *d* ex forma eadem videntur flata esse, in reliquis gladiatorium paria sive alia sunt sive aliter disposita. In *b* quid HOLES sit non satis perspicio; potest cogitari aut de HOLOS aut de HOELAS nominibus.

---

709 (ins. post n. 1274). *Canterbury*, fragmentum vasculi vitrei; servat ibi J. Brent.

. . . MVS

quadriga

J. Brent *proceedings of the soc. of antiquaries* ser. II vol. 6 (1875) p. 377. Erat eiusdem generis ut n. 648.

---

710 (ins. post n. 1275 *a*). Vasculum vitreum rep. in *Newbury*, *Berks*.

S · P · S

Watkin *archaeol. journ.* 32 (1875) p. 68.

---

711 (ins. post n. 1275 *a*). Vasculum vitreum rep. a. 1869 in *Bexhill* prope *Sittingbourne*, *Kent*.

IBONI

Antiquary Apr. 6, 1872 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 68). Fortasse mutila.

---

712 (ins. post n. 1288). In agro quodam inter *Great Horwood* et *Winslow*, *Buckinghamshire* rep. sunt a. 1873 cum vaso argenteo cochlearia duo argentea (servantur omnia ibi in museo urbico), quorum alteri inscriptum est

VENERIA · VIVAS


Car. Lowndes *proceedings of the soc. of antiquaries* ser. II vol. 6 (1873) p. 81.

---

713 (ins. post n. 1291). In patera aenea cum manubrio rep. a. 1878 in *Malton*, *Yorkshire N. R.*; servat Guil. Greenwell Dunelmi. In manubrii parte superiore impressum est

ALPICVS F

In eiusdem parte inferiore punctis et circulo quidem scriptum est



Greenvell misit delineatam accurate, una cum imagine photographa.

Est fortasse: L SERVENI Q_L SVPER ${}^{\text{V}}_{\text{S}}$PERI. Sane tum statuendum erit eum qui haec caelavit male iterasse cognomen Superi. Ceterum patera ad usum sacrum magis quam profanum videtur fuisse destinata.

714 (ins. ante n. 1299). *Rugby*, anulus aereus (formae ungulae equinae, *hoop shaped*), inscriptus Graece

ESYNERAEYNAICXE

M. H. Bloxam *journ. of the associated architectural societies* vol. 1 p. 227 (inde Watkin *archaeol. journ.* 34, 1877 p. 140. 35, 1878 p. 67) qui possidet. Non intellego.

---

715 (ins. post n. 1301). Anulus aereus; locus ubi inventus sit ignoratur, sed creditur fuisse alicubi in Britannia. Servabat G. Fortescue Wilbraham. Dicitur esse aetatis imperatoriae recentioris (*of the lower empire*). Ornatus est signo noto manuum iunctarum aliisque ornamentis.

FIDES

manus iunctae

CONCORDIA

iuxta in lateribus anuli

RVFVS · D · D VIATOR

W. J. Bernhard Smith *archaeological journal* 21 (1864) p. 186 (inde Watkin *archaeol. journ.* 34, 1877 p. 140).

---

716 (ins. post n. 1307). Anulus ferreus rep. Londinii, *Lothbury*, servatus apud *Gunston*.

VITA VOLO

J. E. Prior *transactions of the London and Middlesex Archaeologival Society* vol. 3 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 68).

---

717 (ins. post n. 1323). Signaculum aereum rep. *at Cramond*, servatum *at Pennicuick House*, longum dig. $2\frac{7}{8}$, latum $1\frac{1}{2}$.

lunula

TERTVLL · PROVINC

Wilson *prehistoric annals of Scotland* p. 391 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1875 p. 67). Genuinum esse non spondeo.

718 (ins. post n. 1327). Onyx, rep. in *Silchester*, servabat Stair in *Aldermaston.*

ZACP

Goughs Camden I (ed. a. 1789) p. 142 (inde Watkin *archaeol. journ.* 32, 1877 p. 68).

Fortasse Graecus titulus erat.

718*a* *South Shields*, reperta in effossionibus anni 1878. Cippus fastigio ornatus, affabre sculptus. Litterae videntur esse saeculi alterius exeuntis vel tertii.

mulier sedens in throno,
flores in sinu gerens;
infra a laeva arula
(vel cistula), a dextra
situla cum fructibus

D · M REGINA LIBERTA ET CONIVGE
BARATES PALMYRENVS NATIONE
CATVALLAVNA AN XXX



Rob. Blair ectypum misit, unde descripsi.

Lege *d(is) M(anibus) Regina liberta et coniuge Barates Palmyrenus, natione Catuallauna, an(norum) XXX.*

Sequitur versus litteris Palmyrenis scriptus (hic ad quintam fere partem mensurae verae redactus), quem Guilelmus Wright amicus Cantabrigiensis transscripsit ita (vide ephemerides *the Academy* a. 1878 vol. II p. 438. 454): רגינא בתחרי ברעתא חבל, *Regina liberta Baratis.* Eduardus Sachau collega adnotat elementum ab initio a dextra alterum, quod ita curavimus repraesentari, ut in lapide est, lineam transversam inferiorem casui debere, superiorem solam iustam videri. In textu Latino ablativi aperte positi sunt rustice pro dativis; *Catuallauna* potest etiam nominativus esse. Nata igitur est Regina in Britannia in civitate Catuvellaunorum ea, quae ex vetusta gentis sede propagata sedem novam videtur habuisse alicubi in regione valli, unde memoratur in titulo Magnis ad vallum reperto C. I. L. VII 863. Barates negotiator Palmyrenus in castello ad Tinae ostium sito videtur habitasse. De titulo memorabili, quem extra ordinem hic in fine visum est adiungere, non pauca iam litteris mandata extant in ephemeridibus Britannicis compluribus; plena et accurata totius monumenti editio a societate antiquariorum Aelianensi expectatur.

Aem. Hübner.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XXIII.

SENATVS CONSVLTVM ADRAMYTENVM.

Senatus consulti pars infra scripta legitur in tabula alta m. 0.70, lata c. m. 0.30, litteris altis m. 0.01, quae prostat, ut ait editor, *ἐν τῷ τοίχῳ δεξαμενῆς κειμένης ἐντὸς τοῦ κήπου τοῦ Ἀλῆ-Καβάση ἐν τῷ νῦν Ἀδραμυττείῳ.* Edidit G. Earinus primum in ephemeride q. d. *Ἰωνία* n. 111, deinde in relationibus Smyrnaeis *μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς εὐαγγελικῆς σχολῆς* fasc. 1 (Smyrnae 1875) p. 137, denique emendatius in eph. *Ὅμηρος* (1877) p. 396; quarum trium editionum duas postremas vidi. Repetivit inde Th. Homolle in ephemeride Atheniensi *Bulletin de correspondance hellénique* 2 (1878) p. 128 seq. Descriptum ad ectypum chartaceum in museo Smyrnaeo adservatum misit mihi curator eius musei A. Papadopulus Kerameus. — De loco Earinus monet Adramytium quod nunc est non ibi situm esse ubi fuit Adramytium vetus: *τῆς ἀρχαίας*, ait, *τὰ ἐρείπια ἀνεκάλυψα κατὰ τὸ* 1870 2½ *ὥρ. περίπου πρὸς νότον τοῦ νῦν Ἀδραμυττείου καὶ* ¼ *ὥρ. μακρὰν τοῦ ἐπινείου τοῦ Κεμεριοῦ, κατὰ τὴν θέσιν Καρὰ-Τάς*, itaque dubium esse senatus consultum hoc num ex ruderibus veteris Adramytii venerit an ex alio aliquo oppido vicino.

Apparet lapidem supra et infra fractum esse, quamquam supra pauca deficere videntur; praeterea versus integri sunt a fine omnes fere, a principio inde a v. fere 26. Litterae in singulis versibus sunt fueruntve plus minus duodetriceni. Secutus sum potissimum Papadopulum; Earini subieci variam lectionem, scilicet prout in editione eius tertia legitur secunda plerumque omissa. Haec autem sunt quae remanserunt.

[AT]..ON...
ϽNKAΛΛANΔΩ[N]
KOMETIΩMETA
ΠΕΓΝΩΚΟΤΑΔΟ
ΤΟΥΠΕΡΙΧΩΡΑΣΗ
ΟΓΙΑΕΣΤΙΝΔΗΜΟΣΙΩ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΥΣΕΝΤΩΙ
ΙΩΠΑΡΗΣΑΝΚΟΙΝΤΟΣΚΑΙ
ϽΙΝΤΟΥΥΙΟΣΑΝΙΗΝΣΗΣΓΑΙ
ΙΟΣΓΑΙΟΥΥΙΟΣΜΕΛΙΗΝΙΑΜ[Α]
ΠΟΥΠΙΟΣΜΑΑΡΚΟΥΣΚΑΠΙΑΓ[Α]
ΡΝΗΛΙΟΣΜΑΑΡΚΟΥΣΤΗΛΑΤΕ[Ι]
[Υ]ΚΙΟΣΜΕΜΙΟΣΓΑΙΟΥΜΕΛΙΗ
ϽΙΝΤΟΣΟΥΑΛΓΙΟΣΜΑΑΡΚΟΥ
ΙΑΛΕΥΚΙΟΣΙΟΥΛΙΟΣΣΕΞΤΟ
ΝΑΓΑΙΟΣΚΟΙΛΙΟΣΓΑΙΟΥΑΙΜ[Υ]
ΟΠΛΙΟΣΑΛΒΙΟΣΠΟΠΛΙΟΥΚΥΡΕ/
ΑΡΚΟΣΚΟΣΚΩΝΙΟΣΜΑΑΡΚΟΥ
ΗΤΕΙΝΑΠΟΠΛΙΟΣΓΕΣΣΙΟΣ
[Π]ΛΙΟΥΑΡΝΗΝΣΗΣΛΕΥΚΙΟΣΑΕ
[Ο]ΣΛΕΥΚΙΟΥΦΕΝΤΕΙΝΑΓΑΙΟΣΡΟ[Υ]
[ΒΡΙ]ΟΣΓΑΙΟΥΠΟΠΙΛΛΙΑΓΑΙΟΣΛΙΚΙΝΙΟ[Σ]
[ΓΑ]ΙΟΤΗΡΗΤΕΙΝΑΜΑΑΡΚΟΣΦΑΛΕΡΙΟΣ
[Μ]ΑΑΡΚΟΥΚΛΑΥΔΙΑΜΑΝΙΟΣΛΕΥΚΕ/
[Λ]ΙΟΣΜΑΑΡΚΟΥΠΩΜΕΝΤΕΙΝΑΛΕΥ
ΚΙΟΣΦΙΛΙΟΣΛΕΥΚ[Ι]////ΡΑΤΕΙΝΑΓΑΙΟ/
ΔΙΔΙΟΣΓΑΙΟΥΚΥΡ////ΚΟΙΝΤΟΣΚΛΑ[Υ]
/[Ι]ΟΣΑΠΠΙΟΥΠΟΛΛΙΑΛΕΥΚΙΟΣΑΝΟ
ΓΙΟΣΓΑΙΟΥΜΕΝΕΙΝΙΑΣΠ//ΙΟΣΚΑΡΟ
Υ[Ι]ΛΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥΣΑ//ΤΕΙΝΑΠΟΠΛ/
ΟΣΣΕΙΛΙΟΣΛΕΥΚΙΟΥΓΑΛΕΡΙΑΓΑΙΟΣ
[Α]ΝΝΙΟΣΓΑΙΟΥΑΡΝΗΝΣΗΣΓΑΙΟΣΣΕΜΠ[Ρ]/
/ΙΟΣΓΑΙΟΥΦΑΛΕΡΝΑΓΝΑΙΟΣΟΚΤΑΥΙΟ/
/ΕΥΚΙΟΥΑΙΜΥΛΙΑΜΑΑΡΚΟΣΑΠΠΟΛΗΙ
[Ο]ΣΜΑΑΡΚΟΥΚΑΜΙΛΛΙΑΛΕΥΚΙΟΣΑΦΕΙΝΙ
[Ο]ΣΛΕΥΚΙΟΥΛΕΜΩΝΙΑΓΑΙΟΣΝΑΥΤΙΟΣ
ΚΟΙΝΤΟΥΟΥΕΤΥΡΙΑΓΑΙΟΣΝΕΜΕΤΩ
[Ρ]ΙΟΣΓΑΙΟΥΛΕΜΩΝΙΑΛΕΥΚΙΟΣΚΟΡΝΗΛ/
ϽΣΜΑΑΡΚΟΥΡΩΜΥΛΙΑΓΝΑΙΟΣΠΟΜΠΗ/
ΟΣΓΝΑΙΟΥΚΡΟΣΤΟΜΕΙΝΑΠΟΠΛΙΟΣΠΟ
//ΛΛΙΟΣΠΟΠΛΙΟΥΤΗΡΗΤΕΙΝΑΛΕΥΚΙ
/////////////////////////// ΕΙΣ

ατ . . ον
ων καλανδῶν
ἐν] κομετίῳ μετὰ
ἐ] πεγνωκότα δο-
του περὶ χώρας η
ογια ἐστιν δημοσίῳ
Περγαμηνοὺς ἐν τῷ
ναῷ. Γραφομέν]ῳ παρῆσαν Κόιντος Και-
κίλιος Κ]οίντου υἱὸς 'Ανιήνσης, Γάι-
ος] . . . ιος Γαίου υἱὸς Με[ν]ηνία, Μά-
αρκος] Πούπιος Μαάρκου Σκαπ[τ]ία, Γά-
ιος Κο]ρνήλιος Μαάρκου Στηλατεί-
να, Λο]ύκιος Μέμιος Γαίου Με[ν]η-
νία, Κ]όιντος Οὐάλγιος Μαάρκου
. . . ία, Λεύκιος 'Ιούλιος Σέξτο[υ]
. . . να, Γάιος Κοίλιος Γαίου Αἰμυ-
λία, Π]όπλιος 'Αλβιος Ποπλίου Κυρε[ί-
να, Μά]αρκος Κοσκώνιος Μαάρκου
Τηρ]ητεῖνα, Πόπλιος Γέσσιος
Πο]πλίου 'Αρνήνσης, Λεύκιος 'Αε-
. . ος Λευκίου [Οὐ]φεντεῖνα, Γάιος Ρού-
βριος(?) Γαίου Ποπ[λι]λία, Γάιος Λικίνιος
Γαίο[υ] Τηρητεῖνα, Μάαρκος Φαλέριος
Μαάρκου Κλαυδία, Μάνιος Λευκε-
λιος Μαάρκου Πωμεντεῖνα, Λεύ-
κιος Φίλιος Λευκί[ου Σαβ]ατεῖνα, Γάιο[ς]
Δίδιος Γαίου Κυρ[εῖνα], Κόιντος Κλαύ-
[δ]ιος 'Αππίου Πολλία, Λεύκιος 'Ανό-
γιος Γαίου Μενενία, Σπ[όρ]ιος Καρο-
υίλιος Λευκίου Σα[βα]τεῖνα, Πόπλ[ι]
ος Σείλιος Λευκίου Γαλερία, Γάιος
'Αννιος Γαίου 'Αρνήνσης, Γάιος Σεμπρ[ω-]
[ν]ιος Γαίου Φαλέρνα, Γναιος 'Οκταύιο[ς]
[Λ]ευκίου Αἰμυλία, Μάαρκος 'Αππολήι-
ος Μαάρκου Καμιλλία, Λεύκιος 'Αφείνι-
ος Λευκίου Λεμωνία, Γάιος Ναύτιος
Κοίντου Οὐετυρία, Γάιος Νεμετώ-
ριος Γαίου Λεμωνία, Λεύκιος Κορνήλ[ι]
ος Μαάρκου Ρωμυλία, Γναιος Πομπή[ι]
ος Γναίου Κροστομεῖνα, Πόπλιος Πο-
[πί]λλιος Ποπλίου Τηρητεῖνα, Λεύκι-
[ος] . . . . εισ

Quae intra uncos leguntur Earinus dat tamquam ex lapide excepta, omittit Papadopulus. — 3 primam litteram a me monitus in ectypo agnovit Papadopulus. — 9 ΥΙΟΣ ΑΝΙΗΝΣΗΣ Pap., qui litteras ΝΙ a me monitus in ectypo legit; υἱὸς Σανιήνσης Ear. (mus.; ed. 3 ut Pap.) — 10 ΜΕΛΙΗΝΙΑ traditur. — fin. Ι∮ Pap., Μα Ear. — 11 ΣΚΑΠΙΑ traditur. — 13 ΜΕΛΙΗ . . . traditur. — 14 . . ιιτος Ear. — 15 in. . . . . νία Ear. (mus.) — 20 fin. Ἀ[λ]ε Ear., ΑΕ Pap. addens litteram nullam post Α deficere, agnoscere autem se litterae Φ vestigia; ubi vero agnoscat, non dicit. — 21 ΟΥ alterum omisit quadratarius. — 23 ΓΑΙΟ errore lapis. — 24 ∮ΙΑΑΡΚΟΥ Pap., Μαάρκου Ear. — 26 sic ut dedi Pap., . . . ωρα . ειvα Ear.; requiritur ΣΑΒΑΤΕΙΝΑ — 29 ΓΙΟΣ Pap., τιος Ear. — 31 Λευκίο . . αλερία Ear. — 36 Λουκίου Ear. — 41 Λευκ . . . Ear. — 42 om. Ear.

Exordium quale fuerit, in summa re docent praescripta senatus consulto de Asclepiade sic concepta: Κόιντος Λυτάτιος Κοίντου υἱὸς Κάτλος ὕπατος συγκλήτῳ συνεβουλεύσατο πρὸ ἡμερῶν ἕνδεκα καλανδῶν Ἰουνίων ἐν κομετίῳ. Unde v. 2. 3 satis certo explebimus ad hoc exemplum: [πρὸ ἡμερῶν τρι]ῶν καλανδῶν [Ἰανοαρίων ἐ]ν κομετίῳ. Ea autem quae sequuntur a solita forma senatus consultorum palam est recedere. Nam consuetudo post diem locumque requirit, ut statim nomina eorum qui scribendo adfuerint perscribantur et ita demum exponatur, quaenam verba magistratus fecerint et senatui quid placuerit. Hic vero quae proxime sequuntur: μετὰ | . . . . [ἐ]πεγνωκότα δο | . . . . του περὶ χώρας, ἥ [ἐν ἀμφιλ]ογίᾳ[1]) ἐστὶν δημοσίῳ | . . . . Περγαμηνοὺς ἐν τῷ [ναῷ] quamquam parum intelleguntur, significare videntur senatus consultum factum esse postquam de agro in controversia posito vir quidam in aede quadam cognovisset (ἐπιγιγνώσκειν) eamque controversiam nescio quo modo pertinuisse ad Pergamenos.

De tempore senatus consulti ubi quaerimus, parum credibile est factum esse ante annum, quo Asia in provinciae formam redacta est u. c. 621. Extant quidem epistula Cn. Manlii cos. a. 565 ad Heracleenses Cariae (Lebas-Waddington n. 588) et senatus consultum pendens ex simili Manlii decreto de Prienensibus lato a. 619 (ib. n. 195—198), sed similem causam in hoc decreto inesse nullum indicium est.

Tribus, quam ad testium nomina adiectam invenimus inde ab a. 619 (huius eph. vol. I p. 189), in hoc decreto perpetuo legitur. Cognomina autem, quae in testibus omissa sunt in senatus consulto a. 676, adsunt in consultis a. 703 (*röm. Forschungen* 1 p. 47), hic desiderantur; unde probabiliter decretum reiciemus ad aetatem Cicerone anteriorem.

Ex orthographicis haec fere aliquid momenti habent ad aetatem determinandam.

1. Consonantes passim geminantur (Καμιλλία — Ποπιλλία — Ἄννιος — Ἀππολήιος — Γέσσιος) neque tamen perpetuo (Μέμιος — Φίλιος — Στηλατεῖνα). Quod si decretum Latinum, id quod probabile est, similiter variavit[2]), hue

[1]) ἐν ἀμφιλογίᾳ proposuit Homollius.

[2]) Dittenberger Herm. 6 p. 152 quae collegit de Graecis aetatis labentis quo modo in Latinis vocabulis consonantem aut simplicem geminarint aut ex geminata simplicem fecerint, et tempore et ratione ab his nostris longe recedunt.

referemus legem a Ritschelio (priscae Lat. mon. p. 123) ita enuntiatam: 'geminatio consonantium nulla ante Ennium, ferme ex aequo fluctuans ab a. c. 580 ad 620, praevalens ab a. 620 ad 640, fere constans ab a. c. 640'.

2. Μάαρκος perpetuo scribitur; sed eam formam a fine saeculi sexti ad aetatis imperatoriae initia in usu fuisse alibi demonstravi (Eph. 1 p. 286).

3. *u* Latina sequitur leges consuetas, scilicet ubi vocalis est et producitur, repraesentatur litteris ου: Ἰούλιος, Πούπιος; ubi vocalis est et corripitur, repraesentatur plerumque littera ο: ita, ut mittam Κόιντος et Πόπλιος, scribitur Ἀππολήιος et Κροστομείνα (cf. Dittenberger Herm. 6 p. 282). Contrarium foret v. 21 Ρο[ύβρι]ος, sed quae intra uncos posui Papadopulus non vidit nec satis fida sunt. Diversa ratione pro *ŭ* substituitur littera ε in vocabulis Λεύκιος et Λευκίλιος, quas formas ad Latinorum *Louc-* recte revocabimus (cf. Dittenberger l. c. p. 310) et Νεμετώριος (Dittenberger l. c. p. 297), item littera υ in Οὐετυρία et in altero Ῥωμυλία, ubi respondet litterae *ŭ* cum *i* alternanti. Denique *u* consonans solito more redditur ου in Καρο|ύιλιος (Καρο|ύλιος Pap.). Οὐάλγιος, Οὐετυρία (Dittenberger l. c. p. 303), sed υ est in Ὀκταύιος (ibidem p. 306). Pro *qui-* reperitur modo κοι- in Κόιντος similibusque, modo κυ- in Κυρείνα (Dittenberger l. c. p. 299).

4. *ĭ* Latina abit in ε in κομετίῳ, Νεμετώριος (Dittenberger l. c. p. 130 seq.) solito more. At ει pro *ī* in Σείλιος et constanter in -νείνα tribuum sane notabile est in titulo septimi saeculi, neque omnino componi potest cum exemplis similibus Graecitatis labentis. Potius inde repetendum est, quod cum ipsum vocabulum Latinum *ei* haberet, Graeci etsi debuerunt ι substituere, si quidem *ei* Latinis *i* longum significabat (cf. Corssen Vocal. 2 p. 716 seq.), tamen errore in nominibus propriis facili diphthongum retinuerunt. — Μενενία 29, cum sit Μενηνία 10. 13, error magis est scribentis describentisve. Ἀρνήνσης pro Arnensi magis est declinatio ad Graecam conversa.

Per haec cum ducamur ad aetatem C. Gracchi fere vel paulo posteriorem, commode accidit quod senatus consulto anni c. 626 (v. C. I. L. vol. I p. 158) servato a Iosepho ant. 13, 9, 2 qui scribendo adfuerunt duo testes redeunt inter eos quos hic invenimus, nempe *C. Sempronius C. f. Falerna* et *M'. Lucilius M. f. Pomentina*; nam hoc nomen omnino reddendum est Iosepho pro eo quod traditur Λούκιος Μάνιος Λουκίου υἱὸς Μεντινᾶ. Confirmat id litteratura, secundum quam Earinus titulum iudicavit exaratum esse per extremos XX vel XXX annos saec. ante Chr. secundi, id est inter a. u. c. 625—655.

Superest ex senatus consulto solum exordium additamento aliquo auctum. Numerus autem senatorum qui scribendo adfuerunt plane insolitus est, nam cum alibi duo, tres, septem, octo, ad summum duodecim compareant, hic adfuerunt amplius triginta; nec satis intellegitur qui factum sit ut in re non tanti momenti ita ab usu communi recederetur. Possis adeo conicere hoc loco non enumerari qui [γραφομέν]ῳ παρῆσαν, sed qui ἐν τῷ [βουλευτηρ]ίῳ παρῆσαν, quod supplementum proposuit Earinus. Sed cum praeterea in senatus consultis eorum qui adfuerunt numerus quidem ponatur, nomina autem non perscribantur, a solita forma tam longe recedere nolui.

Fieri tamen potest, ut in senatus consulto more sollemni per relationem facto nomina eorum qui decrevissent adscribenda fuerint, in senatus consulto facto per solam discessionem numerus tantum ponendus, unumque hoc senatus consultum sit adhuc repertum factum per sententias latas more sollemni.

Utut est, sive enumerantur qui decreverunt sive qui scribendo adfuerunt, nominantur in decreto Adramyteno senatores hi quos subieci. Adscripsi e regione reliquos senatorii ordinis homines aetatis liberae rei publicae, quorum de tribu constaret maxime ex senatus consultis a. 584 de Thisbaeis (huius eph. vol. 1 p. 278); a. 619 de Prienensibus (Lebas-Waddington n. 195—198); eiusdem fere aetatis relato apud Iosephum ant. 13, 9, 2; a. 676 de Asclepiade (C. I. L. vol. I p. 110); relatis apud Caelium (Cicero ad fam. 8, 8) a. 703; relato apud Iosephum ant. 14, 8, 5 anni 707 (v. Hermes vol. 9 p. 281 sq.); relato apud eundem 14, 10, 10 anni 710 (ubi lectionem, si qua erat iusta causa dubitandi, rettuli secundum cod. Ambrosianum); incertae aetatis Aphrodisiensi (Lebas-Waddington n. 1627).

M'. Acilius M'. f. Voltinia SC. 584.

1 *L. Ae... L. f. [U]fentina* 20.

2 *L. Afinius L. f. Lemonia* 35.

3 *P. Albius P. f. Quiri[na]* 17.

4 *C. Annius C. f. Arnensis* 31.

C. Annius C. f. Camellia SC. 619.

5 *L. Anogius(?) C. f. Menenia* 28.

L. Appuleius (Ἀπουλῖνος) *L. f. Sergia* Ios. 14, 10, 10.

6 *M. Appuleius(?) M. f. Camillia* 34.

M. Asellius M. f. Maecia Ios. 14, 10, 10.

L. Ateius L. f. An. Capito SC. 703.

7 *Q. Cae[cilius?] Q. f. Aniensis* 8.

Q. Cae[cilius] Q. f. cum primum locum in latereulo teneat et probabile sit senatores ex ordine enumerari (nam etiam in senatus consultis a. 703 primi nominantur consulares duo L. Domitius cos. a. 700 et Metellus Pius Scipio cos. a. 702), aut Macedonicus intellegitur cos. a. 611, qui obiit a. 639, aut filius eius Baliaricus cos. a. 631.

Q. Caecilius Q. f. Fab. Metellus Pius Scipio SC. 703.

L. Calpurnius Men. (Μεντινία) *Piso* Ios. 14, 10, 10.

C. Caninius Ter. Rebilus Ios. 14, 10, 10.

8 *Sp. Carvilius L. f. Sa[ba]tina* 29.

Carvilium fuisse hunc hominem, cuius in nomine exempla differunt, eo magis verisimile est, quod Spurii dicuntur duo Carvilii relati in fastos consulares.

9 *Q. Claudius Ap. f. Pollia* 27.

Quamquam ex Claudiis patriciis nullum alium novimus praenomine Quintum (cf. *röm. Forsch.* 1 p. 15), hunc ex ea domo oriundum esse ostendit praenomen patris.

10 *C. Coelius C. f. Aemilia* 16.

L. Coponius L. f. Collina Ios. 14, 8, 5.

11 *C. Cornelius M. f. Stelatina* 11.

Vix ex Corneliis patriciis; nam praenomen Gaius apud eos non reperitur.

12 *L. Cornelius M. f. Romulia* 38.

L. Cethegus qui accusavit a. u. c. 605 Galbam, filius fortasse M. Cethegi consulis a. 594, potest hic indicari, cum praeter Cethegos praenomen Marci hac aetate Cornelii vix usurparint.

13 *M. Cosconius M. f.* [*Ter*]*etina* 18.

M. Cosconius (traditur *cossonius*) praetor a. 619 (Livius ep. 56) fortasse idem est.

14 *C. Didius C. f. Quir*[*ina*] 26.

L. Domitius Cn. f. Fab. Ahenobarbus SC. 703.

M. Eppius M. f. Teretina SC. 703.

L. Erucius L. f. Ste. vel *Ter.* (*τηλητίνα*) Ios. 14, 10, 10.

L. Faberius L. f. Sergia SC. 676.

15 *M. Falerius M. f. Claudia* 23.

16 *L. Filius L. f.* [*Sab*]*atina* 25.

. . *Flavius* (?) *L. f. Lem.* Ios. 14, 10, 10.

17 *P. Gessius P. f. Arnensis* 19.

18 *L. Iulius Sex. f.* . . . . . *na* 15

Pater opinor consulis a. 664 L. Iulii L. f. Sex. n. Caesaris (fasti cos.)

19 *C. Licinius C. f. Teretina* 22.

Liciniae C. f. virginis Vestalis eius, quae a. 631 sacrum quoddam dedicavit (Cicero de domo 53, 136), deinde a. 641 ob stuprum condemnata est (Drumann 4, 59), hic potest fuisse frater is qui una cum ea causam dixit (Dio fr. 87, 4).

C. Lucilius C. f. Pup. Hirrus SC. 703.

20 *M'. Lucilius M. f. Pomentina* 24. *Λούκιος Μάνιος Λουκίου υἱὸς Μεντινᾶ* Ioseph. 13, 9, 2.

21 *L. Memius C. f. Menenia* 13.

L. Memmi Gal.
L. C. Memies C. f. Gal. } in nummis (*Röm. Münzw.* p. 575. 597).

22 *C. Nautius Q. f. Veturia* 36.

Cn. Nerius Pup. Cicero ad Q. fr. 2, 3, 5.

23 *C. Numitorius C. f. Lemonia* 37.

Poterit cogitari de C. Numitorio qui periit in proscriptione Mariana a. 663 (Appian. b. c. 1, 72; Florus 2, 9), cuius item esse possunt nummi inscripti *C. Numitori* (*röm. Münzwesen* p. 550).

24 *Cn. Octavius L. f. Aemilia* 33.

Omnino ex posteris Cn. Octavii cos. a. 589, a quo originem duxit stirps Octaviorum aetate liberae rei publicae magis splendida, puto nepos eius ex filio Lucio alibi non nominato.

Σερουίνιος Παππίνιος Νεμωνία Κύιντος Ios. 14, 10, 10.

. . . *Papirius* . . . *Quirina* Iosephus 14, 8, 5.

Q. Petillius T. f. Sergia SC. 676.

P. Plautius P. f. Papiria Ios. 14, 10. 10.

25 *Cn. Pompeius Cn. f. Crustumina* 39.

Fortasse patruus Cn. Pompei Sex. f. Cn. n. Strabonis consulis a. 665.

26 *P. Po[pi]llius P. f. Teretina* 40.

27 *M. Pupius M. f. Scap[t]ia* 10.

M. Quintius M. f. Pop. (Ποπλίαι) *Planculus* (Πλάνκυλος) Ios. 14, 10, 10.

28 *C. Rubrius* (?) *C. f. Popillia* 21.

C. Scribonius C. f. Pop. Curio SC. 703.

29 *C. Semp[ron]ius C. f. Falerna* 32. *C. Sempronius C. f. Falerna* Ios. 13, 9, 2.

C. Septimius T. f. Quirina SC. 703.

30 *P. Silius L. f. Galeria* 30.

L. Tremelius Cn. f. Camellia SC. 619.

31 *Q. Valgius M. f.* . . . . *ia* 11.

Q. Verres Romulia Cicero Verr. act. 1, 8, 23.

L. Villius L. f. Pom. Annalis SC. 703.

32 *C.* . . . *ius C. f. Menenia* 9.

Hic cum secundum locum in ordine teneat post Q. Caecilium Q. f., fortasse ex consularibus fuit. Tertium M. Pupium (n. 27) fasti consulares non habent.

33 *L.* . . . . . 41.

. . . . . *Velina Asprenas* Aphrod.

. . *L. f. Ofentina Balbus* Aphrod.

. . . . *Falerna Plautus* Aphrod.

. . . *f. Claudia Thorus* Aphrod.

Tribus reperiuntur hae:

Aemilia	ΑΙΜΥΛΙΑ [1]	: Coelii — Octavii
Aniensis	ΑΝΙΗΝΣΗΣ	: Caecilii
Arnensis	ΑΡΝΗΝΣΗΣ [2]	: Annii — Gessii
Camillia	ΚΑΜΙΛΛΙΑ [3]	: Appuleii
Claudia	ΚΛΑΥΔΙΑ	: Falerii

[1]) Αἰμύλιος similiter scribitur consul a. 567 in catalogo Delphico (Wescher et Foucart inscr. Delph. p. 20 seq. v. 118) et alibi quoque per υ scriptum reperitur (C. I. Gr. 204. 2218). Cf. Plutarchus Paul. 2: Μάμερκος Πυθαγόρου παῖς . . δι' αἱμυλίαν λόγου καὶ χάριν Αἰμίλιος προσαγορευθείς.

[2]) Ita scribendum esse, non ut vulgo faciunt obtemperantes libris Ciceronis de l. agr. 2, 29, 79 *Arniensis*, confirmant tituli Latini vol. III n. 6185 et vol. VIII n. 971 (= Guérin *voy. en Tunisie* II p. 253). 1470 (= *revue arch.* 1848 p. 309) et Renieriani corporis n. 2864. 4347. *Areniensis* est in Hispano vol. II n. 105.

[3]) ΚΑΜΕΛΛΙΑ est in alio senatus consulto Lebas-Waddington n. 195, rectiusque opinor vocabulum per geminatam *l* scribitur quam per simplicem.

Crustumina	ΚΡΟΣΤΟΜΕΙΝΑ[1]	: Pompeii
Falerna	ΦΑΛΕΡΝΑ	: Sempronii
Galeria	ΓΑΛΕΡΙΑ	: Silii
Lemonia	ΛΕΜΩΝΙΑ	: Afinii — Numitorii
Menenia	ΜΕΝΗΝΙΑ	: Anogii (ΜΕΝΕΙΝΙΑ) — Memmii (ΜΕΛΙΗ...) — incerta gens (ΜΕΛΙΗΝΙΑ)
Pollia	ΠΟΛΛΙΑ	: Claudii
Pomentina	ΠΟΜΕΝΤΕΙΝΑ[2]	: Lucilii
Poplilia	ΠΟΠΙΛΛΙΑ[3]	: Rubrii
Quirina	ΚΥΡΕ	: Albii — Didii
Romulia	ΡΩΜΥΛΙΑ[4]	: Cornelii
Sabatina	ΣΑΒΑΤΕΙΝΑ	: Carvilii — Filii
Scaptia	ΣΚΑΠΤΙΑ	: Pupii
Stellatina	ΣΤΗΛΛΑΤΕ . .	: Cornelii
Teretina	ΤΗΡΗΤΕΙΝΑ	: Cosconii — Licinii — Popillii
Veturia	ΟΥΕΤΥΡΙΑ[5]	: Nautii
Ufentina	[ΟΥ]ΦΕΝΤΕΙΝΑ	: Ae . . . .

Ex gentibus nova ni fallor est Anogia sive ea Anotia fuit; aliae complures, ut Afinia, Albia, Faleria, Fil(l)ia, Gessia, adhuc inter senatorias domus liberae rei publicae non comparuerunt. Ipsi homines fere ad unum omnes aut ignoti sunt aut certe satis certa ratione determinari non potuerunt; perpauca quae suppetebant de singulis eaque incerta omnia ad nomina adscripsi. Utiliora sunt, quae hinc colliguntur de tribubus hominum nobilium: scilicet hac aetate fixas et hereditarias nullas fuisse, sed ratione habita praediorum quae quisque possideret homines in hac vel illa

[1]) Similiter *Crustumina* perscriptum est vol. III n. 1188. Qui haec exaravit pronuntiationem magis secutus est quam scripturam memoria traditam; simili ratione infra *Veturia* est, non *Voturia.*

[2]) Aeque in usu fuerunt *Pomĕtinus* (Cato fr. p. 12 Jordan), quocum concinunt *Suessa Pometia* (Plinius 3, 5, 68; Livius 1, 53) et *Pomĕtii* Vergilii Aen. 6, 775; *Pomentinus* hic de tribu, de populo apud Dionysium (4, 50 et alibi) et Strabonem 5, 3, 4 p. 231, quo item referemus gentilicium *Pomentinus* vol. III n. 622. 1748; *Pomptinus*, quod ut de urbe raro (Festus ep. p. 232), ita passim tam de agro quam de tribu usurpatur, neque ignobilis est *C. Pomptinus* praetor a. 691. *Pomit.* tituli Traguriensis vol. III n. 2678 lectionis parum certae puto corruptum ex *Pompt.*; *Pomtinus, Pontinus* idoneis testimoniis carent. Grammatici autem opinor magni facient ex hoc certissimo exemplo iam constare propter fugam quae est inter litteras *m* et *t* modo inseri *p* consonantem, modo *ĕ* vel *en.*

[3]) *Publil.* est vol. V n. 911, *Publi.* vol. III n. 4478, *Publ.* vol. III n. 5520; *Pob.* et *Pub.* passim inveniuntur. In S. C. de Asclepiade a. 678 (vol. I p. 120) ΠΟΠΛΙΑΙΑ est pro ΠΟΠΛΙΛΙΑ. Diverso errore quadratarius Adramytenus pro eodem ΠΟΠΙΛΛΙΑ dedit.

[4]) *Romul.* item habet titulus Atestinus vol. V n. 2785; *Romulia* Festus p. 271; *Romulea* Cicero Verr. act 1, 8, 23 secundum optimum librum; *Romilia* Varro l. L. 5, 56.

[5]) vide supra adn. 1.

tribu suffragium tulisse. Ita Claudios in Claudia tribu aliquando fuisse notissima narratio cum satis demonstret, Q. Claudius Ap. f. propter praenomen patris sine dubio ad patriciam gentem referendus invenitur in Pollia[1]). — Octavia gens cum propter originem Veliternam ad Pomptinam tribum referenda esset, si lex aetatis posterioris ad familias nobiles vetustiores recte applicaretur, Augustus ante adoptionem aut in Fabia aut in Scaptia fuerit necesse est, cum Suetonius c. 40 (cf. Eph. III p. 233) Fabianos et Scaptienses tribules eius appellet. At quem hic habemus Cn. Octavius L. f. omnino gentilis eius suffragium tulit in Aemilia. — Dictator Caesar secundum idem testimonium aut in Fabia fuit aut in Scaptia; L. Iulius Sex. f. huius senatus consulti, quem item eiusdem gentis fuisse dubitari non potest, in tribu aliqua fuit nominis in *na* exeuntis. — Metellorum duorum, quorum tribum novimus, alter fuit in Aniensi, alter in Fabia; L. Memmiorum C. f. duorum, quos ex eadem domo fuisse consentaneum est, alter in Menenia census est, alter in Galeria; similia licet minus certa de Anniis, Appuleiis, Luciliis ex elencho supra posito efficiuntur. — Confirmatur igitur his testimoniis quod aliunde quoque intellegitur (*Staatsrecht* 2² p. 356. 387) ad Gracchanam certe aetatem tribum fundis inhaesisse, homines autem in ea tribu suffragium tulisse, in qua praedia forte haberent. Id postea mutatum est, scilicet, ni fallor, Italia universa ad civitatem Romanam admissa; tum enim receptum est, ut cives Romani ex municipiis oriundi duplicem quodammodo civitatem et ipsi haberent et hereditario iure ad posteros transmitterent, alteram publicam populi Romani, alteram municipalem et cum hac, id est cum domo origineve, tribus in perpetuum coniungeretur. Itaque si qui civis Romanus ex Arpino oriundus fuit, cum origine Arpinate eius territorii tribum Corneliam et ipse in perpetuum habuit et ad posteros propagavit. Haec quae efficiuntur ex tribubus monumentorum nostrorum hoc senatus consulto reperto magnopere auctis licet nova non sint, non inutile est in quaestione difficili et obscura ea quae iam tenebamus luculenter confirmari.

XXIV. TITVLVS HIEROCAESAREENSIS.

Kassabae, qui est locus inter Magnesiam ad Sipylum et Sardes, fortasse antiqua Hierocaesarea (cf. C. I. Gr. II, 3452; Lebas-Waddington n. 617), in coemeterio Turcico titulum repperit idem vir bene de his litteris meritus Papadopulus, a quo senatus consultum Adramytenum accepi, eumque et edidit in ephemeride supra citata musei Smyrnaei vol. I p. 118 et descriptum mihi misit. Quem cum intellexissem quaedam habere non vulgaria, item hoc loco edere constitui, maxime cum verendum esset, ne apud nos non

[1]) Nimia igitur fiducia in hac eph. III p. 232 Claudium imperatorem Claudiae tribui adscripsi. Ceterum ut ipse in alia fuerit, non minus recte honoris eius causa coloniae ab eo constitutae in Claudiam tribum referri potuerunt.

repetitus eos fugeret quorum interest eum cognovisse. Est autem hic; v. 17. 18 pro edita lectione ΕΑΥΤΗΣ| Papadopulus scribi iussit ΓΛΥΚV|ΤΑΤΟΝ:

ΑΣΔΙΟ
ΜΗΝΗΣΕ
ΠΑΤΩΝ ΣΤΡ
ΔΙΚΑΙΟΔΟΤΗΝ Σ
ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ ΤΑΡΑΚΩ
ΣΙΑΣ ΔΙΚΑΙΟΔΟΤΗΝ ΑΠΟ
ΛΙΑΣ ΚΑΛΑΒΡ//Σ ΛΥΚΑ
ΟΝΙΑΣ ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ
ΟΔΩΝ ΛΑΒΙΚΑΝΗΣ ΚΑΙ
ΛΑΤΕΙΝΗΣ ΛΟΓΙΣΤΗΝ
ΤΡΩΑΔΕΩΝ ΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΝ ΔΗΜΑΡΧΟΝ ΤΑΜΙ
ΑΝ ΛΥΚΙΑΣ ΠΑΜΦΥΛΙΑΣ
ΚΥΑ·ΙΣΤΟΡΑ ΒΙΟΧΟΥΡΟΝ

ΛΟΥΚΙΑ ΠΟΜΠΟΝΙΑ
ΜΕΛΙΤΙΝΗ ΚΡΑΤΙΣΤΗ
ΥΠΑΤΙΚΗ ΤΟΝ ΓΛΥΚV
ΤΑΤΟΝ ΑΝΔΡΑ

Mariti, cui titulum hunc puto in suo rure uxor dedicavit, nomen aut plane desideratur aut latent vestigia eius in tituli principio mihi obscuro. — Uxoris nomen est *Lucia Pomponia Melitina.* Cognomen redit in titulis quibusdam Smyrnaeis et regionis vicinae (cf. C. I. Gr. n. 3299 cum adn. Franzii et vocabularia s. v.); in Latinis raro offenditur (vol. II n. 2295. vol. III n. 2434. 5547. 6190). — Lucia praenominis loco reperitur in titulis quibusdam nobilium feminarum saeculi tertii, ut sunt *L. Septimia Patabiniana Balbilla Tyria Nepotilla Odaenathiana c. p.* VI, 1516 ad gentem pertinens principum Palmyrenorum; *L. Baebia Sallustia Crescentilla c. f.* VI, 1398; *L. Peducea Iuliana* uxor L. Nonii Veri noti ex titulo Mutinensi Grut. 447, 3.

Aetas tituli ut certo definiri non potest, ita evidenter tertii saeculi est et eius quidem ni fallor labentis; eo enim ducunt et Lucia praenomen et *κρατίστη ὑπατική* quaeque de quaestura dicemus, denique quod honores cum re militari coniuncti plane deficiunt. Enumerantur autem solito ordine inverso hi.

1. *βιό[κ]ουρος* is est qui aptius dicitur IIIIvir viarum curandarum, Graece *δ' ἀνδρῶν ὁδῶν ἐπιμελητής* (C. I. Gr. 2638. 4238 *c*; *Staatsrecht* 2², 588). *Viocurus* notus ex Varrone l. L. 5, 158 titulisque ad vias secundi ordinis pertinentibus (Henzen 6514. 6515) de illo magistratu alibi non repperitur.

2. *κυαίστωρ.*

3. *ταμίας Λυκίας Παμφυλίας.*

Ostendi alibi (*Staatsrecht* 2², 248) aetate imperatoria quaesturam quasi

discidio quodam divisam esse in urbanam et provincialem, ut non raro post illam haec susciperetur non iterationis significatione, sed distinctione quadam adiecta. Ut alibi invenitur qui fuit *quaest. urbis, quaest. procons. Narbonensis* (I. R. N. 3913), item *quaest., quaest. prov. Narbon.* (Henzen 6048), ita hic se excipiunt *κυαίστωρ*, id est urbanus, et *ταμίας Λυκίας Παμφυλίας*, id est quaestor pro praetore provinciae Lyciae et Pamphyliae.

4. *δήμαρχος*, id est tribunus plebis.

5. *στρατηγός*, id est praetor.

6. *λογιστὴς Τρωαδέων*. De curatoribus rerum publicarum datis ab imperatore non opus est disserere (cf. *Staatsrecht* 2 ², 1033).

7. *ἐπιμελητὴς ὁδῶν Λαβικανῆς καὶ Λατείνης*. Officium item notum. Cf. III, 6154: *curator viarum Labicanae et Latinae veteris*; *Staatsrecht* 2 ², 1030.

8. *δικαιοδότης Ἀπολίας Καλαβρ[ία]ς Λυκαονίας*. Lycaoniam alibi fortasse Lucaniae significatione nondum repertam qui titulum scripsit utrum posuerit nimis docte an parum perite, ambiguum est. Iuridicorum Italiae exemplis (*Staatsrecht* 2 ², 1039) hoc addendum est; tres regiones ita coniunctas nondum habueramus.

9. *δικαιοδότης Σ[πανίας?] διοικήσεως Ταῤῥακω[νη]σίας*. Intellegitur is magistratus, qui aetate meliore appellatur *legatus citerioris Hispaniae* nude (vol. V n. 6974 seq. quaeque ibi adnotavi p. 785), a consulari eo distinctus, quod praetorius est nec dicitur pro praetore, tertio saeculo *legatus iuridicus provinciae Hispaniae Tarraconensis* (vol. II n. 3738 similiterque n. 4113), *iuridicus Hispaniae citerioris Tarraconensis* in titulo Nemausensi Henzeni n. 6490, *iuridicus Hispaniae citerioris* in Beneventano I. R. N. 1420 = vol. IX n. 1572 et in Sitifensi *Recueil de Constantine* 1873/4 p. 373, ex quibus Beneventanus pariter atque noster ex iuridici Apuliae et Calabriae officio ad simile Hispanicum promotus est. Legatum eum non universae Hispaniae citeriori praefuisse, sed parti tantum titulus is de quo agimus luculenter confirmat; nam dioecesis provinciae pars est, ut provinciae Africae partes sunt dioeceses duae Carthaginiensis et Hipponensis. Quo titulo duce iam reiciemus quod vulgo ferunt Hispaniam citeriorem item appellari Tarraconensem. Immo ubi ad Hispaniam citeriorem Tarraconensis vocabulum adicitur, non universa provincia significatur, sed dioecesis Hispaniae citerioris ea in qua est Tarraco. Post Diocletianum autem, qui dioeceses in provincias mutavit, quae fuit dioecesis Tarraconensis abiecto citerioris vocabulo apte dici coepta est *provincia Hispania Tarraconensis*[1]). — Similiter iudicandum est de *legato Augusti per Asturiam et Callaeciam* (sic II, 2634) vel, ut saepius dicitur, *legato Augusti iuridico* (*et iuridico* in titulo VI, 1507) *per Asturiam et Callaeciam*, cuius mentionem faciunt tituli Lambaesitanus vol. VIII n. 2747 = Henzen n. 7420*a* scriptus a. 150; urbani vol. VI n. 1486. 1507; Nemausensis apud Borghe-

---

[1]) Hoc recte observavit Huebnerus vol. II p. 749, non recte negavit tria haec vocabula ita coniuncta reperiri ante Diocletianum, cum adsint in titulo iuridici sub Probo scripti II n. 3738, nec causam mutatae appellationis satis perspexit.

sium opp. 4, 133. — Fuerunt igitur in provincia Hispania citeriore dioeceses certe duae. Tarraconensis altera, altera Asturia et Callaecia, quibus singulis legati Augusti praefuerunt, universae autem provinciae legatus Augusti pro praetore. Et illi quidem sunt, qui posteriore aetate iuridici appellari coepti sunt, cum re semper ei officio potissimum vacavissent. Nequaquam igitur verum est quod viri docti nuper defenderunt (Benndorf et Hirschfeld *arch. epigr. Mitth. aus Oesterreich* 1 p. 169) iuridicos institutos esse ab Hadriano. Immo si non nomine. certe re eos creatos esse ab ipso Augusto plane confirmatur eo quod ait Strabo 3, 4, 20 Hispaniam citeriorem parere legato consulari, sub eo autem esse legatos tres (scilicet non ipsius, sed et ipsos Augusti). *ὧν ὁ μὲν δύο ἔχων τάγματα παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου πᾶσαν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ἣν . . Καλλαϊκοὺς λέγουσιν· συνάπτει δὲ τούτοις τὰ προσάρκτια ὄρη μετὰ τῶν Ἀστύρων καὶ τῶν Καντάβρων . . . τὴν δ' ἑξῆς παρόρειον μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος· ἐπισκοπεῖ δὲ ὁ τρίτος τὴν μεσόγαιαν, συνέχει δὲ τὰ τῶν τογάτων ἤδη λεγομένων ὡς ἂν εἰρηνικῶν καὶ εἰς τὸ ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένων ἐν τῇ τεβεννικῇ ἐσθῆτι.* Horum legatorum primus est is qui dicitur Asturiae et Callaeciae, tertius qui praeest dioecesi Tarraconensi; secundus in titulis adhuc repertus non est, nec recte ad eum potissimum trahuntur ii tituli, qui nominant legatum iuridicum Hispaniae dioecesi non enuntiata. Nam *iuridicum Hispaniae citerioris* tituli Beneventani vol. IX n. 1572 = I. R. N. 1420 Tarraconensem esse inde efficitur, quod eiusdem viri alter titulus, ubi dicitur *legatus iuridicus* determinatione non adiecta, Tarracone prodiit (vol. II n. 4113), quique restat *legatus citerioris Hispaniae* supra citatus potest et ipse eodem officio functus esse. Secundi igitur legati dioeceseos nomen adhuc ignoratur.

10. Tres primos tituli versus non intellego; hoc apparet de *στρ[ατηγῷ]* cogitari non posse, cum is honor redeat v. 11, nec satis commode introducitur supplementum ab editore propositum *[ἀφ' ὑ]πάτων.*

XXV.

FORMVLA VOTI FRATRVM ARVALIVM.

Accusativi exeuntes in *am em um* et ablativi qui finiunt in *a e o* cum sono vix differrent, mature accidit, ut inter se permutarentur cum alibi, tum maxime in carminibus vetustis memoria ita traditis, ut quid significarent qui ea recitabant saepe parum perciperent. Eius abusus luculentum exemplum neque adhuc ni fallor satis intellectum promam ex tabulis fratrum Arvalium. Voti carmen sollemne componendum opinor cum nota precatione Catoniana (de r. r. c. 132): *Iuppiter dapalis, macte hac illace dape pollucenda esto*, item: *Iuppiter dapalis, macte vino inferio esto* in actis illis saeculo primo, scilicet ab a. 27 (C. I. L. VI, 2024), ubi primum servatum est, ad a. usque 87, formatur ad hoc exemplum: *Iuppiter, tibi bove aurato voveo*

esse futurum. Exinde vero, id est ab aetate inde Domitiana, perturbari coepta est. Et legitur quidem secundum usum vetustum formata in actis a. 90 v. 24. 41, item in actis a. 101 passim (v. 32. 34. 48. 51. 54. 60. 67. 70) adeoque sub Marco (*C* v. 10); sed simul scribitur modo *bovem aurato futurum* (a. 91 v. 9; a. 101 v. 33. 58, item per compendia a. 101 v. 53 *bovem aur. futur.*), *bovem auratum futurum* (a. 91 v. 20), *bovem auratam futuram* (a. 91 v. 13. 14. 16, item ut videtur a. 90 v. 23; a. 91 v. 10; a. 101 v. 39. 58, ubi participium aut perscriptum non est aut periit), quae omnia orta sunt ex prava soni corruptela studioque emendandi carminis corrupti etiam deteriore. Haec qui intellexerit, non tam fidenter quam hodie solent apud Tertullianum unum ex auctoribus quos habemus formula illa usum (de corona c. 12), quod libri habent *tum tibi, Iuppiter, bovem cornibus auro decoratis vovemus esse futurum* pro accusativo ablativum reponet. Nam quamquam laudandus est Ursinus, quod collatis Arvalium tabulis intellexit scribendum ibi fuisse *bove*, id ipsum dubium est, num id quod debuit scripserit auctor doctus utpote inter christianos, sed a perfecta arte grammatica sane alienus.

Occasione hac oblata adnoto in actis Claudii *C* = C. I. L. VI, 2034 v. 12—15 sic restituendos esse: *[Iu]ppiter optime maxime, quae i[n verba tibi bove aurato vovimus esse futurum, q]uod hodie vovimus, astu it[a faxis, tum tibi donum q]uod conlegium fratrum Ar[valium volet, p. XXV au]ri vovemus esse futurum.* Simplex iteratio bovis voti, quam admisit Henzenus, loco apta non est; augmentum voti adiecto donario item reperitur in actis a. 38 v. 3—6.

XXVI.

NOMINA ET GRADVS CENTVRIONVM.

Centuriones exercitus Romani quibus nominibus distincti fuerint et gradatim quomodo dispositi, adhuc ni fallor parum elucidatum est. Quam ob rem post ea quae de ea re disseruerunt Henzenus (ann. 1858 p. 30 seq.) et Marquardtius (*röm. Staatsverwaltung* 2, 361 seq.) aliique [1]), titulos, a quibus maxime in hac re pendemus, qui ad rem facerent et ad manus essent (nam quosdam fugisse me in opere subitario et prout res incidit suscepto

[1]) Eo ipso die, quo typothetae hunc commentariolum tradidi, adfertur Philologi volumini XXXVIII (p. 126—148) inserta expositio Alberti Muelleri *die Rangordnung und das Avancement der Centurionen der römischen Legion.* Is vir doctus ut de vetere quaestione recte indicavit, processus centurionum utrum ad decem cohortes an ad sex ordines legionis (dico pilos principes hastatos priores posterioresque) institutus sit, et opinionem olim communem, nuper vero in dubium vocatam solida doctrina et sano iudicio contra Marquardtium defendit, ita in reliquis verum non invenit, sicut in adnotationibus breviter significavi.

consentaneum est), hoc loco composui quaeque inde effici posse viderentur explicui. Dixi primum de centurionibus legionariis, deinde de praetorianis. Reliqua enim corpora militaria peditum, ut urbanorum, vigilum, statorum, cohortes auxiliariae, centuriones quidem habuerunt omnia, gradu tamen non propriis vocabulis distincto sed quantum quidem nobis datum est intellegere, solis centuriarum numeris ex ordine procedentibus, ut de his disputandi locus non detur.

Centuriones legionarios, qui et numero et dignitate omni aetate reliquos antecesserunt, sexaginta in legione fuisse aetate liberae rei publicae certum est, eundemque numerum item enuntiant imperante Augusto Cincius (apud Gellium 16, 4, 6) et de Tiberio scribens Tacitus (ann. 1, 32). Sed eum numerum postea quoque mansisse non tam certum est quam plerique hodie credunt. Nam cum prima legionis cohors certe inde ab Hadriano duplicem militum numerum habuerit[1]), iusta dubitatio surgit, annon simul centurionum quoque in ea cohorte numerus mutatus sit. Et mutationis quidem factae certum indicium subministrat optionum laterculum Lambaesitanum[2]) saeculi opinor secundi exeuntis; nam LXIIII in eo enumerantur, scilicet quot requiruntur, si in singulis centuriis singuli optiones fuerunt et primae cohorti cum Vegetio (2, 8) decem centuriae tribuuntur, reliquis novem ex antiqua consuetudine senae. At idem auctor eodem loco tantum abest ut cohorti primae decem centuriones adscribat, ut adeo ad quinque eos restringat, neque in hac quidem re ariolatus est. Extat enim Lambaesi altera inscriptio[3]) eiusdem aetatis, quae nomina recenset optionum cohortis primae sic:

*ta*BVLAR*i*VM PRINCI*pis cum imaginib*
D*om*VS DIVINAE ❦ OPTION*es coh. primae*
❦ DE SVO ❦ FECERV*nt*
Q · *semp*RONIVS FELIX · P · P ❦ P ❦ AELI*us macrinus princ*
L · *uate*RIVS IANVARIVS · HAS · C · IV*lius longinianus princ. post*
C(?) · *ant*ONIVS SILVANVS · HAS · POS*t*

---

1) Cohortium primarum numerum duplicatum praeter Hyginum qui dicitur auctorem saeculi tertii index militum aetatis Hadrianae Troesmensis (vol. III n. 6178) arguit. Ante Hadrianum num idem obtinuerit, certis argumentis non constat.

2) Renier n. 60 = C. VIII, 2554 = Henzen 6790.

3) Renier n. 1407 = C. VIII, 2555 secundum exemplum Wilmannsii nostri optime factum. Supplementorum pars sumpta est ex titulo lateri inscripto, quem antea saepius frustra temptavimus Henzenus et ego in syll. eius n. 6608 et in ann. inst. 1860 p. 71: *tabularium princ(ipis) [c]um imag(inibus) domus divinae r[e]novatum ab Ulpio [A]ntonin[o] princ(ipe) et option[ibus] coh(ortis) pr[imae] et adiu[toribus] de suo fecerunt. M. Aurelius Aurelianus p(rimi)p(ilus)* (deest opinor *dedicavit*). Nomina expleta sunt ex laterculo citato in adn. 2, ubi loco sexto et quattuor sequentibus iidem quinque homines inter optiones recensentur eodem plane ordine. Supplementa ut in universum certa sunt, ita notabile est in fine v. 4 alterum nomen nullum recte inseri; nam inter primipilum et hastatum unus princeps locum habet.

Itaque secundum hunc titulum quoque in cohorte prima quinque centuriones fuerunt, nempe primus pilus, princeps, hastatus, princeps posterior, hastatus posterior, iidem autem quinque optiones habuerunt [1]). Cum ita in legione inveniantur fuisse quinquaginta novem centuriones totidemque optiones, in illo autem laterculo sexaginta quattuor optiones enumerentur, conicio cohortes reliquas senos centuriones senosque optiones habuisse [2]), primae postquam aucta est quinque centuriones praefuisse, quinque optiones, quinque adiutores, nam horum quoque mentio fit in titulo ad restitutionem eiusdem tabularii pertinente (p. 227 adn. 3), neque incongruum est adiutores eos inter LXIIII optiones numerari. — Ex quinque centurionibus cohortis primae Vegetio primus est *centurio primi pili,* praefectus hominibus CCCC, alter *primus hastatus* praepositus ducentis, tertius quartusque *princeps* [3]) et *secundus hastatus* praefecti hominibus centenis quinquagenis; quintus, qui excidit, necesse est fuerit *secundus princeps* [4]) regens homines centum. In qua enumeratione Vegetius cum solito sibi errore veriloquio vocabuli deceptus hastatum principi praeposuerit [5]), eo errore emendato primae cohorti praefuerunt primus pilus CCCC homines regens, princeps CC, hastatus primus et princeps posterior CL, hastatus posterior C, id quod plane convenit cum titulo Lambaesitano.

Porro videamus centuriones novem et quinquaginta, quot fortasse inde ab Augusto [6]), certe inde ab Hadriano legioni praefuisse docuimus, quibus nominibus distincti fuerint et gradatim quomodo se exceperint.

---

[1]) Hic numerus praeterea eo confirmatur, quod ut dixi quinque optiones huius tituli in altero n. 2554 recensentur post quinque primos. Omnino tituli n. 2554. 2555 scripti sunt annis duobus continuis, tenueruntque eorum annorum priore quinque ii homines, qui primi sunt in laterculo n. 2554, eundem locum, quem post annum habuerunt quinque homines in laterculo illo proxime subsequentes.

[2]) Vegetius quidem quinos centuriones omnibus cohortibus adscribit, sed in ea re et ipse sibi contrarius est, cum legioni decem cohortium centuriones det LV (2, 8 fin. c. 25; contra in computatione legionis 2, 6 centuriones insunt tantum modo L) et certis testimoniis refellitur, praesertim titulo infra p. 236 n. 51 laudato pili posterioris cohortis quartae. Hic enim et Lambaesitanus supra relatus inter se collati evidenter ostendunt pilum posteriorem nullum fuisse in cohorte prima, fuisse in reliquis.

[3]) Interpolatione deteriorum librorum is evasit *princeps secundus.*

[4]) Inepte interpolator eius loco inseruit *triarium priorem,* qui nullus umquam fuit. Centurionem qui excidit loco quintum fuisse inde manifestum est, quod qui restant milites centum infimo tantum dari potuerunt.

[5]) Cf. inter alia 1, 20: *in prima acie pugnantes principes, in secunda hastati, in tertia triarii vocabantur.* Itaque non plaudemus docto scriptori historiae rei militaris apud Romanos p. 88 hoc nostro loco pro auctore librarios incusanti, praeterea pro triario priore sane inepto substituenti non magis aptum posteriorem. Apud auctorem quem compilavit Vegetius verum invenerit necesse est, cum ipse sibi contradicens eodem capite recte scribat primum pilum promoveri solere ex primo principe legionis.

[6]) Nam quod ita sumendum est Tacitum sexaginta centuriones legioni Tiberianae tribuisse, cum vere essent uno minus, non magnopere obstat.

Antiqua aetate cum legionarii milites nondum in cohortes ordinati secundum stipendiorum numerum potissimum in tria genera pilorum principum hastatorum distribuerentur, centuriones quoque similiter divisos esse viri docti statuunt, scilicet post decem pilos priorum centuriarum — ita enim tum appellabantur suppressa tamen ut in reliquis passim, ita semper in primo significatione centuriae — secutos esse decem pilos centuriarum posteriorum, post pilos omnes venire primum principem reliquosque principes, item post hos primum hastatum et hastatos reliquos usque ad decimum ordinem hastatum posterioris centuriae omnium infimum. Quod num recte ponant[1]), non disquiro: neque enim argumenta in alteram utram partem suppetunt certa et explorata neque ipsa quaestio huic loco satis apta est. Sed ut vera sint, cohortibus institutis ut vocabula centurionum mutata sunt, ita a cohorte potissimum dignitatem eorum determinatam esse ostendam. Et ad vocabula quod attinet, mansit antiquus usus in solo centurione omnium primo, quippe qui tam hac aetate quam praecedente appellaretur *primus pilus*. Secundus deinde et tertius, olim dicti primus princeps prioris centuriae et primus hastatus prioris centuriae, hac aetate plerumque appellantur ille *princeps praetorii* vel *princeps* nude, hic *hastatus primus* vel *hastatus* nude, sicut infra exempla docebunt. Cohors in his enuntiatur apud Caesarem b. c. 3, 64, ubi secundus centurio legionis *primae cohortis princeps prior* appellatur, in titulis autem vix umquam reperitur[2]) et omnino in his centurionibus imperatoria aetate cohors non solebat enuntiari. In reliquis centurionibus inde a quarto antiqua vocabula etiam post cohortes institutas aliquamdiu mansisse ostendunt tituli duo, infra n. 49 scriptus aut libera etiamtum re publica aut sub initia Augusti, in quo est *princeps tertius*, et n. 56 scriptus non ante Hadrianum, ab Henzeno (ann. inst. 1858 p. 34) probabiliter expletus in hunc modum: *centurio [legi]onis eiusdem [oct]aus pilus*

[1]) Ordinationem quam supra significavi commendat qui nuperrime rem accurate pertractavit A. Mueller l. c. (v. p. 226 not. 1), cum Marquardtius (*Staatsverwaltung* 2 p. 358) aliique pilos principes hastatos priorum centuriarum omnes praeponant centurionibus centuriarum posteriorum. At fortasse neutra opinio vera est. Reperiuntur scilicet apud auctores qui huius aetatis res gestas enarrarunt praeter primos pilos *primus princeps prioris centuriae* (Liv. 42, 34) — *primus princeps* (Liv. 25, 14. 26, 6) — *primus hastatus* (Liv. 27, 14; Oros. 4, 1 accuratius quam Florus 1, 13, 9 qui substituit ex suae aetatis consuetudine *hastatum* nude) — *secundus hastatus* (Liv. 26, 5) — *decumus ordo hastatus* (Liv. 42, 34). Sane mirum est praeter primum pilum solos fere commemorari primum principem et primum hastatum, siquidem primus princeps secundum Muellerum vicesimus primus, secundum Marquardtium undecimus centurionum fuit, primus hastatus secundum illum quadragesimus primus, secundum hunc vicesimus primus. Equidem magis crediderim centurionum dignationem omni tempore derectam esse aliquatenus certe ad ordinationem cohortalem, quam constat aliquo modo tum quoque fuisse, cum a tribus militum generibus ordinatio legionis pendebat, et primum principem eo quoque tempore secundum in legione centurionem fuisse, primum hastatum tertium.

[2]) Exceptionem facit unus titulus p. 232 n. 24 nec lectionis satis certae neque interpretationis.

prior[1]); ubi pro eo quod est *prioris centuriae* substitutum est brevitatis causa vocabulum *prior.* Sed duobus his titulis exceptis centuriones quartus et posteriores semper ita determinantur, ut primum cohors enuntietur, tunc ponatur ex sex gradibus unus; ut (*centurio*) *leg*(*ione*) *III Cyr*(*enaica*), *coh*(*orte*) *V*, *pr*(*inceps*) *pos*(*terior*) est in titulo Syriaco (infra n. 52), *princeps posterior coh*(*orte*) *I* in Dalmatico (infra n. 36), (*centurio*) *in* (*secunda*) *pr*(*inceps*) *post*(*erior*) in urbano (infra n. 47), *nona pri*(*nceps*) *posteri*(*or*) in Syriaco (infra n. 59) et sic deinceps, ut satis constet, ubi omisso cohortis vocabulo nota numeralis invenitur, ut *VIIII hast. post.*, eam non solvendam esse ad exemplum tituli Taurinensis *nonus hastatus posterior*, sed ad communem consuetudinem *nona hastatus posterior.*

Cohorte praescripta dignitatem quoque determinari vel inde constat, quod prima cohors certo inde ab Hadriano, probabiliter multo antea reliquas antecellit; nam et duplicato numero est et habet aquilam signaque legionis et honoratissimo loco excubias agit; ut plane incredibile sit secundum eius centurionem totius legionis unum et vicesimum fuisse. Idem etiam apertius inde efficitur, quod primus princeps et primus hastatus primum pilum proxime subsequuntur, scilicet ad primum pilum promoveri solet non secundae centuriae pilus prior, sed primus princeps, et sic deinceps. Iam vero si cohortis primae centuriones omnes locum tenuerunt ante honoratissimum quemque cohortium subsequentium, item in cohorte ea si post primum pilum vocatur primus princeps, post hunc primus hastatus et sic deinceps, ratio suadet, ut similiter secundam cohortem tertiae sequentibusque praeponamus et ad eam legem universam ordinationem constituamus, id quod praeterea Caesar confirmat[2]) et Vegetii qualiscumque auctoritas[3]). Denique singuli tituli huius generis ita comparati sunt, ut ra-

---

[1]) Cum non satis constet in titulo hodie deperdito utrum \VS fuerit an AVS, possis illud praeferens supplere *centurio* [*legi*]*onis eiusdem* [*septi*]*mus, pilus prior*, et intellegere centurionem primum cohortis secundae, scilicet antequam sublatus est pilus posterior cohortis primae. Sed obstat cum quod ita abundat id quod est *pilus prior*, tum quod nullo exemplo certo defenditur loci centurionici determinatio solo numero facta. Itaque in altero supplemento adquiescendum est.

[2]) Recte viri docti (v. Marquardt 2, 361 not.) huius sententiae patroni provocaverunt ad Caesaris verba b. c. 3, 54: (*Scaevam*) *Caesar ab octavis ordinibus ad primipilum se traducere pronuntiavit*, id est ab octava cohorte ad primam; nam si octavus pilus, octavus princeps, octavus hastatus dignationis tam diversae fuissent quam fuisse eos adversarii statuunt, non octavos ordines Caesar ponere debuit, sed eum in quo Scaeva erat gradum. Hoc ipsum luculenter exposuit Mueller l. c. p. 132 contra Langium et Marquardtium tuens antiquam opinionem.

[3]) Vegetius 2, 21: *quasi in orbem quendam per diversas cohortes et diversas scholas milites promoventur ita, ut ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus* (scilicet gregalis cohortis primae promotus ad centurionatum) *vadat ad decimam cohortem et rursus ab ea crescentibus stipendiis cum maiore gradu per alias recurrat ad primam. Ideo primi pili centurio postquam in orbem omnes cohortes per diversas administraverit scholas, in prima cohorte ad hanc pervenit palmam.* Recte hunc locum interpretatus est Mueller l. c. p. 140.

rissimi sint cohortium posteriorum, scilicet quod eiusmodi locus ad centurionatum additus splendorem minuit magis quam auget; deinde in quibusdam (v. praesertim infra n. 50) stipendiorum ratio eam quam exposui gradationem evidenter flagitat. Sed hoc melius intellegetur collectis ipsis quae mihi in promptu sunt centurionum vocabulis et adiectis ad singulos locos quae requiruntur observationibus.

I. PRIMVS PILVS.

II. PRIMAE COHORTIS PRINCEPS PRIOR.

1. '*omnibus primae cohortis centurionibus* interfectis praeter principem 'priorem'. Caesar b. c. 3, 64.

[PRIMVS PRINCEPS, PRINCEPS PRIMVS non reperitur in titulis sinceris (v. p. 238 not. 2)].

PRINCEPS PRAETORII (vide quae observavi ad C. III, 830).

2. Lupianus dupl. leg. X g. ex pr. pre. — In Norico. C. III, 5293.

3. Q. Raecius Q. f. Cl. Rufus p. p. leg. XII fulm., trecenarius, princ. praet. — Iader; scripta imperante Vespasiano. C. III, 2917 = Henzen 6877.

4. M. Vettius M. f. Ani. Valens mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., evok. Aug., 7 coh. VI vig., 7 stat., 7 coh. XVI urb., 7 cho. II pr., exercitator equit. speculatorum, princeps praetori leg. XIII gem. ex trec., [p. p.] leg. VI victr., trib. coh. V vig., trib. coh. XII urb., trib. coh. III pr., [trib.] leg. XIIII gem. Mart. victr., proc. imp. Caes. [Neronis] Aug. prov. Lusitan. — Arimini anni p. C. 66. Henzen 6767. Unicum exemplum superest a mendis non immune; praeter alia ante *leg. VI victr.* videtur excidisse P · P, cum ob alias causas, quae infra exponentur, tum quod sine exemplo est e caliga ad militias equestres aliter atque per primipilatum perveniri.

PRINCEPS.

5. C. Acillius Marcianus cent. princ. leg. XIIII gem. — Velitris. Orell. 3459.

6. P. Aelius P. f. Papir. Marcellus cent. frum., subprinceps peregrinorum, astatus et princeps et primipilus leg. VII gem. pie fel., adlectus ad munera praeff. legg. VII Claudiae et primae adiutricis. — Fulginii. Henzen 6747. Idem in alio titulo C. III n. 1180 appellatur ex praef. leg. VII Claud. et I adiut., sub principe peregrinorum.

7. Aurel. Longinianus 7 leg. III Aug. princ. leg. s. s. — Lambaesi. *Recueil de Constantine* 1866 p. 251 = C. VIII, 2676.

8. Ti. Cl. Firmus prin. leg. III Aug. — Lambaesi. C. VIII, 2841 = Henzen 7420 $a\,\vartheta$.

9. T. Elupius (?) Galer. Praesens Gunia (?) pri. leg. XX v. v. — Devae in Britannia; anni p. C. 168. C. VII, 168 = Orelli 2054.

10. Ti. Iul. Masculus prin. leg. II adi. p. f. — Aquinci. C. III, 3501.

11. Q. Mattius Quartus Ficino (Ticino?) princ. leg. III Aug. — Lambaesi. C. VIII, 2941 = Henzen 7420 $a\eta$. Eiusdem hominis ad primipilatum eiusdem legionis promoti alter titulus extat C. VIII, 2768 = Renier n. 983.

12. equites (legionis) votum ponunt per Proculo pr[i]nc. et [G]aio opt. — In Dacia. C. III, 1590 *a*.
13. .... Rufus Stel(latina) Be(nevento) 7 princ. leg. XXII primig. — Prope Beneventum. I. R. N. 1467 = C. IX, 2092.
14. ... lius Sabinus [Veli]na (?) princeps [leg. ei]usdem, scilicet X Fretensis. — Hierosolymis. Eph. epigr. II p. 292 n. 345.
15. Ulpius Antoninus princeps et optiones cohortis primae et adiutores. — Lambaesi (supra p. 227).
16. .... bidius C. f. Pap. prim. pil. [le]g. V et leg. X et leg. VI ita, ut in [leg.] X primum pil. duceret, eodem tempore princeps esset leg. VI. — In Aequiculis; aetatis Tiberianae. I. R. N. 5712 = Henzen 6779.

ADIVTOR PRINCIPIS (vide supra p. 228).

17. L. Sentius Valerianus vet. ex adiutore princ. leg. III Aug. — Lambaesi. Renier 1371 = Wilmanns n. 1556.

LIBRARIVS PRINCIPIS.

18. C. Amandius Finitus opt. princi[pis] et T. Celsius Victorinus libr. principis anno 201; C. Q. Catulus opt. pr. anno 202. — Argentorati. Henzen 6778.

OPTIO PRAETORII.

19. T. Sempronius Victor optio praetori. — Carali. Henzen 6940.

19*a*. C. Maximius Iulianus optio praet. leg. V Mac. — Apuli C. III, 1094 secundum emendationem propositam ibi in indice p. 1158, iam stabilitam codice Verantiano (supra p. 66 n. 149).

OPTIO PRINCIPIS [1]).

20. P. Aeli[us Macrinus] (optio) [principis]. — Lambaesi supra p. 227.
21. C. Amandius Finitus opt. princi[pis] — C. Q. Catulus opt. pr. v. n. 18.
22. [Opti]ones ordinatorum su[b Cae]cilio Aeliano [et s]ub Aurel[i]o Iul[iano] princip(ibus) pos(uerunt). — In Dacia. C. III, 830. Lectio parum certa est.
23. Munatius Renuntiatus optio pr. — Prope Lambaesim. Renier n. 1587 = C. VIII, 4294. In ectypo quod vidi deprehendere mihi visus sum PR, ubi Renier edidit *Sig.*; sed certa lectio non est.
24. L. Sentius Bellicanus op(tio) leg(ionis) I It(alicae) 7 pri(mae) pri(ncipis) pri(oris) — Romae. C. VI, 3628, ubi pro eo quod traditur LEXTITO restitui LEG Ī IT 7. Cf. tamen p. 229 n. 2.
25. L. Volumius Cresces op. pri. — Gemellis in Numidia; anni p. C. 253. C. I. L. VIII, 2482 = Wilmanns n. 1472.

Ad principem legionis quod ait Vegetius 2, 8 in legione prope omnia quae ordinanda essent pertinuisse, id tam tituli confirmant supra relati,

---

1) OPTIO · PRI · M... [LEG · II] PARTHICAE in titulo mutilo urbano C. VI, 3409 magis fuit *optio primipili* quam quod ibi dubitans proposui *optio primus*. *Optio principis* non videtur recte posse suppleri.

qui huic soli ex centurionibus praeter optionem etiam adiutorem et librarium tribuunt, quam quod hic unus ex centurionibus cum optione suo a praetorio appellantur. Denique eodem ducit status officialium aetatis labentis. Nam quod in singulis officiis eius rei publicae status tres primos gradus obtinere solent *princeps* [1]), *cornicularius, commentariensis* (videantur forma Notitiae editioni Seeckianae adiuncta p. 336 et Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3, 143), id recte omnino scholiasta ad Verrinas (l. 1, 28, 71 p. 179 Orell.) inde derivavit, quod *nomina de legionaria militia sumpta sunt.* Scilicet meliore aetate in legione scribendo vacabant ex centurionibus princeps, ex gregalibus principalibus cornicularii et commentarienses; unde cum civilia munera formam militarem induerunt et militia quae dicitur palatina instituta est, ad hanc formam officium ordinatum est.

III. HASTATVS PRIMVS.

26. M. Aur. M. f. Pap. Lucillus Poetovion. ex singularib. imp., 7 leg. I adiut., leg. II Tr., leg. VIII Aug., leg. XIIII gemin., leg. VII Cl., leg. VII gemin. hast. pr., annor. LX, stipendiorum XXXX. — Tarracone. C. II, 4147 = Orell. 3592.

27. 'Sal. Frebranus T. f. Quir. Baculus has. pri. leg. XX. — Burni in Dalmatia; aetatis Augustae. C. III, 2836.

28. 'Q. Fulginius ex primo hastato legionis XIIII' — Caesar b. c. 1, 46. Praepositio quomodo defendi possit, equidem non perspicio [2]) vereorque ne ab interpolatore adiecta sit propter ea quae sequuntur *qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat.*

29. Q. Iulius L. f. Ser. Scaena decurio eq., centurio hastatus primus leg. IIII. — Tucci. C. II, 1681 = Henzen 6782.

HASTATVS.

30. P. Aelius P. f. Marcellus astatus v. n. 6.

31. M. Aurellius M. f. Pal. Sextianus Ostia 7 frumentarius, exercitator singularium imp., hastatus leg. III Aug., vix. ann. XLVIII. — Lambaesi. Renier 4077 = C. VIII, 2825.

32. L. Purtisius Firmus hast. — Lambaesi. C. VIII, 2640 = Henzen 7420 *a ι*.

33. Silius Hospes hastatus leg. X geminae, strator (legati). — Tarracone. C. II, 4114 = Orell. 798.

OPTIO HASTATI.

34. M. Iul. Vitalis optio hastati leg. (I adi). — Brigetione. C. III, 4328.

35. L. [Vate]rius Ianuarius (optio) has. — Lambaesi v. p. 227.

[COH. I PILVS POSTERIOR nullus fuit].

IV. COH. I PRINCEPS POSTERIOR.

36. finis derectus per A. Resium Maximum 7 legionis XI principem posteriorem co[r]. I et per D. Aebutium Liberalem 7 eiusdem leg. astatum posteriorem chor. I. — Corinii in Dalmatia. C. III, 2883 = Orell. 3452.

---

[1]) Invenitur tamen etiam meliore aetate *princeps tabularius in statione* (*vicesimae*) *hereditatium* (Orelli 3332).

[2]) Vix quisquam opinor a Muellero p. 131 persuaderi sibi patietur primum hastatum ita significari posse, ut in centuria primi hastati militare dicatur.

OPTIO EIVS.

37. C. Iu[lius Longinianus (optio) princ. post.]. — Lambaesi v. p. 227.

V. COH. I HASTATVS POSTERIOR.

38. D. Aebutius Liberalis 7 leg. XI astatus posterior chor. I. Vide n. 36.

39. Coh. I 7 Na. Bassi has. p. — In Britannia ad vallum. C. VII, 597. Interpretor de hastato non primo, sed posteriore, propterea quod in illo cohors enuntiari non solet.

HASTATVS IN COH. I.

40. M. Titius M. f. Cl. Ti. Barbius Titianus 7 leg. II adiutric., item leg. X fretens., hastatus in coh. I leg. II Traian., ex cornicular. pr. pr. — Emonae. C. III, 3846. Hastatus in coh. I mihi est posterior, quod, cum in hastato primo cohors hac aetate non enuntietur, posterior cohortis eiusdem eo vocabulo adsumpto locum recte et plene significat.

OPTIO COH. I HASTATI POSTERIORIS.

41. C.(?) [Ant]onius Silvanus (optio) has. pos[t.]. — Lambaesi v. p. 227.

Subiuncti sunt duo qui dicuntur hastati posteriores cohorte non adiecta, quamquam vix recte referuntur ad cohortem primam; nam ut primae cohortis hastatus prior qui est recte appellatur hastatus primus, non pari iure primae cohortis hastatus posterior dicitur hastatus posterior nude. Mihi alter ex his titulis parum accurate scriptus esse videtur, alter spectare ad rem militarem saeculi quarti.

42. 7 M. Alpini Agrippae has. po. — Carnunti III, 4454.

43. Aurelius Iustinus eques e leg. XI Cl. provitu (= probatus) annoro XVII et militavit munifix annis VII, eiqus annis IIII, militavit in corte statu posteriore. — Aquileiae. C. V, 896. In hoc titulo, qui cum propter sermonem inconditum tum ob alias causas ante quartum saeculum scriptus esse nequit, si vere significatur hastatus posterior, inde intellegitur id vocabulum vel ea aetate in militia Romana locum aliquem tenuisse; et fuisse certe tum quoque in exercitu hastatos nescio quos ostendit etiam Ammianus 16, 12, 20: *nostrorum ductores steterunt vestigiis fixis, antepilanis hastatisque et ordinum primis velut insolubili muro fundatis.* 20, 4, 18: *Maurus nomine quidam . . . Petulantium . . hastatus abstractum sibi torquem, quo ut draconarius utebatur, capiti Iuliani imposuit.* Sed omnino haec pertinent ad statum militiae plane mutatum, neque admittit antiqua ordinatio cohortem ullam hastati posterioris.

VI. COH. II PILVS PRIOR.

VII. COH. II PRINCEPS PRIOR.

44. miles ex centuria: M. Titurius Gai f. mil. leg. II Traianes chor. II pri. c. (*id est* pri[n]c[ipis] *potius* quam pr[incipis] c[enturiae]) prior. — Alexandreae. Eph. II p. 290 n. 338.

VIII. COH. II HASTATVS PRIOR.

45. signifer in centuria: Aurel. Alexandrus signifer leg. II Traianae for. Ger. cohor. II hastati pr. — Alexandreae. Eph. II p. 287 n. 327.

46. . . [leg.] VII Cl. 7 II has[tatus] prior. — Ancyrae. C. III, 263.

Meruit annos XXI, id quod recte convenit loco octavo, parum bene conveniret loco vicensimo secundo.

IX. COH. II PILVS POSTERIOR.

X. COH. II PRINCEPS POSTERIOR.

47. Ti. Claudius Ti. f. Gal. (?) Vitalis ex equite R. ordinem accepit in leg. V Mac., successione promotus ex leg. V Mac. in leg. I Ital., successione promotus ex leg. I Ital. in leg. I Miner., successione promot. ex leg. I Miner. in leg. XX vict., item prom. in leg. ead., item successione promotus ex leg. XX vict. in leg. IX Hisp., succ. promot. ex leg. IX Hisp. in leg. VII Cl. p. f., item successit in leg. ead. Milit. 7 **in II pr. post.** annis XI, vixit annis XLI. — Romae, aetatis Traianae. C. VI, 3584 = Orell. 3454. Vitalis hic unus ex tot quos novimus centurionibus, cuius de gradibus plane constet, octies centurio factus in extremo centurionatu mansit annos undecim, reliquos septem annis fere tredecim absolvit, citius solito omnino, utpote qui ex equite Romano ad centurionatum pervenerit. Sed septies provectus functusque stipendiis centurionicis plus XX nullo modo substitisse potest in loco quadragesimo altero, cum decimus recte ei conveniat.

48. miles in centuria: Ulpius Victor imaginifer (?) leg. VII **ex 7 II pr. post.** — Cyrrhi in Syria. C. III, 195.

XI. COH. II HASTATVS POSTERIOR.

XII. COH. III PILVS PRIOR.

XIII. PRINCEPS TERTIVS sive COH. III PRINCEPS PRIOR.

49. L. Papius Sex. f. Vol. **princeps tertius l. XXXIII.** — In agro Boviani veteris. C. I, 1278. Titulum scriptum esse inter bella civilia vel post confecta ea sub initium imperii Augusti praeter alia legionis numerus ostendit. Nomina versum primum occupant, gradus secundum, legio quae semel tantum ponitur tertium. Iuxta hunc titulum, qui integer superest, positus fratris mutilus C · PAPIVS · SEX · F · PRIMVS . . . IMVS · L · XXXIII similis fuit, sed certa ratione expleri non potest.

XIV. COH. III HASTATVS PRIOR.

XV. COH. III PILVS POSTERIOR.

XVI. COH. III PRINCEPS POSTERIOR.

XVII. COH. III HASTATVS POSTERIOR.

50. Sex. Pilonius Sex. f. Ste. Modestus Benevento 7 leg. IIII F. f. **III hast. post.**, ann. XXXVII, ordine accepit ex equite Romano, militavit in leg. VII C. p. f. et VIII Aug., XI C. p. f., I Miner. p. f. stipendis centurionicis XVIIII. — Sarmizegetusae. C. III, 1480 = Orell. 3455. Modestus equum publicum quem puer acceperat cum reddidisset [1]), post centurionatus minimum quattuor stipendiaque undeviginti centu-

[1]) In ordine merere et ad ordinem promoveri cum non liceret neque senatori neque equiti Romano, non ita raro qui centurionatum cuperent equum publicum reddiderunt, sed reddiderunt fere pueri nullis etiamtum honoribus equestribus functi. Unicus quod sciam qui exceptionem faciat est T. Pontius Sabinus tituli Ferentinatis

rionica [1]) potuit tenere locum septimum decimum, non potuit subsistere in quinquagesimo tertio. Nam omnino constat militiam ita ordinatam fuisse, ut ad primipilatum perveniretur ante annum vitae quinquagesimum, post centurionatus plerumque sex septemve [2]). Scio multos hodie in ea opinione esse, quasi centurioni sexaginta gradus omnes ex lege scilicet percurrendi essent. At id et tituli eorum refutant, qui multo minore numero centurionatus enumerant, nec ratio patitur; nam in singulis locis semestre fere tempus centurionem mansisse quis est qui persuaderi sibi patiatur? Ne id quidem quod Vegetius (v. p. 230 n. 3) tradit centurioni cohortes omnes percurrendas esse aliter defendi potest, nisi ut sumas eius legis plerisque vel adeo omnibus partem remissam esse; nam ex titulis clare intellegitur primipilares fieri solere longe minore quam decem centurionatuum numero perfunctos.

XVIII. COH. IV PILVS PRIOR.

XIX. COH. IV PRINCEPS PRIOR.

XX. COH. IV HASTATVS PRIOR.

XXI. COH. IV PILVS POSTERIOR.

51. miles in centuria: Aurelius Victorinus mil. leg. II Parth. Severianae p. f. f. aeternae, 7 IIII pil. post., qui bixit annos XXX, mil. annos VIII. — Romae; scripta imperante Alexandro. C. VI, 3404.

---

aetatis Traianae (Henzen 5456), post militias equestres duas, praefecturam scilicet cohortis et tribunatum legionis, centurio factus et inde solita via per primipilatum alterum ordinem equestrium militiarum adeptus. Id potuisse fieri non abs re erit hoc loco monuisse.

[1]) Nam ut Vitalis p. 235 n. 47 sexies cum centurionatu legionem mutavit, bis in eadem legione promotus est, ita qui in quinque legionibus vitem tenuit, potest plus quater incrementum dignitatis accepisse. Sed imperatores Romanos hoc opinor secutos, ne in eodem corpore centuriones inveterascerent, in centurionibus provehendis plerumque cum ordine legionem quoque mutavisse praeter Vitalis titulum inde confirmatur, quod perraro in centurionatu iteratio adnotatur (C. III, 186 Aradi ter; Orelli 749 Arimini; C. VIII, 2627 = Renier n. 142 Lambaesi). Et ne ea quidem mutationem legionis plane excludit; nam ut in titulo Salonitano C. III, 2079 centurio reperitur qui ordinem accepit in legione Traiana tam primo loco quam sexto, item in Lambaesitano C. VIII, 2877 = Wilmanns 1590 qui ordinem accepit in legione XX et secundo loco et quarto, item in Lambaesitano altero C. VIII, 3001 = Renier 1313 qui centurio meruit tertium et octavum in legione VII Claudia, ita qui bis in eadem legione centurio factus esse dicitur, potest nihilo minus iisdem temporibus legionem mutasse.

[2]) Octo centurionatus enumerat titulus urbanus supra citatus p. 235 n. 47, decem legiones Lambaesitanus C. VIII, 3001 = Renier n. 1313, quattuordecim Cillitanus (C. VIII, 217 = Maffei M. V. 461, 2), quorum centurionum primus meruit annos c. XXIII, secundus annos XLVIII, tertius annos L et ex his IV gregalis in principalibus, reliquos centurio factus, ut additur, *ex suffragio legionis* suae. Plura stipendia non memini me repperisse. — Iuvenalis 14, 191 seq. ubi pingit iuvenem qui ab imperatore vitem petierit, id est centurionatum non gregalis meruerit, sed statim codicillis adeptus sit, ait sic eo eum fortasse perventurum esse, ut sexagenarius mittatur primipilaris: *dirue Maurorum attegias, castella Brigantum, ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus adferat*; nam aquila proprie ad primum pilum spectat (Wilmanns n. 1471) eiusque commoda nota sunt (Marquardt 2 p. 365). Unde intellegitur non iure, sed re hac quoque aetate sexagesimum annum terminum fere militiae fuisse.

XXII. COH. IV PRINCEPS POSTERIOR.

XXIII. COH. IV HASTATVS POSTERIOR.

XXIV. COH. V PILVS PRIOR.

XXV. COH. V PRINCEPS PRIOR.

XXVI. COH. V HASTATVS PRIOR.

XXVII. COH. V PILVS POSTERIOR.

XXVIII. COH. V PRINCEPS POSTERIOR.

52. M. Iulius M. f. Sab. Maximus Mantua 7 leg. III Cyr. coh. V pr. pos. — Bostrae. C. III, 102.

XXIX. COH. V HASTATVS POSTERIOR.

53. miles in centuria: Aurelius Bitus mil. leg. se(cundae) Par. 7 V (?) h. poster. — Romae. C. VI, 3372.

XXX. COH. VI PILVS PRIOR.

XXXI. COH. VI PRINCEPS PRIOR.

XXXII. COH. VI HASTATVS PRIOR.

54. Chor. VI hast. pri. 7 Roesi Modera(ti). — Iscae in Britannia. C. VII, 112.

XXXIII. COH. VI PILVS POSTERIOR.

XXXIV. COH. VI PRINCEPS POSTERIOR.

55. miles in centuria: Aurelius Auluzanus mil. leg. II Par. . . . mil. an. XX 7 VI pri. post. — Romae. C. VI, 3397.

XXXV. COH. VI HASTATVS POSTERIOR.

XXXVI.
⋮ } COH. VII —
XLI.

XLII. OCTAVVS PILVS PRIOR sive COH. VIII PILVS PRIOR.

56. . . . . ovius L. f. [St]e. Peregrinus [mil.] leg. XXII pr. p. fid. [bf.?] legat., a comment. [prae]f., optio, centurio [leg]ionis eiusdem [oct]aus pilus prior, [an]nor. XXXIX, stip. XX. — Taurinis. Vix scripta est ante Hadrianum, a cuius inde aetate (vide vol. V n. 877; vol. VI n. 1383) legio XXII piae fidelis agnominibus utitur. C. V, 7004. De supplementis dixi supra p. 229. Peregrinus cum gregalis non paucis annis meruerit, defunctus autem sit post stipendia viginti, parum credibile est eum ad nonum locum inter centuriones legionis ascendisse, probabile vero eum diem obiisse in quadragesimo secundo.

XLIII. OCTAVVS PRINCEPS sive COH. VIII PRINCEPS PRIOR.

57. (C. Nasennius Suessanus) Cretensi bello Metello imperatore octavum principem duxit. — Cicero ad Brutum 1, 9.

XLIV. COH. VIII HASTATVS PRIOR.

XLV. COH. VIII PILVS POSTERIOR.

XLVI. COH. VIII PRINCEPS POSTERIOR.

XLVII. COH. VIII HASTATVS POSTERIOR.

XLVIII. COH. VIIII PILVS PRIOR.

XLVIIII. COH. VIIII PRINCEPS PRIOR.

L. COH. VIIII HASTATVS PRIOR.

58. L. Mantius L. f. Gal. Hispanus 7 leg. VIII geminae fel., 7 leg. III

Aug. IX h. pr., v. a. XXX. — Lambaesi. C. VIII, 2938 = *Annuaire de Constantine* 1858/9 p. 173. Homini mortuo adulescenti in secundo centurionatu rectius convenit locus quinquagesimus quam undevicesimus.

LI. COH. VIIII PILVS POSTERIOR.

LII. COH. VIIII PRINCEPS POSTERIOR.

59. Septimius Zeno Strato(nicea?) mil. leg. II Part. Severianae [p.] f. f. aeter. 7 nona pri[n]. posteri., vixit ann. LIIII, militavit ann. XXII. — Apameae ad Orontem. C. III, 187 (cum add. p. 972). Hic meruit non centurio princeps posterior, sed in centuria principis posterioris; nam quamquam expectes collocationem verborum talem: *cohorte nona, centuria principis posterioris*, eam quae supra est *centuria cohorte nona principis posterioris* sollemnem fuisse intellegitur collatis titulis supra n. 24. 48. 51. 55. Itaque huius hominis stipendia ad processum centurionicum non pertinent.

LIII. COH. VIIII HASTATVS POSTERIOR.

60. T. Flavius Virilis 7 leg. II Aug., 7 leg. XX v. v., 7 leg. VI vic., 7 leg. XX v. v., 7 leg. III Aug., 7 leg. III Parth. Seve. VIIII hast. poster., vixit annis LXX, stip. XXXXV. — Lambaesi. C. VIII, 2877 = Henzen 7420 *a* x. Titulus sane mirus: nam si secundum solitam consuetudinem is centurionatus qui enuntiatur tempore ultimus fuit, Virilis post tot stipendia pervenit ad locum aut quinquagesimum tertium secundum nostram gradationem, aut ad undesexagesimum secundum vulgarem. Ad rem autem non facit, nam utro loco ponas, non multum interest. Equidem crediderim praeter consuetudinem non ultimum, sed primum centurionatum in titulo enuntiari.

LIV. ⋮ LIX. } COH. X —

Non recepi titulos aut ita mutilos, ut locum non agnoscas [1]), aut suspectos [2]) aut qui huc non recte referrentur [3]). — PRIMOS ORDINES, quo-

---

[1]) . . . . princeps II leg. XIIII gem., an. LXIIII, stip. XLVI, milit. XVI, curatoria veteran. IIII, evocativa III. — Boppard. Orelli 3460 = 4368 = Brambach n. 717. Hic militavit gregalis in praetorio ann. XVI, curator veteranorum evocatusve ann. VII, centurio annis XXIII; itaque credendus est obiisse aut princeps posterior in cohorte I aut, si non licet II notam accipere de posteriore, quod mea fert opinio nequaquam licere, princeps bis fuit in duabus legionibus, quod ut sine exemplo est, ita per se non offendit.

. . Coel[io] . . . Inge[nuo 7 leg.] hastato . . . . — In Moesia superiore. C. III, 6293.

. . . XI Claud. . . . XIII gemin. . . . . III Scythic . . . . [has]tat. prior . . . — Lugduni. Henzen 6783.

Aurelius . . . [m]il. l. II P. Sev. . . . pr. pos. — Romae C. VI, 3370. Similiter hiat titulus simul repertus n. 3374.

. . . . coh. IV . I . . . . . — Renier n. 1374 = C. VIII, 3006.

[2]) Falsi sunt opinor tituli Resendianus Eborae attributus C. II, 115 C. Antonii Vini *hast. leg. II Aug.* et Apulensis, in quo est *Iul. Fort. pri. pri.*, C. III, 54* = Orell. 3451.

[3]) Ex eius generis titulis placet adnotare etiam in cohorte auxiliaria certe II Tungrorum in Britannia tendente reperiri principem (VII, 879. 880. 882. 888 cf. 302),

rum mentio fit apud auctores passim Caesarem (b. G. 5, 30. 6, 7), Livium (30, 4, 1. 44, 33, 4. c. 36, 6), Velleium (2, 112), Frontinum (strat. 1, 5, 12. c. 11, 2: *imperavit tribunis et primis ordinibus et centurionibus*) aliosque (Quintilianus decl. 3 c. 9; Ammianus 19. 6. 3), probabile est pariter atque *primorum ordinum centuriones* (Caes. b. G. 1, 41, Tacitus h. 3, 22; *primi ordinis centurio* Tacitus ann. 1, 29). *primores centurionum* (Liv. 26, 5, 12; Tacitus h. 5, 20). *primos centurionum* (Tacitus h. 2, 89) meliore aetate non ad gradum aliquem lege determinatum referri, sed eos ordines significare, qui loco et virtute prae ceteris eminerent, fere ut alibi *superiores ordines* et *inferiores* inter se opponuntur (Caesar b. G. 6, 40 cf. b. c. 1, 46). Sed certe inde ab Hadriano 'primi ordines' certa quadam significatione accipiuntur. Nam in oratione Lambaesitana (Renier 5 = Wilmanns 1519) ipse ille imperator ait: *primi ordines et centuriones agiles [et fortes mo]re suo fuerunt*, similiterque Hyginus (p. 176 Lachm.): *(legiones) cum signis et aquila et primis ordinibus ac tribunis deducebantur.* Eodem aperte redit, quod hac aetate optimi iuris centurio tam apud auctores quam in titulis appellari solet modo *centurio ordinarius*:

61. 'saepe etiam ORDINARIOS CENTURIONES . . . in crucem sustulit'. Vita Albini c. 11.

62. Claudius Iustianus 7 ORDINAR. LEG. II ADI. salarior. XII, vi[xi]t annos XXXVIII. — Aquileiae. C. V, 8275, ubi in adnotatione monui salaria indicare militiam honestiorem equestri proximam.

63. Val. Longinianus vixit annos XLV, militavit optio leg. XI Clau. ann. XV, CENTURIO ORD. ann. VI. — Aquileiae. C. V, 942.

modo *ordinarius*[1]) nude:

64. Ap. Lupus ORD. — In tegula Pannonica Eph. II p. 402 n. 781 *a* et supra p. 131 n. 445.

---

id quod adnotans C. II, 2585 adhuc ignorabam; item *ben(eficiarium) leg(ati) pr(ovinciae)* C. VII, 156 non recte ab Huebnero inter principes referri; item plane obscuros principes tituli Hispani C. II, 2585. Vocabulum *hast.* quod legitur in catalogo Lambaesitano Renieri n. 135 = C. VIII, 2562 adscriptum gregali, parum recte ad hastatum referri scio, quid significet nescio. Denique in titulo Africano C. VIII, 4333 = *Recueil de Constantine* 1869 p. 656 quod legitur: *militia(m) leg(ionariam) princ(ipalis) sig(nifer) explevit; honeste miss(us) vicsit* cet. sic explendum esse videtur ut indicavi; nam nec *principis signifer* recte se habet praesertim propter genetivum praepositum, nec *princeps signifer* cum ordinatione militiae Romanae facile conciliatur. Contra inter principales notum est signiferos eminuisse.

[1]) Id cave confundas cum iis locis, ubi ad officium aliquod non proprie militare idem vocabulum additur, ut significetur eum de quo agitur stipendia facere et, ut olim dicebant, in ordine merere. Eo pertinent *ord(inarius) custos vivari* C. VI, 130 et *medicus ordinarius legionis* C. III, 4279. 5959. Similiter vocabulum pristina significatione, quae est manipularis, usurpatur in vita Bonosi c. 14: *militavit primum inter ordinarios, deinde inter equites, duxit ordines, tribunatus egit.* — Inter officiales ducis Arabiae Notitia Orientis c. 37 quos inter cornicularium et commentariensem interponit ordinarios quo referam nescio.

65. Florius Baudio vir ducenarius, protector ex ordinario leg. II Ital. Divit. — Spoletii saeculi omnino quarti. Orelli 3391.
66. Iul. Valentinus ord. CERISVI (?). — In Britannia. C. VII, 422. Lectio septem postremarum litterarum incerta est.
67. L. Marinus ord. — Uxelloduni. C. VII, 404, ubi editor propter titulos n. 365. 421. 1078 parum recte exceptos cogitavit de ordinato perperam. Nam *ordinatus* est *centurio factus*, ut legitur in Cemenelensibus vol. V n. 7865. 7866: *7 leg. III Italicae ordinatus ex eq. Rom. ab domino imp. M. Aur. Antonino Aug.*
68. Mat. Vitalis ord. — Eburaci. C. VII, 231.

adeoque *secundi ordinis* invenitur:

69. Secundinius Serotinus secundi ordinis. — Abudiaci in Raetia. C. III, 5779.

Quatenus perveniant primi ordines ii sive ordinarii, in coniectura positum est; Vegetii enim quod fertur de ea re testimonium [1]) vere nullum est. Cum primi vocabulum tam primo omnium quam tertio legionis centurioni quodammodo inhaereat et tres primos legionis centuriones reliquis cum aliarum tum eiusdem cohortis apertum sit dignitate longe praestitisse, primos ordines sive ordinarios probabile est fuisse primum pilum, principem praetorii, hastatum primum. Res tamen in coniectura posita est neque de vocabuli explicatione adhuc constat.

CENTVRIONES DEPVTATOS notos ex titulis his:

70. [centuriones] deputati et supernu[merari et f]rumentari. — Romae in basi dedicata uxori Gallieni. C. VI, 1110 = Henzen 6785.
71. Aurelius Silvius centurio deputatus. — Romae. C. VI, 3557.
72. T. Petronius T. f. Sab. Taurus Volusianus v. c. consul ordinarius .... pp. leg. XXX Ulpia, centurio deputatus, eq. pub. — Arretii; fasces gessit a. 261. Orelli 3100.
73. L. Pullius Peregrinus 7 legion. deputatus ... eq. R. — Romae. C. VI, 3558.

legionarios esse ex quarto eorum apparet. Recte autem opinor Henzenus (ann. 1850 p. 45) non tam proprium officium sic determinari iudicavit quam significationem centurionis propter legionis negotia in urbe morantis.

Praetoriani quamquam et numero suo et distributione cohortali legionem quodammodo imitabantur, formam legionis quominus iis daret Augustus ut in aliis omnibus diligenter evitavit, ita centurionum nomina legionaria ad praetorianos non transtulit, fortasse ne centurias quidem praetoriae cohortis

[1]) Scilicet quod ait decem centurias cohortis primae regi *a quinque ordinariis*, eo elevatur, quod ordinarii alibi (2, 7. 15) aperte ei sunt ii qui ordines ducunt, id est centuriones sive ordines quotcumque sunt. Ceterum ordinarium pro centurione qui posuerit praeter Vegetium, non repperi.

ad normam legionariae formavit. Sed de centuriis praetorianorum quominus certa ratione iudicemus, obstat quod adhuc ignoratur, quot centuriones in singulis cohortibus fuerint. Auctores et tituli[1]) tacent; latercula quae extant militum praetorianorum etsi centurias ponunt, omnia ita mutila sunt, ut hoc unum ex laterculis C. VI, 2375 et 2379 *c* efficiatur in cohorte praetoria non minus quinque centurias fuisse, sed is numerus utrum plenus sit necne, parum constat. Neque quae tradita non habemus hic comparatione certa supplere licet; nam ex reliquis cohortibus miliariis, quae solae apte cum praetoriis componuntur, legionariae primae denas centurias habent sub centurionibus quinis, vigilum septenas sub septenis, auxiliariae denas sub denis, ut certam regulam in ea re observatam esse negandum sit. Sane quod hodie receptum est in singulis cohortibus praetoriis ut in auxiliariis miliariis denas centurias fuisse per se vero simile est.

Ad gradum vocabulaque centurionum praetorianorum ubi nos convertimus, primi pili instar est PRIMVS ORDO COHORTIVM PRAETORIARVM notus ex unico titulo hoc:

74. L. Ovinius L. f. Ter. Rufus prim. ordo cohortium praet. divi Augusti, prim. pil. leg. XIIII gem., trib. mil. cohort. XI urb., trib. mil. coh. III praet. — Venafri, aetatis Tiberianae. I. R. N. 4641 = Henzen 6776 *a*.

Sed ut hinc constat Augusto imperante primae cohortis praetoriae primum centurionem eum fere locum in praetorio tenuisse, quem primus pilus in legione tenet, ita vix probabile est id deinceps quoque obtinuisse. Nam primus ordo ille si mansisset, vix de eo et auctores silerent et praetorianorum tituli illa aetate rari, postea admodum copiosi. Neque incredibile propter ipsam praetorianorum militum periculosam potentiam postea institutum esse, centurio primus primae cohortis ne prae ceteris primis emineret. Intellegitur autem ex eodem titulo primum ordinem illum iure primo pilo legionis posthabitum esse et illo functum ad hunc promoveri potuisse.

Ex centurionibus praetorianis item fuit PRINCEPS CASTRORVM, qui innotuit ex titulis his tertii saeculi omnibus:

75. M. Tillius M. f. Ter. Rufus 7 leg. XX Val. vict. ex CCC coh. IIII pr. p. v., princeps castror., 7 coh. XII urb. et I vig., evoc. Augg. — Atinae, anni 208. I. R. N. 4551 = Orell. 3457.

76. Valerei . . . et Dalmateus princ. kk. — Romae in basi dedicata fortasse Carino. C. VI, 216.

77. 7 Iuliani pr. in coh. II praetoria nominatur in recensu praetorianorum. — Romae; a. 227. C. VI, 2799.

78. [7] Primi pr. in cohorte aliqua nominatur in recensu fortasse praetorianorum. — Romae. C. VI, 2415.

Eum aliquando (C. III ad n. 830) credidi non differre a principe praetorii

[1]) Marquardt *Staatsverwaltung* 2, 462. Langius hist. mut. rei mil. p. 61 septimam centuriam cohortis praetoriae ait reperiri in titulo Patavino C. V, 2832; sed ibi iam restitutus est *spec. cor. prae.* sublata falsa lectione *sep.*

legionis; sed obstat tam secundus titulus, cuius notas vix recte alio modo solvas, quam ipse primus. Scilicet Rufus is cum principatu castrorum perfunctus dicatur factus esse centurio legionarius, principatus castrorum diversus fuerit necesse est a principatu legionis eoque dignitate inferior, nam princeps legionis cum sit centurio legionis ordine secundus, promoveri non potest nisi ad primipilatum. Locus autem dandus est principi castrorum inter centuriones praetorianos; nam fuisse eum supra centurionem cohortis urbanae, infra legionarium idem titulus declarat. Eo officio duos simul fungi intellegitur ex titulo secundo. Secundum haec saeculo certe tertio ex centurionibus praetorianis duos electos esse crediderim, quibus cura castrorum in universum committeretur, eosque appellari principes castrorum. Principatum castrorum cur officium non proprium iudicem, sed centurionibus duobus selectis ex decem primis iniunctum, infra ostendam agens de trecenariis.

Maiore numero inveniuntur centuriones praetoriani TRECENARII. Eorum scriptores qui extant cum non meminerint, tituli adhuc innotuerunt hi:

79. P. Aemilius L. f. Gal. Paternus p. p., praef. fabr., 7 leg. VII g., 7 leg I M., 7 leg. VII Cl., 7 leg. XIIII g., 7 coh. V [urb.], 7 coh. IIII pr. CCC, [7] leg. II Au[g.] et pp. — Aesone in Hispania; aetatis Traianae. C. II, 4461 = Henzen 6853. Titulus semel tantum de lapide descriptus est; post CCC optimum apographum ponit hastam a reliquis omissam, reliquam opinor ex nota 7.

80. P. Alfenus Verus trecenarius Augusti n. — Tabella Pompeiis rep. aetatis Neronianae. Hermes 12 p. 136. Idem post intervallum, quo eum primipilatu functum esse probabile est, a. 69 praefectus castrorum fuit (Tacitus hist. 2, 29. 43), deinde praefectus praetorio (ib. 3, 36. 61. 4, 11).

81. C. Arrius C. f. Corn. Clemens miles coh. IX pr., eques coh. eiusdem, singularis praefectorum pr., tesserarius, optio, fisci curator, cornicul. tribuni, evocatus Aug., 7 coh. I vigil., 7 statorum, 7 coh. XIIII urb., 7 coh. VII pr. trecenarius, 7 leg. III Aug., primipilaris. — Matelicae; scripta imp. Hadriano. Henzen 6771.

82. M. Aurelius Iustus ex CCC p. p. (scilicet legionis I Italicae). — In Moesia inferiore. C. III, 6224.

83. C. Cetius C. f. Stel. Sabinus trib. coh. XIII urb., p. p. leg. I adiutricis p. f., 7 leg. VIII Aug. ex trecenario, 7 coh. VIIII pr., 7 coh. XIIII urb., 7 leg. II adiutric. pia fid. et leg. VI Claud. p. f. — Urbini, scripta imperante Antonino, puto Pio. Orelli 3444. Dedi secundum exemplum Ferrarini, a quo reliqua pendent.

84. G. Iul. Caninus pre. leg. II ad. p. f. [Severianae] ex trec[ena]rio. — Aquinci; a. p. C. 233. C. III, 3427.

85. A. Numisienus Gallus trecenarius, primop. leg. XIV gem. — Romae. C. VI, 3618 = Orelli 3450.

86. Q. Raecius Q. f. Cl. Rufus p. p. leg. XII fulm., trecenarius, princ. praet. — Scripta imperante Vespasiano. Vide supra p. 231 n. 3.

87. M. Stabius Verus centurio coh. II pr. trecenarius. — Surrenti. I. R. N. 2120.

88. M. Tillius M. f. Ter. Rufus 7 leg. XX Val. vict. ex CCC coh. IIII pr. p. V., princeps castror. Anni p. Chr. 208. Vide n. 75.
89. Q. Trebellius Q. f. Fab. Maximus Roma 7 leg. V Mac., trecenarius coh. III pr. — Tomis. Eph. II p. 297 n. 357.
90. M. Vettius M. f. Ani. Valens . . . princeps praetori leg. XIII gem. ex trec., [p. p.] leg. VI victr. — Anni p. Chr. 66. Vide supra p. 231 n. 4.
91. Sex. Vibius Gallus tricenarius, primopilaris, praef. kastror. leg. XIII geminae. — Mytilenis. C. III, 454.

Omisi titulos lectionis interpretationisve plane incertae C. III, 6150. 6180, 3, 1. 6452.

Appellatur is de quo agitur modo *centurio cohortis* illius *praetoriae trecenarius* (n. 79. 81. 87), modo *trecenarius cohortis* illius *praetoriae* (n. 88. 89), modo *trecenarius Augusti* (n. 80), saepissime *trecenarius* nude (n. 82. 83. 84. 85. 86. 90. 91). *Tercenarius*, quod solet edi in n. 83, menda est exemplarium secundariorum; item corruptum est *tricenarius* tituli n. 91 parum bene traditi. Notatur *CCC* n. 79. 82. 88, quae nota redit in procuratore trecenario (Orell. 946). Proprium est huic officio, quod qui eo functi sunt ad centurionatum legionis quem postea suscipiunt (n. 83. 88. 90) adeoque ad primipilatum (n. 82) praefecturamve legionis (n. 84) addunt *ex trecenario*. — Antiquissimi titulorum, in quibus centurionatus hic nominatur, quantum quidem aetas eorum determinari potuit, sunt n. 80 et 90 aetatis Neronianae, recentissimus n. 84 anni p. C. 233; unde probabile fit trecenariatum una cum ipsis praetorianis institutum esse et mansisse, donec cohortes praetoriae abolerentur. — Trecenarios cohortibus praetoriis proprios esse neque ullos fuisse trecenarios legionis equidem persuasum habeo; nam cum ex tredecim titulis supra relatis cohortem praetoriam sex enuntient, quinque admittant, duo n. 79. 90, quibus insistentes trecenarios legionis posueramus[1]), cum utrumque constet parum recte descriptum esse, mendosi videntur esse. — Quo loco trecenarii fuerint, optime intellegitur ex officiis ante et post trecenariatum administratis. Scilicet fiunt trecenarii qui fuerunt centuriones cohortium urbanarum (n. 79. 81) vel principes praetorii legionis (n. 86). Centurio praetorianorum ad trecenariatum promotus non invenitur, scilicet quod trecenarius ipse centurio est praetorianus; in titulo n. 83 quod legitur *7 leg. VIII Aug. ex trecenario, 7 coh. VIIII pr.*, ita interpretandum est hominem centurionem fuisse cohortis nonae praetoriae trecenarium et ex eo officio factum esse centurionem legionis. Qui trecenariatu functi sunt, fiunt modo centuriones legionarii (n. 81. 83. 88. 89), qui centurionatus ubi determinatur, aut secundus in legione est, scilicet principis praetorii (n. 90), aut primus (n. 80?. 82. 85. 91), modo praefecti legionis (n. 84; cf. Wilmanns in hac eph. I p. 101). Itaque trecenarius praetorii ut primo pilo legionis cedit, quod in ipsum primum ordinem cohortium praetoriarum

[1]) Itaque quae de trecenariis legionariis disputavit Muellerus l. c. p. 144 seq., fundamento carent neque iis nos immorabimur.

cadere modo vidimus, secundo legionis centurioni ita aequiperatur, ut tam ab hoc ad illum quam ab illo ad hunc processus recte fiat. Solent autem ad trecenariatum promoveri qui antea in urbe loco honoratiore meruerunt, quamquam non sine exemplo est centurionis legionarii ad trecenariatum processus. Iam vero cum trecenariis cohors adscribi soleat neque quicquam indicet in singulis cohortibus plus quam singulos trecenarios fuisse, admodum probabile est singularum cohortium praetoriarum centuriones primos hoc nomine appellatos esse. Principes autem castrorum et ipsos trecenarios fuisse cum ex titulo n. 88 effici videatur (nam secundum eum aut processus statuendus est a principatu castrorum ad trecenariatum parum probabilis aut principem castrorum simul fuisse trecenarium cohortis IIII pr.), probabile est, ut supra praecepimus, ex decem trecenariis duos electos eo munere functos esse. — Reliqua posita sunt in coniectura difficili et impedita, scilicet quid vocabulum significet et cur trecenarius in honorum ordine *ex trecenario* appelletur contra consuetudinem et omnino propter aliquam causam certam et idoneam. Trecenarii vocabulo significari cui ius sit in trecena sestertium milia constat in procuratore trecenario (Orell. 946), scilicet qui salarium annuum accipiat CCC milium, confirmaturque similibus vocabulis, ut centenarius libertus is est qui possidet centum milia sestertium; sed haec significatio quomodo ad centurionem illum recte applicarem, frustra quaesivi. Nam cum tribuni militum annuum salarium constet fuisse sestertium centenorum milium nummum, ne optimi quidem iuris centurioni praetoriano triplex datum esse potest. Quod si ad praemium referas cum honesta missione eiusmodi centurioni solvendum, ne hoc quidem satis apte conciliabitur cum praemiis primipilatus omnino magis honorati; praeterea parum placet optima aetate eum in ipsa militia trecenarium dici, cui post absolutam eam trecena destinata sint. Itaque aut ratio quaedam subest nobis plane ignota fortasse cum arca cohortali coniuncta, aut eo confugiendum est, quod potuerunt fortasse ii quoque trecenarii recte appellari, qui trecenis militibus praeessent. Nam si primo pilo legionis quadringenti homines parebant, sicut supra p. 228 vidimus, item primo ordini cohortis cuiusvis praetoriae treceni dari potuerunt. — Formula autem *ex trecenario* fortasse ideo recepta est, quod trecenariatus universae militiae urbanae summus gradus fuit, maxime si recte statuimus primum ordinem praetorii universi mature abolitum esse. Itaque trecenario praetorii pariter atque primopilo legionis iam in sua militia processus nullus supererat et ut promoveretur transeundum ei erat ad militiae genus diversum, scilicet legionarium [1]). Sane quattuor qui formulam illam exhibent tituli omnes ita

[1]) Similiter centurio legionarius n. 40 cum post centurionatus adscribit *ex cornicular(io) praef(ectorum) pr(aetorio)*, hoc significat ante stipendia centurionica gregalibus se ita functum esse, ut ad summos eius militiae gradus perveniret, inter quos est cornicularatus. Conferri poterit item titulus Firmanus (Orell. 3157) dedicatus praefecto praetorio cuidam a primipilari *ex corniculario ipsius*. Denique unicus qui innotuit ex classiaria militia ad primipilatum promotus (Henzen 6875 = vol. X n. 3348) ait eum se adeptum esse *ex n(avarcho) princ(ipe) cl(assis)*, ita enim iam iudico notas has inter-

comparati sunt, ut nominent centurionem aliquem praefectumve legionis ex trecenario. Quod si ponimus, id quod institutis rei militaris aetatis imperatoriae satis convenit, praemia quaedam militiae perpetua tam cum trecenariatu coniuncta fuisse quam fuerunt cum primipilatu, a trecenario eo, qui ad legionariam militiam sese transferret, iure exigebatur, ut praemiis illis renuntiaret; neque enim aequum erat, cum plerumque ex ipso trecenariatu ad primipilatum promoveretur, utraque praemia eum auferre. Itaque sic ut is qui equum publicum reddit, ut centurio fiat, passim appellatur *centurio ex equite Romano*, ita qui primi pili adipiscendi causa trecenarii praemiis renuntiat, potuit sese dicere primipilum ex trecenario.

Absoluto commentario incidi in titulum ineditum, qui aliquando prodibit in Corporis vol. IX n. 2983, repertum Palombari in Frentanis, servatum schedis non optimis Bucachii cuiusdam hac forma:

H · VII · PR · PRIMVS · ORDO · PR · A......
PR · TI · CAESARIS · AVGVSTI · A
R · SVNT · VETVSTATE · CONLAPS
REFECIT

Venafrani supra p. 241 n. 74 *primi ordinis cohortium praet(oriarum) divi Augusti* hic et similis est et aequalis; confirmat autem quod ex illo demonstravi sub primis principibus primae cohortis praetoriae primum centurionem supra ceteros lege eminuisse. Cum de lectione parum constet, supplementa quoque incerta sunt; potest fuisse [7 *co*]*h*(*ortis*) *VII pr*(*aetoriae*), *primus ordo pra*[*et*(*oriarum*) *coho*]*r*(*tium*) *Ti. Caesaris Augusti.*

Dum in eo sum ut fasciculum emittam, affertur mihi titulus a Dario Bertolinio optimo amico repertus Portogruari in pavimento quodam hic:

R O ⊘ M I L
G ⊘ X I ⊘ C L A V D
CO · VI · CE · P · MILITA
VIT · AN · V · VIX · AN
X X V

ubi apparet legendum esse *mil*(*iti*) [*l*]*eg*(*ionis*) *XI Claud*(*iae*) *co*(*horte*) *VI ce*(*nturia*) *p*(*rima*); nam de *ce*(*nturia*) *P*(*rimi*) vel similis nominis viri vix recte cogitabitur. Centuriam nomine centurionis indicari vulgare est, loco eo quem centurio occupat non ita rarum; numero eam significatam numquam praeterea repperi.

---

pretandas esse et navarchum principem fuisse primum centurionum classiariorum et classis tamquam primipilum. — In summa re quasi pro lege hoc videtur custoditum esse, ut qui in certo quodam officiorum cursu ad extremum terminum locumque principem pervenisset, si deinde ad alterum eumque honoratiorem cursum se transferret, ad eum enuntiaret se accessisse ex prioris cursus gradu summo.

XXVII. LIBERTINI SERVI.

Proximis his annis locis diversis tres inscriptiones prodierunt remotae vetustatis omnes eae quae sequuntur.

1. in ruderibus tegularii, quae reperta sunt Romae in Esquiliis inter vetustissimos sepulcrales puteos, stilo scriptum ante coctam argillam in instrumento nescio quo cretaceo, quod aurem aliqua tenus imitari crediderunt. Servatur Romae in museo Capitolino ubi vidi. Edidit R. Lanciani *Bullettino della Commission archeologica comunale di Roma* 1877 p. 182.

C · SIIXTIO · V · S

Simul repertae sunt testae tres formae conicae vel ex doliis superstites inscriptae \IO · V · I' et P · SIIXTI| et P · SII.

2. circa candelabrum supra et infra fractum (quae partes recens restitutae sunt) ex argilla nigri coloris, qualis esse solet in vasis Graecis; litterae ante cocturam inscriptae sunt gyro, sed ut inter principium et finem tituli aliquid spatii vacet. Repertum esse dicitur candelabrum in Italia inferiore; extat Neapoli in museo Bourquignon, ubi descripsit qui mecum communicavit Carolus Zangemeister.

SIIRVIO · GABINIO · T · S · I'IICIT ·

Prima littera post nomen non tam P quam T videtur esse.

3. Carovilli prope Bovianum vetus in Samnio; extat Neapoli in museo publico, ubi descripsi. Edidit Ambrosius Caraba *Giornale degli scavi di Pompei, nuova serie* vol. I p. 210.

C · FLADIVS
BAN · F
LVCCIA · VS

Praenomen paternum viri redit in titulo Osce scripto invento Molisii in Samnio edito a Corsseno in hac Eph. vol. II p. 190: *Bn. Betitis Bn. meddiss pruffed.*

Interpretatio primae, quam proposuit Lancianius, *v(otum) s(olvit)* mihi ne tum quidem probabatur, cum secundam tertiamque aut ignorabam aut cum hac non composueram; neque enim donaria haec sunt in templis olim exposita, sed testae ex figlinis privati usus eruderatae, denique litterae singulares illae ut aetate imperatoria vulgares ita nequaquam remotae vetustatis sunt. Iam compositis his inscriptionibus apparet legendum esse solito more *C. Sextio(s) V(ibi) s(ervos), Servio(s) Gabinio(s) T(iti) s(ervos) f(ecit)*,

fortasse etiam in tertia *Luccia V(ibi) s(erva)*. Sane in hac et obstat quod inter V et S punctum nullum cernitur, et licet cogitare de cognomine mulieris non perscripto, id quod in cognominibus libertinorum aliquamdiu in usu fuit (*röm. Forsch.* 1, 58); praeterea haec aliquanto recentior est iis quae praecedunt. Denique ne hoc quidem certum est mulierem alieni iuris antiquo tempore servam dici potuisse; proprio enim vocabulo ancilla appellatur nec nisi proprio in notatione uti licet. Quaestio decisa foret, si inter titulos aevi remoti ad ancillam pertinens reperiretur; sed ut servorum complures extant cum adscripta determinatione M · S vel P · S et sic deinceps, similis mulieris adhuc quod sciam nullus emersit. — Sed ut missam faciamus tertiam inscriptionem, primae et secundae interpretatio cum certa sit, fortasse explanatio quoque suppetit, qui fieri potuerit. ut qui praenomine et nomine gentilicio utitur idem dicatur *Vibi* vel *Titi servus*. Olim monui (*röm. Forsch.* 1, 358 seq.) secundum normam iuris antiquissimi servos manumitti non potuisse et qui manu missi essent, vere non tam liberos fieri quam in libertate morari. Inde ut explicatur, quod libertini in multis deterioris iuris sunt (ut inter alia patronus iis pariter fere atque servis suis iudex est, ut iussu eius etiam capite plectantur; vide l. c. p. 368 seq.), ita ipsum servi vocabulum de libertino quoque usurpatur. Cicero ad fam. 5, 20, 2 eum ipsum quem antea dixerat *M. Tullium scribam meum* mox servum suum appellat (*accepi a meo servo scriba*). Similiter titulum optimae aetatis Hispanum Carthaginiensem (C. vol. II n. 3495): *Plotia L. et Fufiae l. Prune haec vocitatast ancilla heic sitast* non ita acceperim mulierem dum esset ancilla Phryne vocabulo usum esse, sed eam licet manumissam nihilominus ancillam appellari. Haec si ita obtinuerunt aetate Ciceroniana, non mirum est duobus saeculis antea homines a domino manumissos simul et libertatis indicia prae se tulisse adsumpto nomine gentilicio et domini potestatem agnovisse adiecto servi vocabulo.

XXVIII. CRESCENS AVRIGA.

Amoeniora ingenia abstinere a monumentis nostris non minus horridis quam aridis ut non reprehendimus, ita si qui tituli hominesque exceptionem faciunt, gaudemus. Eiusmodi favore singulari cum uti soleant tituli per se neque docti neque iucundi aurigarum urbis Romae unique eorum fortuna ita arriserit, ut poetarum qui hodie apud nos sunt facile princeps eum suo commentariolo illustrarit, collegae eius Crescenti nomine adeo successit, ut titulum eius nuper Romae eruderatum prima ederet interpretatione addita non solum eleganti, sed etiam subtili mulier imprimis et lepida et docta eaque descendens fortasse ex aliqua puellarum illarum, quae ipsae ipsi Crescenti ante saecula plauserunt. Is titulus repertus Romae d. 20. Mai. a. 1878 in cloaca ad viam Pacis, editus autem a comitissa Hersilia Caetani Lovatelli in ephemeride *Bullettino della commissione archeologica comunale in Roma* a. 6 (1878) p. 164 seq., sic conceptus est.

CRESCENS · AGIT
FACTIONIS · VEN ·
NATIONE · MAVRVS
ANNORVM · XXII
QVADRIGA · PRIMVM
VICIT · L · VIPSTANIO · a. 115 Nov. 8
MESSALLA · COS · NATALE
DIVI NERVAE MISS · XXIIII
EQVIS · HIS · CIRCIO · ACCEP
TORE · DELICATO · COTYNO
EX MESSALLA · IN GLABRI a. 124 Mai. 10
ONEM COS IN · NATALE
DIVI · CLAVDI · MISS · OST ·
ƉCLXXXVI · VICIT · XXXXVII
INTER SING VIC · XIX · BINAR
XXIII · TERN · V · PRAEMISS · I
OCCVP VIII · ERIPVIT · XXXVIII
SECVND · TVLIT · CXXX · TERT · CXI
QVAEST · RET · HS |XV| LVIII
CCC XXXX VI ·

Id est:

Crescens agit(ator) factionis ven(etae), natione Maurus, annorum XXII.

Quadriga primum vicit L. Vipstanio Messalla cos. natale divi Nervae miss(u)[1]) XXIIII equis his: Circio, Acceptore, Delicato, Cotyno.

Ex Messalla in Glabrionem cos. in natale divi Claudi miss(us) ost(io) ƉCLXXXVI vicit XXXXVII.

Inter sing(ularum) vic(it) XIX, binar(um) XXIII, tern(arum) V; praemiss(u)[2]) I, occup(avit) VIII, eripuit XXXVIII. Secund(as) tulit CXXX; tert(ias) CXI.

Quaest(um) ret(ulit) HS |XV| LVIII CCCXXXXVI.

Ad egregias de similibus titulis disquisitiones imprimis Ludovici Friedlaenderi (*Sittengeschichte Roms* 2[3] p. 482 seq.) ex hoc titulo quae accedant, paucis explicabo.

Certaminum numerus in novo titulo Crescentis indicatur ita: *miss(us) ost(io) DCLXXXVI*; sequitur numerus victoriarum. Inde explicatur simile comma tituli Dioclis v. 6. 7: *missus ostio IIII CCLVII: [pedibus ad quadri]g(am) LXII, a pompa CX*; sequitur item numerus victoriarum. Is locus interpretes adhuc vexavit neque explicationem accepit, quamquam si quid video ex ipso suo titulo satis illustratur. Diocles enim cum non solum

[1]) Recte opinor Lovatellia ita legit, non missibus; neque enim probabile est omnibus missibus eius diei Crescentem superiorem evasisse. Cf. p. 250.

[2]) Scilicet ut alius auriga praemitteretur; ut est in Muratoriana p. 624 *praemisit et [v]i[ci]t.*

enumeret quot praemia rettulerit, sed etiam quoties frustra exierit, summis iis coniunctis certaminum numerus efficiatur necesse est, et vere efficitur sic:

vicit	1462
secundas tulit	861
tertias tulit	576
quartas	1
frustra exit	1351
bigas vicit	3
ad albatum	1
ad prasinum	2
	4257

Haec extrema, dico locum tituli: *praeterea bigas* ₥ *vicit III, ad albatu I, ad prasinu II*, verum est parum intellegi, ut item quae praecedunt de quadrigarum certaminibus post verba *frustra exit* ∞*CCCLI: ad venetum vicit X; ad albatum vicit LXXXI* quid significent incertum est. Errat tamen sine dubio Friedlaender p. 497 *ad albatum* non differre iudicans ab eo quod est *in factione albata*, cum hoc postea demum sequatur (*prasinis CCXVI, venetis CCV, albatis LXXXI*, ut reliquum victoriarum numerum, qui est DCCCCLX. 'agitator factionis russatae' russatis reportavisse intellegatur). Immo cum praecedant certamina sine praemio peracta, probabile est hoc significari decem eorum Dioclem ita perdidisse, ut reliquos agitatores post se relinqueret, venetorum autem solus eum superaret et sic deinceps. Hoc in dubium vocari non potest, cum praecedant *summae quadrigae*[1]) quae dicuntur certamina, loco qui incipit vocabulo *praeterea* quae de bigis dicuntur non referenda esse inter certamina ante dicta, sed seorsum computanda. Significatur autem secundum ea quae diximus bigis eum certasse sexies, vicisse ter, ter victum esse ab agitatoribus factionum aliarum. Quod non saepius bigis cucurrit, ideo fortasse fecit, quod aut non licebat aut parum honestum videbatur ei qui quadriga cucurrisset ad bigam redire; nam a bigis aurigas incepisse et ratio suadet et quod legitur in Dioclis titulo v. 13 *quo anno primum quadrigis victor exstitit*[2]) — Friedlaender p. 497 cum non intellexisset numerum certaminum in ipso Dioclis titulum perscriptum esse, hoc recte vidit eum effici posse ex numeris reliquis, summam autem collegit VCCLI, scilicet reliquos numeros recte posuit, non computavit sex certamina bigarum, computavit quod Diocles (v. 8) '*ad honorem venit* ↀ', quasi mille haec certamina in reliquis non comprehenderentur. At evidenter haec verba id ipsum significant, quod Gutta in suo titulo enuntiat verbis *mille palmas complevi*, scilicet Dioclem ad honorem pervenisse miliarii, ut litteris perscriptum legitur in eodem titulo v. 18. 23.

[1]) Ita significari ipsum Dioclem non dubitabit qui *summam rudem* comparaverit. Cf. Friedlaender p. 495.

[2]) Friedlaender p. 497 quod est in titulo bigas miliarias Dioclem vicisse ter, ita accepit ter milia victoriarum bigis eum reportasse parum probabiliter. Mihi miliarii vocabulum ad praemium videtur pertinere (v. p. 251).

Diocles postquam numerum certaminum posuit, duo genera insigniora ita adscribit, ut in numero universo ea quoque comprehendantur, scilicet, si recte supplevi, [*pedibus ad quadri*]*g*(*am*) *LXII*, *a pompa CX*, plane ut ad numerum certaminum sine praemio susceptorum ea adiciuntur, quibus victoriae proximus fuit. De certaminibus *a pompa* non habeo quod addam iis quae Friedlaenderus de iis exposuit p. 488, nisi quod, cum ex Crescentis titulo didicerimus, id quod etiam ratio suadet, honoratissimum fuisse inter missus eiusdem diei quartum et vigesimum, id est postremum (nam eum numerum non adscripsissent, nisi honor ita augeretur) iam fortasse conici potest postremos missus esse ipsos illos a pompa, si quidem sumere licet pompa aliqua circenses finiisse. Sed id quod Friedlaendero placuit significari ita missum primum cum verbis rectius conveniat, adhuc poterit ita defendi, ut tam primus quam postremus inter reliquos eminuerint. Etiam de certaminibus *pedibus ad quadrigam* factis idem vir doctus satis dixit p. 489. Hoc loco ea inserui propter reliquias quae ita traduntur: C. LXII collato tituli Guttae commate hoc: *in factione prasina vici CCCLXIV: XXX I, XL II* (id est *ad sestertium XXX milia semel, ad sestertium XL milia bis*): *pedibus ad quadrigam LXI*, *a pompa VI*, quae verba si quid video, Friedlaender non recte interpretatus est *pedibus ad quadrigam ad sestertium LX milia semel*, *a pompa sexies*, cum sit potius *pedibus ad quadrigam sexagies semel*, *a pompa sexies*.

Quaest(*um*) *ret*(*ulit*) Crescens *HS* |*XV*| *LVIII CCC XXXXVI*, id est sestertium 1.558,346. Ad haec commode supplebimus (lineolis ad perpendiculum derectis nostra coniectura additis) Dioclis titulum v. 10 sic: [*rettulit quaest*]*um* HS |CCCLVIII| LXIII CXX, id est sestertium 35,863,120. Cum illa summa recte composuit Lovatellia nostra Iuvenalis locum (7, 113), ubi russati lacernae aequiperat *centum patrimonia causidicorum*. Illa enim summa ad nostram rationem monetariam translata est paulo minus marcarum 300,000, haec marcarum c. 6,000,000. — Tantae pecuniae quomodo effectae sint, minus certum est; constat tamen praemia distingui alia maiora, quorum etiam summas tituli, quibus in his insistimus, maxime Dioclis enuntiant, alia ordinaria, quorum summas non ponunt, quaestus autem partem longe maximam ex his effectam esse. Diocles enim cum accurate indicet, quantam pecuniam ex maioribus praemiis primis victoriis suis ceperit, scilicet

	singularum	sest. 60000	× 3	=	180,000
		sest. 50000	× 29	=	1,450,000
		sest. 40000	× 28	=	1,120,000
		sest. 30000	× 32	=	960,000
	binarum[1])	sest. 15000	× 4	=	60,000
efficiuntur sest.					3,770,000

[1]) In Dioclis titulo quod legitur *trigas ad HS XV IIII* in capite quo agitur de certaminibus binarum eo loco collocatum est, quo in capite de certaminibus

quibus ab illa summa deductis apparet ex praemiis ordinariis eum redegisse sest. 32,093,120. Ordinaria praemia quae fuerint, tituli, ut dixi, non enuntiant; hoc apparet prima praemia sive victorias (eo enim vocabulo prima praemia sola significantur) singularum fuisse infra sest. 30000, prima praemia binarum infra sest. 15000; quartum praemium solum, cum id rarissime daretur, sestertium mille fuisse Diocles adscripsit (v. 9). Praemia ordinaria rettulit Diocles prima omnia 1462. ordinaria igitur deductis 96 maioribus illi, 1366 et ea quidem trium generum: singularum[1]) 972 (1064 — 92), binarum 343 (347 — 4), ternarum 51: secunda 861, tertia 576, quartum 1. quibus accedunt victoriae tres quas bigis reportavit quae si dicuntur miliariae (neque video quomodo aliter M̄ post BIGAS interpretemur), praemium habuerunt sest. millenorum. Crescens, qui de praemiis maioribus tacet, in summa rettulit praemia prima 47 et singularum quidem 19, binarum 23, ternarum 5. secunda 130, tertia 111. Primum praemium singularum fuisse sestertium XV milium non sine aliqua probabilitate efficiemus ex notis versibus Martialis 10. 74. 5: *cum Scorpus una quindecim graves hora ferventis auri victor auferat saccos*, scilicet ut sumamus ex consuetudine praemia data esse sacculis qui singuli sestertios millenos sive aureos denos haberent; certe poeta quindecim numerum non sine iusta causa posuit nec facile opinor alia excogitabitur. Haec si ita se habuerunt eademque tam imperante Domitiano quam secundo saeculo praemia victoribus data sunt. ex primis praemiis singularum ordinariis effecta sunt Diocli sest. 14,580,000, Crescenti sest. 285,000. Hoc si conceditur, Crescentis certe quaestus aliqua ratione explicari potest praemiis reliquis ad modum summarum illarum coniectura formatis, puta ad hoc exemplum:

prima	singularum	19	×	15000	=	285,000
	binarum	23	×	10000	=	230,000
	ternarum	5	×	7000	=	35,000
secunda		130	×	5000	=	650,000
tertia		111	×	2000	=	222,000
						1,422,000

singularum collocata sunt praemia maiora. In altero Guttae similia *trigas XV II*, *triga XXV I* (cod. *XXVI*, unde Friedlaender fecit *trigas XX VI*) collocantur inter victorias insigniores factionis venetae post praemia maiora victoriasque a pompa.

[1]) Scilicet aut singulae singularum factionum quadrigae certabant aut binae aut ternae. Primum genus et frequentissimum et honoratissimum fuit, ideo opinor quod pluribus quadrigis missis praemium idem mansit inter victores binos ternosve dispertiendum.

At e contrario Dioclis praemia simili ratione computata:

prima	singularum	972	×	15000	=	14,580,000
	binarum	343	×	10000	=	3,430,000
	ternarum	51	×	7000	=	357,000
secunda		861	×	5000	=	4,305,000
tertia		576	×	2000	=	1,152,000
quarta		1	×	1000	=	1,000
bigarum		3	×	1000	=	3,000
						23,828,000

non satis explent summam ab eo ex praemiis ordinariis effectam sestertium c. 32,000,000. Sed ut alia in his calculis fallere possunt propter causas quas hodie ignoramus, ita fieri potest, ut sola ratione temporis res explicetur primis praemiis interim auctis. Martialis enim carmen illud scripsit a. c. 98; Crescens agitavit ab a. 115 ad a 124 imperantibus Traiano et Hadriano; Diocles primam victoriam cepit a. 124 titulusque quem habemus positus est c. a. 150 (Friedlaender p. 494). Quod si aucta sunt interim praemia aurigarum, puta ut victori pro auri sacculis illis XV darentur XX et reliqua quoque praemia pro portione augerentur, summae calculi secundi ita crescunt, ut quaestum universum satis expleant. Sed ut singula in his plane incerta sint et meris coniecturis in rationibus illis necessario locus datus sit, hoc certe demonstrabunt, quantam pecuniam aerarium profuderit in ludis circensibus, perniciemque illam rebus Romanis insitam numeri hi luculentius opinor illustrant quam quae tam rerum scriptores quam morum reprehensores de eius saeculi vitiis nobis scripta reliquerunt. Nam summae illae omnes ex aerario publico populi Romani numeratae sunt, erravitque Friedlaenderus p. 486 praemia maiora ratus proficisci ex pecuniis studio factionum collatis, propterea quod Diocles in titulo v. 21 dicitur eminere *novis coactionibus et numquam ante titulis scriptis*. Coactiones enim argentarias, quas hic significari Friedlaendero visum est, et veriloquium et usus ostendit non ad pecunias sponte collatas pertinere, sed ad pecuniarum debitarum exactionem. Coactionis autem vocabulum hic usurpatur ita fere ut apud aequalem scriptorem Gaium 4, 15 legitur *causae coniectio quasi causae suae in breve coactio*, intelleguntur que ipsae illae comparationes victoriarum Dioclis et aliorum clarorum aurigarum, quibus sub praescriptione '*insignia eius*' extrema tituli pars continetur. Proprium hoc quoque fuit ludorum apud Romanos, quod amatores plausibus et rixis magis quam nummis adiuvabant quibus favebant et longe facilius eorum causa pugnabant quam numerabant.

TH. MOMMSEN.

Prodiit d. 8 Ianuarii 1879.

Formis Academicis (G. Vogt).

ADDITAMENTVM
AD FASTOS CONSVLARES CAPITOLINOS

(ad vol. I p. 439).

Fragmentum fastorum consularium annorum 655—667 Varr. effossum die 19 Octobris a. 1878 '*lungo la via sacra presso al tempio del divo Romulo*' Lanc., '*presso il sito dell' arco Fabiano*' Fior. (cf. p. 257). Nunc servatur in museo Capitolino in repositis.

M · ANTONIVS · M · F · M ///
Q · CAECILIVS · Q · F · Q · N · M
CN · CORNELIVS · CN · F · CN
CENS · L · VALERIVS · L · F
CN · DOMITIVS · CN · F · CN
L · LICINIVS · L · F · C · N ·
C · COELIVS · C · F · C · N
ÐCLX · C · VALERIVS · C · F · I
C · CLAVDIVS · AP · F
CENS · CN · DOMITIV
L · MARCIVS · Q · F · Q

L · IVLIVS · L · F · S
CN · POMPEIV
CENS · P · LICIN
L · CORNE

C

Descripsi. Ediderunt Lanciani *bullettino archeol. comunale* 1878 p. 249; Fiorelli *notizie* 1878 p. 342; Gori *archivio* III p. 53.

1 nomen Antonii, ut solet, scalpro erasum et in litura repositum, cf. post Borghesium (*nuovi framm. di fasti* I p. 7) C. I. L. 1 p. 422 et Mommsen *Röm.*

Forschungen II p. 68 seq., imprimis p. 75 n. 15. — Frustulum recens repertum explet fragmentum Corporis inscr. Lat. XXVII ita, ut confirmet fere supplementa olim proposita nec addat nisi praenomina antea ignota patris et avi M. Antonii cos. a. 655, Cn. Cornelii Lentuli cos. a. 657, C. Valerii Flacci cos. a. 661; avi L. Licinii Crassi cos. a. 659 et C. Coelii Caldi cos. a. 660. — In restituendis fastis versatus sum ita, ut litteris minoribus adscriberem fragmentum iam notum, partes expletas minoribus inclinatis indicarem. De singulis cf. commentarius in C. I. L. vol. I propositus.

a. 655	*M · ANTONIVS · M · F · M · n*	a. po*stumius ... f. ... n. albinus*
656	Q · CAECILIVS · Q · F · Q · N · M*e*tellus nepos	t. didi*us t. f. ser. n*
657	CN · CORNELIVS · CN · F · CN · n. lentulus	p. licin*ius m. f. p. n. crassus*
	CENS · L · VALERIVS · L · F · *l.* n. flaccus	m. antoni*us m. f. m. n. l. f. lxu*
658	CN · DOMITIVS · CN · F · CN. n. ahenobarb	c. cassius l. *f. ... n. longinus*
659	L · LICINIVS · L · F · C · N · crassus	q. mucius p. f. *p. n. scaeuola*
660	C · COELIVS · C · F · C · N · caldus	l. domitius cn. *f. cn. n. ahenobarbus*
661	C · VALERIVS · C · F · L · n. flaccus	m herennius ... *f. ... n*
662	C · CLAVDIVS · AP · F · c. n. pulcher	m. perpenna m. *f. ... n*
	CENS · CN · DOMITIVS cn. f. cn. n. ahenobarb	l. licinius l. *f. ... n. crassus abd*
663	L · MARCIVS · Q · F · Q · n. philippus bellum marsicum	sex. iulius c. f. ... *n. caesar*
664	L · IVLIVS · L · F · S*ex.* n. caesar	p. rutilius l. f. l. n. *lupus*
665	CN · POMPEIV*s sex.* f. cn. n. strabo	l. porcius m. f. m. *n. cato in pr. occ. e*
	CENS · P · LICI*nius* l. f. p. n. crassus	l. iulius l. f. sex. n. *caesar*
666	L · CORNE*lius l. f. p. n. sulla* qui postea *felix appellatus est*	q. pompeius *q. f. ... n. rufus in mag. occ. e*
667	*cn. octavius cn. f. cn. n. in mag.* occ. e	l. cor*nelius l. f. l. n. cinna coact.* *abd. in e. l. f. e*

W. Henzen.

Consules et censores ut ipsi omnes noti sunt, ita quae de stemmatis nobilium familiarum adhuc noramus, hoc novo invento aliquantum augentur.

1. M. Antonius orator natus a. 611, consul a. 655, censor a. 657 iam intellegitur fuisse Marci filius Marci nepos. Pater alibi non memoratur; avum probabile est temporum rationibus subductis esse tribunum plebi a. u. c. 587 (Polyb. 30, 4, 6; Diodorus p. 515; Liv. 45, 21. 40).

2. Cn. Cornelius Lentulus consul a. 657, si fuit Cn. f. Cn. n., ut nunc eum fuisse apparet, de patre auctores tacent, nisi is fuit Lentulus praetor Siciliae c. a. 620, avum probabile est fuisse Cn. Lentulum cos. a. 608.

3. L. Licinium Crassum natum a. 614, cos. a. 659, notum oratorem patrem habuisse Lucium antea constabat ex fastis eisdem a. 662; avum fuisse C. Licinium nunc comperimus. Patris rerum auctores non meminerunt; avus sine dubio consul est a. 586.

4. C. Coelii Caldi cos. a. 660 pater item Gaius notus fuit ex titulo Campano C. I. L. 1, 571; avus eiusdem nominis nunc demum innotescit. Ipsi praeterea ignorantur; novus enim homo Caldus fuit (Drumann 2, 409).

5. C. Valerii Flacci cos. a. 661 maiores adhuc ignorabantur. Patris Gai memoriam aliam non inveni; avus Lucius consul est opinor a. 602.

TH. M.

ADDITAMENTVM

AD TABVLAS TRIVMPHALES CAPITOLINAS

(ad vol. I p. 460).

Fragmentum actorum triumphorum annorum 643—650 Varr. effossum die 15 Octobris a. 1878 '*sul pavimento della via sacra presso il sito dell' arco Fabiano*' Lanc., Fior. (i. e. prope aedem SS. Cosmae et Damiani, ubi detecta sunt rudera quaedam vetusta, quae ad arcum Fabianum videbantur referri posse).

B · QVINT
VSVS · A · ƉCXLIII
IS · MACEDONIBVS · Q · K · MAI
AEPIO · PRO · A · ƉCXLVI
TERIORE · V · K · NOV
L · NVMIDIC · A · ƉCXLVII
REGE · IVGVRTHA

COS · A · ƉCXLVII
K · SEXT
CXLIX

Descripsi sociisque Instituti archaeologici proposui exemplum expletum in tabula depictum; inde descriptum Iulius de Laurière communicavit cum Herone de Villefosse, qui nescius, ut videtur, unde traxisset amicus, edidit enarravitque in ephemeridis *Revue archéologique* 37 (1879) p. 40 seq. Publicarunt Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 250; Fiorelli *notizie* 1878 p. 342; Gori *archivio* III p. 53, quod exemplum etiam Villefossius adhibuit.

Frustulum recens effossum in tabulis actorum triumphalium continuo sequitur fragmenta C. I. L. n. XXIV. XXV, quae et ipsa inde explentur. — In restituendo monumento litteris maioribus inclinatis significavi partes ex illis desumptas, minoribus inclinatis supplementa aliunde petita.

a. 643 *M · CAECILIVS · Q · F · Q · N · METEllus pro aN · ÐCXLII*
cos. EX SARDINIA idib. quinTIL
c. caecilIVS · Q · F · Q · N · metell. caprar. an. ÐCXLII
*procos. ex thraecia idi*B · QVINT
a. 644 *m. liuius c. f. m. n. d*RVSVS · A · ÐCXLIII
*procos. de scordisc*EIS · MACEDONIBVS · Q · K · MAI
a. 647 *q. seruilius q. f. . . n. c*AEPIO · PRO · A · ÐCXLVI
*cos. ex hispania ul*TERIORE · V · K · NOV
a. 648 *q. caecilius l. f. q. n. metel*L · NVMIDIC · A · ÐCXLVII
*procos. de numideis et r*EGE · IVGVRTHA
. . . .
a. 648 *m. minucius q. f. . . . n. rufus pro*COS · A · ÐCXLVII
de scordisceis et triballeis . . K · SEXT
a. 650 *c. marius c. f. cos. II de numideis a. d*CXLIX
et rege iugurtha k. ian.

a. 643 De triumphis Metellorum Marci cos. a. 639, Gaii cos. a. 641 cf. Velleius 2, 8: *circa eadem tempora duo Metelli fratres uno die triumpharunt*, et errans de anno Eutropius 4, 25: *C. Caecilio Metello et Cn. Carbone cos.* (a. 641) *duo Metelli fratres eodem die alterum ex Sardinia, alterum ex Thraecia triumphum egerunt.* Cf. C. I. L. 1 p. 463.

a. 644 De M. Livio Druso cos. a. 642 cf. Livii epit. 63: *Livius Drusus consul adversus Scordiscos gentem e Gallis oriundam in Thraecia feliciter pugnavit*; paullo accuratius Florus 3, 4, 3—5: *saevissimi omnium Thracum Scordisci fuere. Didius* (praetor a. 640) *vagos et libera populatione diffusos intra suam repulit Thraciam, Drusus ulterius egit et vetuit transire Danuvium*, et Sex. Ruf. 9: *M. Didius vagantes Thracas repressit. M. Drusus intra fines proprios continuit.* De consule M. Livio egit Borghesi op. 5 p. 314. Liviorum familiam honoratam esse triumphis tribus notavit Suetonius Tib. 3; numerabamus adhuc duos a. 535 et a. 547 (cf. Mommsen *röm. Forsch.* 1 p. 74), tertius nunc demum innotescit.

a. 647 De vita Q. Servilii Caepionis cos. a. 648 breviter Val. Max. 6, 9, 13: *Crassum casus acerbitate Q. Caepio praecurrit. Is namque praeturae splendore, triumphi claritate, consulatus decore, maximi pontificis sacerdotio, ut senatus patronus diceretur, assecutus in publicis vinculis spiritum deposuit, corpusque eius funesti carnificis manibus laceratum, in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum est.* — De direptis thesauris a Tectosagis Tolosae depositis cf. Strabo 4 p. 188 C et Iustinus hist. 32, 3; de bello feliciter in Hispania gesto Eutropius 4, 37: . . . . *a Minucio Rufo in Macedonia Scordisci et Triballi et a Servilio Caepione in Hispania Lusitani victi sunt.* — Pro consule, non pro praetore

Caepio cur censendus sit provinciae praefuisse, ostendit Mommsen *Staatsrecht* 2^2 p. 628.

a. 648 Q. Caecilius Metellus qui postea Numidicus appellatus est, consulatum gessit a. 645: cf. de eo ad fast. cons. a. 645 et Drumann 2, 37, 23. De rebus ab eo in Numidia gestis dicit Sallustius Iugurtha 43 seq. Triumphum, de quo ipse ad populum dixit (Gell. 12, 9) cuiusque praeterea mentio est apud Velleium 2, 11 et Eutropium 4, 39, errore tributum esse a. 647 (cf. Fischer *Zeittafeln* p. 159) ostendit fragmentum hoc[1]).

a. 648 Triumphus Minucii Rufi cos. a. 644 commemoratur a Velleio 2, 8: *Minucii, qui porticus, quae hodie celebres sunt, molitus est, e Scordiscis triumphus fuit.* De rebus ab eo gestis Livius epit. 65: *M. Minucius proconsul adversus Thracas prospere pugnavit*; Florus 3, 4, 5: *Minucius toto vastavit Hebro (Scordiscos), multis quidem amissis, dum per perfidum glacie flumen equitatur*; cf. Sex. Ruf. 9. Ad Scordiscos addit Triballos Eutropius 4, 37: *a Minucio Rufo in Macedonia Scordisci et Triballi .... victi sunt.*

a. 650 De triumpho huc referendo dubitari nequit: cum enim kalendis Ianuariis anni 650 (= 649 Cap.), quibus alterum consulatum iniit, triumphum egisse constet Marium, ante hunc alius eo anno non potest inscriptus fuisse. Cf. Sallust. Iug. 114: *kalendis Ianuariis magna gloria consul triumphavit*, et Plut. Mar. 12: *Μάριος ἐκ Λιβύης μετὰ τοῦ στρατεύματος διακομισθεὶς αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουαρίαις .... τήν τε ὑπατείαν ἀνέλαβε καὶ τὸν θρίαμβον εἰσήλασεν.* — Praenomen patris Marii tradidit Plutarchus Mar. 3.

W. HENZEN.

[1]) [Confirmatur hoc testimonio quod olim docui hist. Rom. 2^6 p. 146, anno 647 non Marium, sed Metellum in Africa exercitui praefuisse, Marium ei successisse aut eo anno exeunte aut principio sequentis. Nam Metellum post reditum statim triumphasse dubium non est. TH. M.]

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOL. VI PARTEM PRIMAM.

PARS PRIMA.
Inscriptiones sacrae.

719 parva basis marmorea; remanent vestigia pedum Aesculapii et fortasse Telesphori. Reperta in coemeteriis urbis Mar. 9130; Velitris in museo Borgiano idem 9125. 9130 *Arv.* Card., qui exeunte saeculo XVIII Velitris repertam esse refert, errore, ut videtur. Nunc in museo Neapolitano.

IVSSVS · ASCVLAPIO · C · CEL *sic*
SINIVS · MARTINVS

Descripsit Mommsen I. N. 6752. Marini Vatic. 9125 f. 79, 9130 f. 215, *Arv.* p. 26; Cardinali *iscr. Velit.* 11, 6; Fiorelli *catal.* 18.
1 AESCVLAPIO Mar. *Arv.* et Card. perperam.

---

720 quem titulum n. 3672 proposui: ALBSI PATRE, negans de origine urbana constare, eum Garrucci syll. n. 2298 testatur esse Amiterninum; cf. vol. IX n. 4177.

---

721 fragmentum marmoreum: in vinea Randaninia via Appia.

p OMPONIV*s*
VS · IVSSV · FECIT
*ar*AM · APOLLINI
O · DEO · DONVM
(?) *crate*RAM · MISCENT

Descripsit Gatti.

722 ad n. 69. Nunc est in museo Britannico. Descripsit Hübner. Ellis 2, 275. *Ancient marbles* X, 132 tab. 53, 1. Vv. 3. 4 sunt:

BONÁE · DEAE · ANNIA
NENSI · SANCTISSIM

---

723 tabella marmorea. Rossie Priory in Scotia.

BONA DIÆ
CASTRESI · S
GEMELLVS · N

Descripsit Michaelis. Kinnaird *notes and reminiscences of Rossie Priory* (Dundee 1877, 4) p. 21 n. 104.

3 ex. AV Kinn.

723*a* ara marmorea in vinea quadam prope arcum *di S. Lazzaro* in via *di porta S. Paolo.*

BONAE · DEAE
GALBILLAE
ZMARAGDVS
CAESARIS · AVG
VILICVS
HORREORVM
GALBIANORVM
COH · TRIVM · DD
CVM · FENIA · ONESIME

Descripsit Henricus Stevenson mense Ianuario a. 1880.

[Bona dea inter deas eodem fere loco est, quem inter deos obtinet Genius loci, et ad aedificia potissimum refertur: quo pertinent *Bona dea restituta*, cui commendatur *tutela insulae Bolani* (vol. VI n. 67), *Bona dea castri fontanorum* (ib. n. 70), *Bona dea Annianensis* (ib. n. 69 cum add. supra relatis), id est domus Anniorum, denique *Bona dea* haec *Galbilla* horreorum Galbianorum. — Horrea haec fuerunt sub Aventino prope montem Testaceum, quo ipso loco ara haec emersit. Th. M.] Fuisse ea iam aetate Caesaris Augusti titulus confirmat contra catal. imp. apud chronogr. a. 354 p. 647 ed. M. et Iordanum *topogr.* 2 p. 68 seq. 104; docuerat iam Porphyr. ad Hor. carm. 4, 12, 18 relatis ad Galbam quendam horreis Sulpiciis ibi commemoratis. Pertinebant autem eo tempore ad cohortes tres quae possunt fuisse cohortes urbanae, quas narrat Tacitus (ann. 4, 5) imperante etiamtum Tiberio in urbe certe tres numero fuisse, cum essent cohortes praetoriae novem, vigilum septem. [Explicat igitur titulus aliquatenus quod significabat in altero anni 159 (n. 338) memoratum *sodalic(ium) horr(eorum) Galban(orum) cohort(ium)*. Cohortes autem urbanae qua ratione potissimum ad horrea illa per-

tinuerint, in coniectura positum est; mihi videntur hoc loco castra urbana fuisse. Verum est quarto saeculo cohortes urbanas in foro suario excubias egisse teste titulo n. 1156; sed haec castra iam ea fuisse crediderim quae instituit Aurelianus. Vide quae de castris urbanis exposui *Staatsrecht* 2², 1021. Th. M.]

723*b* ad n. 103. Titulos repetens Iordan ephem. 3 p. 268 n. 3 cum uberius de iis disputat, tum ex schedis nostris quae de dispositione titulorum testes dicunt proponit ratione paullo commodiore quam dicit. Nec tamen, quantum videmus, quidquam ad ea quae nos dedimus aut addit aut corrigit.

---

724 ad n. 146: SEX·AVDIENVS·C·L·FERONIAE·D·L·M. Hunc titulum Mommsenus monuit restituendum esse Trebulae Mutuescae (vol. IX n. 4873); verba Fabrettii quae adscripsimus non ad hunc titulum pertinent, sed ad eum qui apud Fabrettium praecedit (VI, 971).

---

725 *plinto di statuetta in marmo — estratto dal fondo del fiume, quasi dirimpetto lo sbocco della cloaca massima — incisa nella costa.*

A · HERENNVLEIVS · SOTERIC
CEPIO · BASIM · POSVIT · DEAE · FLORAE · L
VD . . . . . .

Fiorelli *notizie* 1879 p. 268.

---

726 ad n. 152. Titulus Hispanus est vol. II n. 2694; cf. add. p. 709 et ephem. II p. 242.

---

727 basis marmorea. In villa Buonaparte.

FORTVNAE
PIENTIANAE
FELICITER

Descripsit Tomassetti.

---

728 n. 195 esse Praenestinam origine monuit Dessau; edita est a Vulpio Lat. 9, 133.

728*a* ad n. 204. Dedit mihi Lanciani ut nuper denuo repertam in destruenda domo in platea Montanara. Est in ara marmorea alta m. 0,60, lata m. 0,27.

729 collocata a Passioneio cardinali in secessu Tusculano Acc. Pass. '*Marini in villa Schrimiti ovvero de' Ferrari avanti il casino nello stallo*' Fea. Videtur esse urbana.

FVLGVR
CONDITVM

Saggi di dissert. dell' accad. Etrusca (R. 1751) p. 186; Passionei 8, 21 (inde Donati 65, 8); Fea sched. 58 manu Mariottii.

---

729 *a* ad n. 236. Primus proponit Fulvius antiq. l. 4 f. 84' ed. 1527 inventam dicens ut Marliani 'sub Aventino inter ripam tiberis et testaceum montem ... hoc anno in vinea Marcelli de Capozucchis'. Lectio a nostra non differt.

---

730 n. 246 esse origine Lanuvinam probant schedae Feae.

---

731 ara marmorea reperta ad montem qui dicebatur Iustitiae d. 24 Apr. 1877.

L · ANTONIVS
CARICVS · HERCVL
D ARAM D
aper IMP · T · AELIO · ANTON *aper*
PIO · $\overline{III}$ · M · AELIO
AVRELIO · CAESARE · COS a. 140

Descripsit nobis P. Aloisius Bruzza. Fiorelli *notizie degli scavi* 1877 p. 84; Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 6.

Puncta plurima omiserunt Fior. et Lanciani. — 4 ANTON iidem, ANTON Bruzza.

---

732 '*in un frammento di base, trovato nell' isolato XXIX dell' Esquilino, che conserva parte di tronco ricoperto da panneggio ed il piede destro di una statua virile*' Fior. '*Trovato presso la sala dipinta dei giardini di Mecenate in via Merulana*' Lanc.

he|RCVLI AVRELIVS
|OR
laetus |LIVES · VOT · SOLVIT

Fiorelli *notizie degli scavi* 1877 p. 11; Lanciani *bull. arch. municip.* 1877 p. 7.

---

733 anaglyphum marmoreum in quo visitur Hercules stans inter arborem cinctam serpente, hydram et leonem, effossum in area fossae Servianae, cum destrueretur mons, qui dicebatur Iustitiae.

· DEO · HΘERCVLI *sic*
· LEONTIVS · FEC

Descripsit Bruzza. Edidit Fiorelli *notizie degli scavi* 1877 p. 207.

734 tabula quadrata lapidis Tiburtini alta et lata m. 0,34, crassa 0,085 litteris vetustis parum diligenter incisis. Servabatur in aedibus n. 42 viae *del principe Amedeo* prope stationem viae ferreae; effossam esse in iaciendis fundamentis aedium praefecti aerarii publici (*ministero delle finanze*) coniecit LANCIANI; nunc extat apud collegium ad curanda monumenta antiqua a municipio urbano institutum in tabulario in repositis.

PVBLICIA · L · F
CN · CORNELI · A · F · VXoR
HERCOLE · AEDEM
VALVASQVE · FECIT · EADEMQVE
EXPOLIVIT · ARAMQVE
SACRAM·HERCOLE·RESTITV
HAEC · OMNIA · DE · SVO
ET·VIREI·FECIT
FACIVNDVM · CVRAVIT

Descripsimus ego cum Augusto Mau et Iosepho Gatti a. 1878, Ioannes Schmidt a. 1879. Edidi in *bull. inst. arch.* 1878 p. 102; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 94, 1.

4 AEDEMQVE errore typothetae *bull. inst.* — 8 FECIT errore scriptum deinde erasum est, ut loco eius poneretur v. 9.

735 n. 326 est Tiburtina origine. Exhibent Revillas sched. A p. 14; Vulpi Lat. 10, 154.

736 n. 329 nunc inserta est parieti impluvii aedium propagandae fidei, ubi vidit Bormann. Is descripsit sic:

HERCVLES
NVICTE · SAN
TE · SILVANI · NI
FOS · HIC · AD/I
NISTI · NE QVI
IIC · FIAT · MAL/
G P R F

Idem legit:

Hercules invicte, sancte Silvani nepos,
hic advenisti; ne quid hic fiat mali!

quibus versibus senariis expressi sunt noti versus Graeci (Kaibel epigramm. n. 1138):

ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.

G(enio) p(opuli) R(omani) f(eliciter).

Cf. *bull. dell' inst.* 1879 p. 43, ubi Bormann probare studuit, qui in hoc titulo dicatur Hercules esse imperatorem Commodum. Id ipsum non improbavit Mommsenus; sed avum Herculis negavit ita recte explicari, ut Bormannus voluit, ut Commodi magis quam Herculis ipsius avus Silvanus habeatur; immo fuisse videri aliquam fabulam, cuius vestigia praeterea non supersint, qua Herculis mater diceretur esse filia Silvani.

737 fragmentum tabulae marmoreae. In agro Verano effossum *'sotto il fondamento del lato meridionale del convento de' cappuccini annesso alla basilica di S. Lorenzo fuori le mura'* Lanc.

A E D I C*ulam*
IOVIS · ET ·
ITEM · IO*uis*
D O L C H E*ni* *sic*
T R I C L I N V*m* *sic*
ET · RELIQV*a*
M A I O R
GENIO · N ·
P · AELIVS · M
LEG · X · GEM

Descripsi. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 164.

---

738 in coemeterio Callisti.

O I C L R
I O V E · A
M A X I M O
F · C

Descripsit de Rossi.

---

739 ara rudis in museo Panormitano, olim Neti in museo Astuti.

aquila
I O M
P R O S A L V T E
I M P · A V G · N ·
T V R M A · M A X I
A V R E L · S Y R V S
C E R A · C A N D I D I A N A
ALLEC · EX PROVINCI*a*

Descripsit Mommsen.

[Cum probabile sit turmam, cuius eques hanc aram posuit, fuisse singularium Augusti, turma autem fuerit hominum XXXII praeter decurionem, crediderim matriculas turmales ternis paginis sive ceris perscriptas fuisse hominum denorum undenorumve, singulos autem ordines principes suos habuisse, quorum unus fuerit Candidianus. Id quod additur hunc militem *allectum* esse *ex provincia,* ut novum est, ita componendum cum titulis equitum singularium *adlectorum ex ala* aliqua (ut n. 3255 al.) indeque colligendum hunc praeter morem tironem inter equites singulares admissum esse. Th. M.]

740 n. 385 vidit in impluvio aedium collegii propagandae fidei denuo Bormann, cf. *bull. dell' inst.* 1879 p. 40. Post versum octavum erasus est diligenter versus unus, quem certum est fuisse fere hunc:

cum cn. calpurnio pisone conlega

Piso cum a. 20 apud senatum accusatus sibi mortem conscivisset, Tacitus ann. 3, 17. 18 narrat Aurelium Cottam consulem censuisse *nomen Pisonis radendum fastis,* sed Tiberium ita sententiam mitigasse *ne nomen Pisonis fastis eximeretur.* Nec tamen mirum nomen erasum esse in eiusmodi basi, quae monumentum esset ludorum ex senatus consulto pro reditu Augusti ab ipso Tiberio factorum.

---

741 fragmentum epistylii marmorei adhibitum liminis instar pedibusque attritum, effossum via Merulana prope aulam pictam hortorum Maecenatis.

IOVI SILVANO
uoto SVSCEPTO SELEvCV*s*

Fiorelli *notizie* 1877 p. 111; Lanciani *bull. arch. municip.* 1877 p. 7.

---

742 fragmentum tabulae marmoreae effossum in horto conventus S. Eusebii Lanc. Nunc servatur in Capitolio in repositis in tabulario.

a
in adversa:

//////////
·SEVER·ET·
*c*ONLAP·SVM
) · SACERDO
AVR·GAIVS
COLLEGIS·
////////////////
///////

b
in aversa litteris minus accuratis:

...II
IANI
*ba*SSVS·ET
CVM FILIO *ex praecepto*
IOVIS O*ptimi ma*
ximi DOLECENI *in hono*
rem DOMI DI*uinae*
VETVSTATE *conlapsum*
*res*TITVERV*nt*

Descripsit Io. Schmidt, contuli ectypum. Lanciani apud Fiorellium *notizie* 1877 p. 266, *bull. arch. comun.* 1877 p. 163. 164.

a 1. 7. 8 scalpro erasi. — *b* 6. 7 supplevit Mommsen, potest fuisse etiam *pro salute.*

---

743 in saeptis tributis.

I·O·M·D
ET · SOLI
SACRVM

Gudius ms. 665, 5, ed. 2, 9.

744 fragmentum tabulae marmoreae litteris parum bonis, effossum in urbe loco ignoto, est apud Henricum Dressel.

C · EPIDI|*us c. l. ....*
LARIBVS| *quas*
VOVIT · SE|*ruus imagines*
AVREAS · PC|*ndo*
Ɔ · IIII · LIBER · S|

Descripsi.

Supplementum *se*[*rvus*] v. 3 invenit Gatti. — 5 in. est nota sicilici. — 5 ex. potest fuisse verbum solvendi vel *sua pecunia fecit* vel simile quid.

---

745 ara marmorea ornata alta m. 1,05 reperta in foro m. Aprili a. 1879.

aquila
LARIBVS
urceus AVG *patera*
SACRVM

Descripsit Schmidt. Fiorelli *notizie* 1879 p. 114 *c.*

---

746 tabula marmorea longa fere m. 1, alta m. 0,50, reperta m. Iunio 1878 ante porticum basilicae S. Pauli via Ostiensi, ubi adhuc servatur in coenobio adnexo.

LARIBVS · AVG · ET| · *genio*
im|P · CAES *m. aureli seueri alexandri p*II · FELC|*is aug. pont. max. trib. pot. II cos. p. p*
AEDICVLAM · REG · VIII · VICO · VESTAE |*Vetustate conlapsam*
A SOLO PECVNIA SVA RESTITVER|*unt magistri anni CCXXX(?) .....*
NIVS PIVS L · CALPVRNIVS FELIX| .... *per*
C · IVLIVM · PATERNVM PRAEF · VIGIL EM| ... *l. mario maximo II*
L · ROSCIO AEL|*iano cos* a. 223
CVRANTIBVS · M · SERVILIO · CRISPO · ET · M · SERV|*ilio* ....

Dedit mihi P. Gregorius Palmieri Benedictinus, ipse contuli et edidi in *bull. dell' inst.* 1878 p. 141; Lanciani apud Fiorellium *notizie* 1878 p. 235 et *bull. arch. comun.* 1878 p. 130, 106; Gori *archivio* 1879 p. 238.

4 annum 230 restitui propterea, quod collegia vicomagistrorum plurima a. u. c. 747 instituta esse constat; cf. hoc vol. ad n. 454. — 6 *C. Iulius Paternus* potest fuisse is qui procurator in provincia Dacia pro salute Caracalli et Iuliae Domnae aram dedicavit Herculi (C. I. L. 3, 1565). — *em*(*inentissimum*) [*v*(*irum*)] dubitans supplevit Mommsen; nam cum praefectus vigilum proxime accedat ad praefecti praetorii locum, potuisse et ipsum consimili honoris gradu aliquando certe impertiri.

747 fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0,39, latum m. 0,35 effossum m. Iulio a. 1878 metris 109 ab arcu Constantini in via S. Gregorii, in construenda cloaca; post translatum in tabularium Capitolinum.

la|RIBVS · A|*ugustis et genio*
imp. caesaris m. a|VRELLI · SE|*ueri alexandri pii fel. augusti*
pontificis maxi|MI · TRIB · PO|*test. .. cos. p. p. aediculam*
reg .... uico ... R|VINA · DILAPSA|*m a solo restituer. magistri*
*anni .... qui infra s*CRIPTI SVNT ❧ M · AE . . . .
. . . . ALLVS · M · AEMILIVS . . . .
VI · KAL · I....

Fiorelli *notizie* 1878 p. 236; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 130, 105 et expletum p. 239: solos vv. 1—4 descripsit Schmidt.
7 postmodum graphio exarata; ex. I Lanc. p. 239, A id. p. 130, Fior.

747 *a* ad n. 486. Hirschfeld monuit esse Gallicam.

748 '*ara di travertino, ornata di pulvini, alta met. 1,15, larga met. 0,58, trovata il giorno 20 gennaio in quella parte del campo santo* (in agro Verano prope S. Laurentii) *che più si avvicina alla tenuta del Portonaccio, ed a met. 200 di distanza dalla via tiburtina. È ancora murata sopra un piedistallo di opera a sacco*'.

SACRVM
MATRI
DEVM

Lanciani *bull. arch. comun.* 1878 p. 95, 2.

749 ad n. 518. V. 2 corr. MV·N pro M·N errore librarii in textum admisso.

750 cippus marmoreus, videtur esse urbanus.

NVMINI
DOMVS
AVGVST*ae*
OP·PL·P

Ex schedis Cassiani dal Pozzo, quae servantur Londinii apud Franks.
3 AVGVSTI· traditur. — 4 quid significet non perspicimus.

751 n. 547 loco non indicato refert iam Zaratinius Castellinius Vallicell. R. 26. Fuit postea Neapoli in vinea Didaci Mazae teste Maza in schedis Muratorii Mut. olim 18, 224, unde ed. Mur. 1984, 5 (inde Mommsen I. N. 2599). — Titulum urbanum esse constat inde, quod nec Castellinius habet inscriptiones Neapolitanas ullas, et Maza in urbe emit titulos multos. — 1. 2 NYMPHARV · AQVA Cast., NYMPHARVM | M · VA Maz. — 2 AVGGG idem.

752 tabula ex lapide tophaceo litteris parum bonis effossa extra portam Salariam in fundo *Procojo nuovo* principis Altieri in ipso agro.

HVC HVC QVISQVIS ES IN DEI SALACIS
DEVERTI GRAVE NE PVTA SACELLVM
ET SI NOCTE FVIT PVELLA TECVM
HAC RE QVOD METVAS ADIRE NoLI
ISTVC CAELITIBVS DATVR SEVERIS
NOS VAPPAE SVMVS ET PVSILLA CVLTI
RVRIS NVMINA NOS PVDORE PVLSO
STAMVS SVB IOVE COLEIS APERTIS
ERGO QVILIBET HVC LICEBIT INTRET
NIGRA FORNICIS OBLITVS FABILLA

Descripsi ex ectypo chartaceo dato a P. Bruzza.

Est carmen idem in Priapeis n. XIIII, ed. Buecheler post Satiras Petronii Arbitri p. 138.

4 ex. *non est* libri scripti; *noli* quadratarius errore aperto.

Huc, huc, quisquis es, in dei salacis
deverti grave ne puta sacellum;
et si nocte fuit puella tecum,
hac re quod metuas adire [*non est.*]
istuc caelitibus datur severis;
nos vappae sumus et pusilla culti
ruris numina: nos pudore pulso
stamus sub Iove coleis apertis.
ergo quilibet huc licebit intret,
nigra fornicis oblitus fabilla.

---

753 ad n. 603. Est Portuensis effossa a. 1865, edita a Lanciano *ann. dell' inst.* 1868 p. 192.

---

754 ad n. 620. Extat Cusercoli in aedibus del Bagno, ubi descripsit Bormann.

---

755 magna basis marmorea visa a Gattio iacens in horto adnexo aedi S. Sabae in Aventino, post collocata in porticu aedis.

SIL|*vano*
CASTREN|*si ....*
CARPO|*phorus*
urceus GAETVLICI|*aug. n*
DISPENS · VIC
D ꝺ D

Descripsit Gatti ediditque *bull. arch. comun.* 1878 p. 29.

4. 5 intelligendum *Gaetulici Aug. n. dispensatoris vicarius.*

756 ad n. 663. Reperta est non longe a Sublaqueo, ubi extat in hortulo monasterii S. Benedicti. Edita est etiam in mea sylloge n. 5752.

---

757 reperta a. 1758 in monte Mario.

SILVANO SANCTO
SACRVM
T · FLAVIVS ANICETVS
LOCVM ITA VTI DETERMINAT
EST FECIT ET PVBLICAVIT

Danzetta in schedis Vaticanis.

---

758 Romae rep. a. 1727, extat Argentorati in museo Schoepflini.

D · S · P ·
A R A M
S · D ·
ATTILIA · L · L
HELENA

Schoepflin ad Hagenbuchium 1745, 27 et Alsatia I p. 605.
1 *d(e) s(ua) p(ecunia)*, 3 *S(ilvano) d(eo)*.

---

759 ad n. 3720. Est ara marmorea alta m. 1, lata m. 0,40, crassa m. 0,35, dicebatur reperta esse prope portam S. Sebastiani et extabat via *di S. Giovanni decollato* n. 10 prope aedem S. Eligii *de' ferrari*.

SOLI · LVNAE
APOLLINI · DIANAE
TI · CLAVDIVS
POLLIO
PROC · AVG
X̄X̄ · HEREDITATIVM
urceus PROC · ALPIVM *patera*
GRAIARVM
FLAMEN · CARMENTALIS
PRÁEF · GENTIVM · IN · ÁFRICÁ
*pr*AEF · ÁLAE · FLAVIÁE · MILLIÁRI*ae*

Horatius Marucchi apud Armellini *cronichetta* 1878 p. 90.
Esse Claudium Pollionem, de quo agitur Plinii epistula VII, 31 (cf. index Mommsen. p. 406) observavit Hirschfeld *Verwaltung* in indice p. 306.

---

760 ad n. 710. Titulus, quem Knibbius (inde Grut.) et Castalio in latere dextro fuisse referunt, vere incisus est in parva basi marmorea affixa hodie muro in aedibus Rinuccinorum Florentinis. Descripsimus aut contulimus Bormann, Mommsen, ego.

761 fragmentum basis marmoreae, repertum in destruendis aedibus viae *Lungaretta* inter n. 47 et 48 Bruzza; '*estratto dal fondo del fiume quasi dirimpetto allo sbocco della cloaca massima*' Fior. Deinde translatum in impluvium S. Franciscae Romanae ad forum, servatur nunc in museo Tiberino recens instituto.

*d*EO · SOLI · INV*icto*
MALACHIBE*lo* *sic*
AELIVS LON
? · FRVMENT
5 *pr*O SALVTE
..IAE
NI..

Descripsi. Dedit etiam P. Aloisius Bruzza; Fiorelli *notizie* 1879 p. 218.

Deus *Malachbelus* est in inscriptione Palmyrena tituli n. 710.

762 basis parva semirotunda reperta in monte Quirinali in via Mazarini in Mithraeo exiguo.

T CAMVRENVS PHIL
ADELFVS INVICTO
MITHRAE D · D PER
NO FYRMVM PA *sic*

Descripsi.

4 intellegendum *No*(*nium?*) *F*[*i*]*rmum pa*(*trem*).

763 duo fragmenta marmorea facile eiusdem lapidis litteris detritis. Tibure in ecclesia S. Mariae *del Carmine* (olim S. Petri) pavimento inserta. Marmora pavimenti huius dicuntur esse urbana.

a

L //////
SO /////
INVICTO *mi*
IRHFSAIV

b

DOLIC AV(
CIT PIVS I · V
EI · L · CATTIVS C
SACERDOS V

Descripserunt Dessau a. 1878 et Stevenson. Exhibet Suaresius Vat. 9140 f. 203.

Cogitavi *a* 4 de *salutari*, *b* 1 de [*iovi*] *dolic*(*heno*) *Aug*(*usto*).

764 ad n. 3731. Errore typothetae excidit v. 3:

ET · CONSERVATRICI · MEAE · D · D

765 ad n. 789. Est origine Ostiensis edita a Fea *viaggio ad Ostia* (1802) p. 49 et ab aliis.

766 cippus marmoreus altus m. 0,60, latus m. 0,37, effossus in muro quodam ad angulum villae Casertae, cum via Merulana loco depresso sterneretur.

VOLCANO
urceus *patera*
SACRVM

Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 162 et apud Fiorellium *notizie* 1877 p. 267.

767 pars inferior arae marmoreae alta m. 0,55, lata 0,33, crassa 0,30, effossa m. Februario a. 1877 in destruendo monte qui dicebatur Iustitiae.

. . . . ONIVS
FRVCTOSVS *sic*
IMM · PERPET
ARAM *cu*M
COL*umn*IS ET
CVLTV *isi*DIS
D D

Fiorelli *notizie* 1877 p. 82; Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 6, 1.

6 explevi dubitans. [Malim *cultum* aut *Isidis* aut *aedis*. Th. M.]

768 fragmentum arae quadratae in vinea suburbana Patrum *delle missioni* via Portuensi.

L · MINICIVS
NATALIS

V · S

Descripsit Tomassetti.

De Minicio Natali cf. nunc huius ephemeridis vol. 1 p. 251 seq.

769 ara marmorea. In S. Georgio in Velabro sub monte Palatino Smet. — In pulchro viridario pontificis Citt., in nemusculo hortorum pontificiorum Ciacc., *in belvedere* Stat., in hortis Vaticanis Lig. (Vat.). — In museo Capitolino Gvasco, ubi adhuc extat.

a in adversa:

MINISTRI · LVSTRI · SECVNDI
taurus sacrificatur Minervae

b in aversa:

. . . . CR . . IS . . MILONIS
. . . . AMPHIONIS
statua Minervae inter mulieres in ara posita

in lateribus:

c

ERILIS · M · ANTONI · ANDRONIC . .
VTILIS · C · FICTORI · FLACCI
instrumenta fabrilia et sacra

d nunc in murum inserta:

MAR . . . .
instrumenta sacra

Descripsi *a b c*. Exhibent *a b c d* Smetius f. 48, 11 (inde Grut. 116, 1) qui vidit et ex exemplari Pighiano descripsit; Ligorius Neap. l. 34 p. 164. 165 (inde Mur. 186. 187), Vatic. 3439 f. 133. 133′ (e Ligorio *a b c* Panvinius Vatic. 6035 f. 107′); Ach. Statius Vallicell. f. 28; cod. Barberin. 30, 182 f. 66. — Solas *a b c* Ligorius Vatic. 3439 f. 103; Cittadinius Vatic. 5253 f. 290′; Ciacconius Raff. f. 111′; Guasco M. C. 68.

Inclinatis dedi *d* nunc muro insertam. Eam exhibent sic: MAR . . . . . . Smet., DVILLIVS CEP | MARCELLVS Ligor. interpolatam, CHILVSIST | MARCIA D . . . Stat., . . . ITILVS | . . ARE . . ISI Barb.

770 ara ex lapide Albano litteris vetustis extracta ex alveo Tiberis '*sotto alla sponda dei Pierleoni*', deinde ad S. Franciscae Romanae in repositis, nunc in museo Tiberino.

. . . . | SACRVM
. . . . . . *u*S · T · F · COS · DE
*senati s*ENTENTIA
*fec*IT

Descripsi. Fiorelli *notizie* 1879 p. 115.

---

771 basis quadrata litteris pulchris Pigh. Smet. Ante domum non procul ab arcu Gallieni Acc., similiter ceteri.

*c*LAVDIA · P
PRO CONI*uge*
CALLISTO
IMP · CAES · NERVAE
TRAIANI · AVG · GER
DACICI · SER
AEGILIANO
V · S · L · M

Accursius Ambros. D 420 f. 9; Pighius Berol. f. 147; Smetius ed. 130, 2 (inde Grut. 130, 3) qui vidit.

1 om. Acc., CLAVDIA · P Pigh., AVDIAI Smet. — 2 PRO ON Acc., PROCON Smet., VGE addit Pigh. tamquam lectum in parte deperdita. — 4 MP Smet.

---

772 '*nella vigna del Bucca*' Lig., extra portam Salariam in vinea equitis Crescentii Cast., via Nomentana in vinea nobb. de Bolognettis Fabr. — Nunc in villa Albania. — In Quirinali Don. errore.

LICINIA · PHILETE
PRO SALVTE · SVA · ET · SVOR
D · S · P ·
plantae pedum *plantae pedum*

Descripsit de Rossi. Ligorius Neap. l. 39 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 3; ex eo Donius 1, 148, unde Mur. 110, 3, 'ex Gorio' errore); Castellinius ad exemplum Veronense Smetii f. 85'; Fabretti 472, 117; P. H. Visconti *catalogo* p. 229 n. 110.

773 '*pezzo di architrave e fregio lungo m. 0,61, crasso m. 0,075, trovato nella escavazione dello stadio palatino ..... dovea essere affisso ad una parete di quell' edifizio ellittico costruito sulla fine del secolo IV nell' area dello stadio dalla parte di occidente*' cet. LANC., '*dallo sterro della metà orientale dello stadio palatino*' FIOR. 1878.

a | *b*

OMNIPOTENTI | QVE CONSTA
S DOCTISSIM | I · IVSTI
VM · FLOREN | TIS
VR · MAXIM |

a descripsit Bruzza. Fiorelli *notizie* 1877 p. 109 solum *a*, 1878 p. 66 *a. b*; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 101, 17 *a. b*.

Hic titulum posui obsecutus iudicio Mommseni qui conicit eum numini alicui, ut *omnipotenti deo Mithrae*, quod est in Puteolana I. N. 2481 = vol. X n. 1479 dedicatum fuisse a Constantio quodam, in v. 2 autem huius parentem aliquem praedicari.

774 basis marmorea alta m. 1,06, lata m. 0,67, crassa m. 0,50 reperta a. 1880 inter basilicam Constantini et templum Romuli. Titulus partis anticae scalpro deletus est, in latere dextro supra pateram litteris parvis:

DEDIC · VIIII · K · FEB
L · TVTILIO · LVPERCO
PONTIANO
P · CALPVRNIO
ATILIANO CoS a. 135

Descripserunt Dessau et Lanciani, vidi ipse.

Hirschfeld monuit v. 1 diem esse natalem Hadriani, cf. vita c. 1; ut probabile sit titulum erasum ad Hadrianum aliquo modo pertinuisse. Nam haud ita raro dedicationem factam esse die natali imperatoris honoris eius causa, cuius rei insigne exemplum sit basis celebris tribulium (huius vol. n. 200) dedicata *XV k. Dec.*, qui est natalis Vespasiani.

PARS SECVNDA.

Inscriptiones Augustorum domusque Augustae.

775 fragmenta quinque tabulae magnae marmoreae effossa '*nel cavo per la fogna presso lo sbocco della via de' Bergamaschi in piazza di Pietra*' FIOR., reperta in destruendis fundamentis ecclesiae antiquae S. Stephani *del trullo* ad plateam *di Pietra* LANC.

*nero clau*DI | VS · TI · F
drusus
*germa*NIC | VS
*priuign*VS · AV | GVSTI
S

Fiorelli *notizie* 1878 p. 93, minus integram p. 65; Lanciani qui restituit *bull. arch. com.* 1878 p. 12, imaginem tab. II. III n. 4, minus recte referens ad titulum arcus Claudii (n. 921).

776 n. 1269 mea causa dimensus diligentissime Dressel, litteras altas summum m. 0,17 vel 0,18, cum ad versum primum tituli pertineant, cum n. 906*c* minime coniungi posse statuit contra Iordanum eph. 3 p. 263; contra litteras fragmenti *a* paullulum differre a litteris fragmentorum *b* et *c* concessit idem. — Quod autem Iordan l. c. in n. 906*a* v. 5 reiecit supplementum *in d*[*icionem* quod post *in* omissum sit punctum et proposuit *in amiciti*]*am Ind*[*os*, iusta caret causa, cum peritis notissimum sit meliore aetate praepositiones monosyllabas a suis substantivis non disiungi punctis.

777 litteris magnis et pulchris. Catanae apud Benedictinos. Videtur esse urbana.

TI CLAVDIO | *drusi f*
CAESARI · AVG · G|*ermanico*
PONTIFICI · MAX|*imo trib*
POTEST · X̄ĪĪ · IMP · |*xu ... cos* a 52/3
V̄ · P · P · CEN|*sori*

Descripsit Mommsen.

778 fragmentum basis marmoreae effossum in destruendis fundamentis aediculae antiquae S. Stephani *del trullo* in platea *di Pietra* Lanc., *trovato nel cavo per la fogna presso lo sbocco della via de' Bergamaschi in piazza di Pietra* Fior.

... CAISAR
PONTIF · MAX

Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 12; Fiorelli *notizie* 1878 p. 93.
Refert Lancianius ad Claudium, supplens v. 1 *ti. claudius drus*I · F · CAISAR.

779 basis marmorea alta m. 0,575, lata 0,695, crassa 0,675, effossa mense Aprili a. 1879 in eruderanda area inter aedem Faustinae et arcum Titi ad sacram viam.

T · CAESARI · AV*g* · *f*
VESPASIANO · IM*p*
TRIB · POTEST · CO*s*
CENSORI · DESIG a. 71
COLLEGIORV*m*
OMNIVM · SACERD*oti*

Descripsit Schmidt. Fiorelli *notizie* 1879 p. 113; Gori *archivio* 1879 p. 238; Armellini *cronichetta* 1879 p. 94.

De Caesaribus collegiis sacris maioribus omnibus ex s. c. supra numerum adlectis cf. Mommsen *Staatsrecht* 2[2] p. 1050. T. Caesarem inter sodales Augustales adlectum significant acta a. 71 (huius vol. n. 1984).

779*a* ad n. 953. De restituenda inscriptione uberius disputans Iordan formae urbis p. 28 iure refutasse nobis videtur quod in v. 2 Mommsenum secuti receperamus [*forum Mi*]*nervae.* Itaque etiam magis sequenda est restitutio a Rossio proposita. Atque imagine quam Iordan l. c. in tabula XXXVIg intervallis columnarum computatis accurate disposuit confirmatur nihil offendere in hac forma:

IMP · NERVA · CAESAR · AV*Gustus germanicus* PONT · MAX
TRIB · POTEST · III · IMP · II · *COS · IIII · P · p. aedem mi*NERVAE FECIT

780 de n. 971 intellegenda sunt verba Fabrettii, quae errore ad titulum Trebulanum (supra n. 724 = VI, 146) rettulimus 'christiani ad loculum coemeterii Callisti (intellegitur coemeterium prope S. Sebastiani) contegendum usi sunt, ibidem enim sub vinea Fidentii ad viam Appiam reperi et extraxi'.

---

781 fragmentum tabulae marmoreae litteris magnis, sed non bonis. Vesontione in museo, *collection de Mr. Paris.* Hic recepimus quod quae collegit Parisius, eum ex urbe attulisse constat. Sed cum parum credibile sit illa aetate urbanum hominem Troianum et Traianum confudisse, fortasse statuendum lapidem aliunde in urbem advectum esse.

*imp. ca*ESARI DIVI
*traiani p*ARTHIC · FIL
*diui ne*RVAE · N̄ · TROIA *sic*
*no had*RIANO · AVG

Descripsit Hirschfeld. *Catalogue de la bibliothèque de Mr. Paris* p. 199 n. 305.

---

782 '*frammento di lastra marmorea, grosso m. 0,085, lungo 0,62, alto 0,28, trovato nel mese di aprile 1878 spurgandosi la chiavica che conduceva le acque dal dinao di Adriano al chiavicone maestro della via sacra*' LANC., similiter FIOR. Nunc servatur in S. Franciscae Romanae in repositis. Litterae valde corrosae.

IMP · CAESAR
HADRIANVS · AV*g*
.... I · PON*t. max*

Descripsit Gatti. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 96, 5; Fiorelli *notizie* 1878 p. 92.

---

783 ad n. 980*a*. Esse origine Lanuvinam monuit Dessau.

---

784 ad n. 982. Est origine Tiburtina secundum Vulpium Lat. 10, 422.

---

785 ad n. 1002. Inter titulos in foro Romano repertos refert Iordan eph. 3 p. 286 n. 74 ex testimonio Ligorii in codd. Bodleiano et Taurinensi dicentis repertum ante aedem Antonini et Faustinae et nos editores reprehendit, quod verba Ligorii non integra attulimus. Sed nihil usitatius in Ligorio quam de titulis qui in aliqua domo urbana extarent fingere ubi reperti essent: et hoc testimonium eo magis spernendum est, quod et scriptum est in libris ex orthographia Manutii edita a. 1566 pendentibus, cum basis ipsa iam a. 1547 in aedibus Maffeiorum descripta et a Manutio edita esset, et consentaneum est Ligorium dicere basim Antonino dicatam repertam esse ante eius aedem.

786 ad n. 1016*a*. V. 12 errore typothetae impressum est FORICVLARI pro FORICVLIARI; cf. etiam de Rossi *piante di Roma* p. 48 n. 3.

---

787 [= n. 1016*d*] tabula magna marmorea litteris rubricatis reperta triginta circiter abhinc annis prope moenia urbis pone basilicam Lateranam. Servatur nunc in aedibus canonicorum eidem basilicae adnexis.

*imp. ca*ESAR M AVRELIVS
ANTONINVS AVG
GERMANICVS SARMAT / / / / /
/ /
/ /
/ /
HOS LAPIDES CONSTITVI IVSSIT///
PROPTER CONTROVERSIAS QVAE
INTER MERCATORES ET MANCIPES
ORTAE ERANT VTI FINEM
DEMONSTRARENT VECTIGALI
sic FORICVLI*ari et* ANSARII *sic*
P R O *mercalium* *s*ECVNDVM
ueterem legem semel dum
taxat exigundo

Descripsit Gatti a. 1879; dedit etiam Bruzza. Ed. de Rossi *piante di Roma* p. 48.

Vv. 3 extr., 4, 5, 6 et 7 extr. scalpro deleti; clare tamen vv. 4. 5 apparent vestigia nominis IMP CAES L AVRELIVS | COMMODVS AVG, et v. 7 extr. prior scriptura IVSSERVNT.

---

788 quae in inscriptione arcus Severi n. 1033 erasae sunt litterae, pro quibus repositum est P · P | OPTIMIS · FORTISSIMISQVE · PRINCIPIBVS, eas legit Bormann, cum supersint foramina, quibus immissi erant clavi quibus litterae aereae affigerentur, cf. *bull. dell' inst.* 1879 p. 40. Fuerunt autem

ET | P · SEPTIMIO · GETAE · NOBILISSIMO · CAESARI

---

789 ad n. 3768. Ab comite Tyskiewicz donata est instituto archaeologico. Litterae erasae v. 4 fuerunt

ET · L · SEPTIMI · GETAE · CAES · FILI · ET · FRATRIS

Cf. *bull. dell' inst.* 1879 p. 40.

---

790 ad n. 1038. Extat adhuc in museo Vaticano. Versum primum recens additum esse notavi, ut titulus ex numero imperatoriorum eximendus sit. Desunt puncta in v. 2 et v. 3 post AVG.

791 fragmentum tabulae marmoreae latum m. 0,70, altum 0,50, apud Schedam.

*imp. caes. m. au*RELLIO · ANTONINO
*pi*O · FELICI · AVGVST ·
parth. MAX · BRITANN · MAX ·
*germ. max. p*ONT · MAX · TRIB · POT · $\overline{XX}$ · a. 217
*imp. iii c*OS · $\overline{IIII}$ · PROCOS · P · P ·
*optimo maxim*QVE · ET · SVPER
*omnes indulge*NTISSIMO
principi

Descripsit Dressel. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 11.

792 ad n. 1049. Est origine Ostiensis edita a Fea *viaggio ad Ostia* (1802) p. 51 et ab aliis.

793 ad n. 1050. Est origine Ostiensis, ut probant schedae E. Q. Viscontii. Edidi ipse *bull. dell' inst.* 1845 p. 61 et in syll. n. 5503.

794 ad n. 1130. Fragmentum quod superest *d* (cf. addit. p. 845) paullo plenius servatum est sic:

N
SENIC
DD · NN · CONS
. . . . .

Descripsit Schmidt, contuli ipse.

Addendum praeterea fragmentum *f* effossum kalendis Maiis a. 1878 in fundamentis iaciendis aedium ad angulum viarum *di Volturno* et *Gaëta* Lanc., *nella piazzetta di Maccao, sulla linea del prolungamento della via Gaëta, è stato scoperto un brevissimo tratto sconnesso del muro interiore di sostruzione alla scarpata dell' aggere serviano, lungo m. 3,12, alto per soli tre ordini di pietre ...... Quivi pure è stato scoperto lo spiraglio di un pozzo di opera reticolata chiuso da un lastrone di travertino con foro circolare nel centro. Presso questo spiracolo giaceva un pezzo di lastrone di marmo* cet. Fior.

VVS INVICTI
FSS · ET ·

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Fiorelli *notizie* 1878 p. 131; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 g. 97, 9.

Sunt vocabula extrema vv. 1. 2.

Ad inscriptionem eandem videtur referendum esse fragmentum aliud (*g*) repertum d. 1 Maii a. 1878 '*nel demolire la cordonata della porteria di S. Susanna in piazza di S. Bernardo*' Lanc. Conveniunt enim et litterarum forma et marmor, quod in *f* m. 0,07, in *g* m. 0,075 crassum esse tradit Lancianius.

AVG · RE
A MAIE
T D

Pertinet autem ad vv. 6. 7. 8 restituendos sic (cf. Rossius in add. ad hoc vol. p. 845):

[*maximianus*] *aug. re*[*diens ex Africa sub*]
[*praesenti*]*a maie*[*statis disposuit ac*]
[*fieri iussit e*]*t d*[*iocletiani aug. fratris sui*] cet.

795 Romae in pavimento.

imp. caes. m. AVR*elio*
VALERIO · MAX*imiano*
PIO · FELICI · INVIC*to*
AVGVSTO
GEMINIVS · FESTVS · V · PAR
D · N · M · Q · EIVS

Gudius ms. 984, 3, ed. 94, 8.
5 fortasse *v(ir) p(erfectissimus) a r(ationibus)*.

---

796 fragmentum tabulae marmoreae ab utroque latere inscriptae longum m. 0,50, altum 0,45. Repertum d. 12 Ian. a. 1876 in effodienda cloaca viae Montebello, nunc in tabulario Capitolino in repositis.

a

FELICI
M · AVRELIO *antonino*
TRIB · *pot*

b

PROPAGATORI · I*mperii*
REIQVE · ROMA*nae domino*
NOSTRO · M · AVR · *val. maximiano*
PIO · FELICI · INV*icto augusto*
TRIB · P*ot*

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1876 p. 192; Fiorelli *notizie* 1877 p. 12.

a videtur praecessisse [*fortissimo ac*] *felici*[*ssimo domino nostro*] vel simile aliquid, unde constat spectasse titulum ad M. Aurelium quendam saeculi tertii.

b 5 potest excidisse consulatus.

---

797 ad n. 1141. Quonam loco fori basis sive equus Constantini steterit, docte disputavit Iordan eph. 3 p. 256.

---

798 basis marmorea alta m. 1,17, lata 0,68, crassa 0,56, effossa a. 1878 mense Octobri in foro Romano ante aedem SS. Cosmae et Damiani. — Sustinuit statuam.

TOTO · ORBE · VICTORI
D · N · CONSTANTIO · MAX
TRIVMFATORI
SEMPER · AVG
FL · LEONTIVS · V · C
PRAEF · VRBI · ITERVM
VICE · SACRA · IVDICANS
D · N · M · Q · EIVS

in latere dextro fuit titulus nunc scalpro deletus

Descripsit Gatti, contuli ipse. Fiorelli *notizie* 1878 p. 343; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 251, 118; Armellini *cronichetta* 1878 p. 172; Gori *archivio* 1879 p. 233.

De Leontio praef. urbi cf. huius vol. n. 1160.

799 basis magna marmorea alta m. 1,30, lata 0,80, crassa 0,80, litteris altis 0,06, effossa in alveo Tiberis sub arcu primo pontis Sixti. Servabatur in impluvio aedium quae fuerunt collegii Romani; nunc extat in museo Tiberino recens instituto.

VOTIS
DECENNALIBVS
DOMINI ❧ NOSTRI ❧
VALENTINIANI ❧ MAX ❧
VICTORIS ❧ AC ❧ TRIVMF
SEMPER ❧ AVGVSTI ❧

Descripsi. Fiorelli *notizie* 1878 p. 344; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 244, 12, tab. XX. XXI, 8 imaginem; Gori *archivio* 1879 p. 51.

800 basis magna marmorea alta m. 1,45, lata 1,30, crassa 1,62, litteris bonis, effossa ex alveo Tiberis sub arcu primo pontis Sixti. Servabatur in cavaedio collegii quod olim fuit Romani; nunc extat in museo Tiberino recens instituto.

IMP · CAESARI · D · N ·
FL · VALENTI · MAX · P · F · VICTORI AC ·
TRIVMFATORI · SEMPER · AVG ·
S · P · Q · R
OB PROVIDENTIAM QVAE ILLI SEMPER
CVM INCLYTO FRATRE COMMVNIS EST
INSTITVTI EX VTILITATE VRBIS AETERNAE
VALENTINIANI PONTIS ATQ · PERFECTI ·
DEDICANDI OPERIS HONORE DELATO IVDICIO PRINCIP · MAXIMOR
L · AVR · AVIANIO SYMMACHO · V · C · EX PRAEFECTIS · VRBI ❧

Descripsi. Fiorelli *notizie* 1878 p. 344; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 245, 114 cf. tab. XX. XXI, 1; Gori *archivio* 1879 p. 230.

De dedicato hoc ponte Ammianus 27, 3: *Symmachus Aproniano successit ...., quo instante urbs sacratissima ..... [ambitioso ponte exultat atque firmissimo, quem] condidit ipse et magna civium laetitia dedicavit.* Praefectura urbis functus est Symmachus a. 364. 365: in dedicatione autem pontis cum non commemoretur Gratianus declaratus Augustus d. 24 Aug. a. 367, pontem dedicatum esse ante diem hunc post praefecturam a Symmacho depositam recte statuit Lancianius l. c. [Pontis Valentiniani ante hunc lapidem inventum memoria non superfuit nisi in Mirabilibus urbis, ubi in fine indicis pontium legitur: *pons marmoreus Theodosii et pons Valentinianus.* Is ubi fuerit cum alii aliter statuerint, iam lis iudicata est, corruuntque quae de eo post alios exposuit Henricus Iordan topogr. 2 p. 196. — Verba Ammiani de ponte hoc supra uncis inclusa omittit liber Vaticanus, habet Gelenius; quem hoc certe loco librum meliorem expressisse iam constat, postquam titulus rem confirmavit. Th. M.]

801 n. 1175 v. 7 TRIB·POT·II ortum errore typothetae corr. in TRIB·POT·III; cf. Iordan topogr. 1 p. 420 adn.

802 ad n. 1176. Recognovit Dessau in latere exteriore pontis S. Bartholomaei, a parte ea quae trans Tiberim eunti dextra est, titulum in epistylio plutei inferiore uno versu dispositum (cf. imago pontis apud Piranesium *ant.* IV tab. 23 et apud Caninam loco citando), talem fere qualem vidit emendator Mazochii; singula ut accuratius conferret propter locum incommodum non successit. Dederunt Piranesi *le antichità di Roma* IV tab. 22 delineatum; Canina *edifizi di Roma antica* in imagine pontis titulum ex Piranesio repetens; Marini apud Maium vet. script. nov. coll. V p. 325 ex Grut., ut videtur.

In. GRATIANI, deinde AETERNITATE, CONSEGRATVM, VALENS · FI · GRATIANVS Piran.

Idem titulus ab altera quoque parte pontis (ea quae trans Tiberim eunti sinistra est) repetitus erat, sed decidit praeter fragmenta duo, quorum alterum sic descripsit Dessau:

VMFALIS PRINCIPIS PONTEM AI

alterum ut dignosceret, eidem non successit.

803 fragmentum columnae marmoreae repertum a. 1877 in effodienda cloaca sub angulo Septizonii Lanc. *bull.*, ad vicum S. Gregorii id. *notiz.* Servatur in tabulario in repositis.

*sa*LVIS DD NN
*u*ALENTINIA*no et ualente ....*
*f*ONTEIVS L*itorius auxentius uc. praef. urbi*
*a*RCOS TE

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Fiorelli *notizie* 1877 p. 271 descriptum a Lanciano; Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 164 restitutum.

De restituendo nomine praefecti cf. huius vol. n. 1669.

804 ad n. 3794 = 3814. Eruderatum in via *Montebello* in castris praetoriis, additis fragmentis aliis, edidit Lancianius *bull. arch. com.* 1877 p. 12. Descripsit in tabulario in repositis Schmidt, ectypum contuli ipse.

a

*h*ONORIO
S SEMPER AV*g*
S·VC·P

b

NO

c

VRBANAE
TVIT ·

Addit Lancianius in eodem marmore litterisque similibus scriptum frustulum hoc:

I I
AE · AV
D N I

a 3 extr. videtur fuisse *p*[*raef. urbi*], quamquam de littera P non plane constat.

805 ad n. 1187. Superest fragmentum in museo Neapolitano hoc:

imp|E R A T|*oribus*
dd. n|N · ARCA|*dio*
SENA|*tus*
u|I N D I|*cata*
e|T A F|*ricae*

Descripsit Mommsen I. N. 6329. Fiorelli *catal.* 1834.

---

806 ad n. 1195. Esse clausulam tituli Stilichonis (n. 1731) observavit Iordan eph. 3 p. 293.

TERMINI RIPARVM TIBERIS ET AQVAEDVCTVVM.

807 cippus ex lapide Tiburtino altus m. 0,90, latus 0,80, crassus 0,20, effossus in alveo Tiberis sub arcu primo pontis Sixti versus regionem nonam, servatur in museo Tiberino recens instituto.

EX AVCTOR*itate*
*i*MP · CAESAR*is*
VESPASIANI · AVG *p*
M · TR · P · $\overline{\text{VI}}$ · IMP · $\overline{\text{XIV}}$ · P · P
COS · $\overline{\text{V}}$ · DESIG · $\overline{\text{VI}}$ · CENS · a. 74
CAECINA · PAETV*s*
CVRATOR · RIPAR · ET
*al*VEI · TIBERIS · TERMIN
*au*IT · PROX · CIPP P C

Contuli. Fiorelli *notizie* 1878 p. 236 et 343; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 242, 109.

Caecina Paetus fuit cos. a. 70, cf. huius vol. n. 200.

---

808 cippum ad n. 1249 relatum p. 848 Lancianius *bull. arch. com.* 1876 p. 136 proponit additis ab initio verbis IVL · TEP · MAR, et expleto v. 6 numero CDXXX. — Idem l. c. p. 173 refert eodem loco effossum esse fragmentum ex lapide Tiburtino inscriptum litteris his:

II
*pe*D · CDII

quod affirmat pertinuisse ad partem aversam cippi eiusdem, quippe qui in utroque latere eandem inscriptionem exhibuerit.

809 '*cippo di tufo rossastro, alto met. 1,42, largo met. 0,52, grosso met. 0,30. Nella parte inferiore, che è rustica per l' altezza di met. 0,52 rimane il foro circolare, attraverso il quale passava il palo di legno destinato ad impedire la caduta o la rimozione del cippo. Fu trovato il giorno 25 maggio sul lato occidentale della via di porta s. Lorenzo, confitto nel suolo vergine alla profondità di met. 3,43 dal piano stradale, a met. 6,75 dal centro della strada stessa, ed a met. 49,30 dalla fronte nord dell' arco dell' acqua Felice, innalzato da Sisto V. Questo cippo dista dal secondo, trovato nel 1874 in piazza del Maccao* (huius vol. p. 848) *di met. 780,70, misura corrispondente con relativa esattezza agli undici iugeri interposti fra loro*' LANC.; brevius FIOR. qui addit: '*presso un pozzo quadrato di quadrelli di tufa*'; similiter GORI, qui refert ad Anienem veterem.

i u l. *t e p.* *m a r*

iMP · CAESAr
dIvI / F · AVGVsT
EX · S · C
X I I I
P · CCXL

Fiorelli *notizie* 1878 p. 167; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 98, 13; Gori *archivio* 1879 p. 249.

---

810 ad n. 1250. Quam inscriptionem proposuimus p. 848 ut n. 1250β, eam exhibet Sebastiani *viaggio a Tivoli* (1828) p. 329, auctore non laudato sic:

rep. prope Castelmadama

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C
C · ∞ XLV · P · CCXII

Eadem videtur esse n. 1250*c*.

---

811 ad n. 1251*a*. Nuper descripsit Dessau. Edidit etiam Sebastiani *viaggio a Tivoli* p. 329. In. adde MAR. — 5 fin. corr. CCXL.

---

812 ad n. 1251. Stevenson dedit m. Nov. 1879 hanc (n. 1251α): '*L'ho scoperta sulla via Valeria prima di giungere sotto Roviano, presso un chiusino dell' acquedotto moderno della Marcia a sinistra, in un luogo ove il fiume è vicinissimo alla strada*'.

MAR
IMP · CAESAR
DIVI · F · AVGVSTVS
EX · S · C ·
∞CXCVII P · CCXL

813 ad n. 1254. Cippus ex lapide Tiburtino altus m. 0,94, latus m. 0,75, superficie valde rugosa, insertus maceriae vineae extremae a dextra vici S. Philippi prope viam Salariam veterem, supra ipsum specum aquae Virginis.

VIRG
TI · CLAVDIVS
DRVSI · F · CAESAR
AVG · GERMANICVS
PONTIFEX · MAXIMVS
TRIBVNIC · POTESTAT · $\overline{\text{IIII}}$
COS · $\overline{\text{III}}$ · IMP · $\overline{\text{VIII}}$ · P · P
XLV P CCXL

Descripserunt Lanciani ex monumento archetypo, Bruzza et Dressel ex ectypo.
V. 8 non constare de punctis propter naturam lapidis adnotat Lanciani.

PARS TERTIA.

Inscriptiones magistratuum publicorum populi Romani.

MAGISTRATVS LIBERAE REI PVBLICAE.

814 trabs ex lapide Tiburtino, longa m. 1,085, alta 0,34, crassa 0,57. Ex alveo Tiberis extracta '*sotto alla sponda dei Pierleoni*' Fior. 115, '*presso la Farnesina*' id. 69. — '*A Ripa grande*' Gori, minus accurate. Postea servabatur in cavaedio S. Franciscae Romanae ad forum Romanum, nunc extat in museo Tiberino recens instituto.

P · BARRONIVS · BARBA
AED · CVR · GRADOS · REFECIT

Descripsit Schmidt, ipse contuli. Fiorelli *notizie* 1879 p. 69 et 115; Gori *archivio* 1879 p. 245.

815 parva basis marmorea protomes litteris paullum detritis, reperta in area olim ex parte pertinenti ad viam *Mazarino* et hortum Rospigliosorum.

P · CORNELIVS · P · F
SCIPIO

Vespignani *bull. arch. com.* 1877 p. 63.

[P. Cornelius P. f. Scipio, qui quidem ita clarus sit, ut memoriae eius eius modi statua poni potuerit, nullus reperitur praeter Africanos duos; nam Africani prioris pater L. f. fuit. Quare quamquam mirum est agnomen non enuntiari, alterius utrius haec fuerit necesse est. Th. M.]

816 basis magna marmorea longa m. 1,76, lata 1,20, alta 0,80, effossa d. 13 Aprilis in via S. Angeli *in Pescheria* e regione portae lateris ecclesiae. Servatur in cavaedio aedium conservatorum in Capitolio.

in parte superiore basis litteris recentioribus saeculi fere tertii vel etiam quarti:

OPVS · TISICRATIS ·

in ipsa basi litteris aetatis fere Augusti aut paucis annis posterioris:


CORNELIA · AFRICANI · F
GRACCHORVM

Contulimus Dressel et ego. Fiorelli *notizie* 1878 p. 133; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 99, 14 qui de basi uberius disputat *bull. dell' Inst.* 1878 p. 209 seqq.; Gori *archivio* III p. 46.

De statua Corneliae Gracchorum matri dedicata cf. Plinius n. h. 34, 31: *extant Catonis in censura vociferationes mulieribus statuas Romanis in provinciis poni, nec tamen potuit inhibere, quominus Romae quoque ponerentur, sicut Corneliae Gracchorum matri, quae fuit Africani prioris filia. Sedens huic posita soleisque sine ammentis insignis in Metelli publica porticu, quae statua nunc est in Octaviae operibus.* — De Tisicrate id. l. c. 67, cf. Brunn *Künstlerges.* 1 p. 410; de artificum nominibus inscriptis in basibus saeculo fere tertio aut quarto de Rossi *bull. arch. mun.* 1874 p. 174 seq. — Soloecismi, qui est in hac basi, quod verbum mater omissum est, Mommsenus dixit sibi unum exemplum notum esse, quod litterae Latinae vel potius Gothicae suppeditent, nominis Alexandri Mamaeae bis repetiti Getic. c. 15 ab homine sexti saeculi Iordane. Maxime igitur mirum bona aetate opificem quod vellet ita non Latine expressisse.

---

817 fragmentum marmoreum litteris satis bonis saeculi fere primi, repertum in eruderanda villae Aldobrandiniae parte ea, per quam duceretur via *Nazionale*; servatur in tabulario Capitolino in repositis.



Descripsit Schmidt, contuli ectypum. C. L. Visconti *bull. arch. com.* 1876 p. 111.

Cogitari potest de verbis [*ob r*]*edit*[*um*] illius *quei arm*[*eis*] .... *co*(*n*)*s*(*ul*) *vindi*[*cavit*]. Quod autem et *i* longa expressa per diphthongum et verba ipsa antiquiori aetati convenire videntur, quam qualem litterae indicant, Mommsenus probabiliter coniecit titulum esse restitutum.

MAGISTRATVS ORDINIS SENATORII AB AVGVSTO AD DIOCLETIANVM.

818 fragmenta duo marmorea litteris magnis alta m. 0,60 (0,59 Visc.), crassa m. 0,25, longa alterum m. 1,45, alterum 1,25, reperta in parte inferiore turris quae portae Flaminiae fuit ab oriente; servatur ad plateam populi.

L · ASPRENATI | I · L · F · COS · AV*guri*

Contuli. Fiorelli *notizie* 1877 p. 270, descripta a Lancianio; C. L. Visconti *bull. arch. com.* 1877 p. 247, tab. XX. XXI, 3. 4.

L. Asprenates fasces gesserunt pater a. 6, filius a. 29. [Nomina cum in titulis huius generis non omittantur, Asprenates nescio quomodo ab hac lege alibi quoque recesserunt. Ita in miliariis Africanis (alterum edidit Grenville Temple *excursions in the Mediterranean* 2 p. 321, alterum nuper dederunt Gallicae quaedam ephemerides) proconsul Africae a. p. C. 14 (Tacitus ann. 1, 52), is ipse qui consul fuit a. p. C. 6, appellatur *L. Aspren*[*as*] .. *procos.* [*VIIvir*] *epulon*[*um*], quamquam alibi dicitur *L. Nonius Asprenas* (huius vol. n. 2156 et Henzen n. 7130). Cf. item huius vol. n. 1371: *Calpurniae Asprenatis, L. Pisonis* [*f.*], *matri L. Noni Asprenatis et Asprenatis Calpurni Ser*[*r*]*ani et Asprenatis Calpurni Torquati*, et n. 1370: *Asprenans Calpurnius Torquatus patri suo.* Th. M.]

---

819 fragmentum epistylii marmorei saeculi fere tertii, in quo supersunt relliquiae inscriptionis antiquioris, repertum in Esquilino.

.... CN · CINNA ....

Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 15.

Potest esse cos. a. 5 p. C.

---

820 ad n. 3829. Fragmenta tabulae marmoreae litteris bonis saeculi fere secundi, reperta in via portae S. Laurentii ad cippum alterum Marciae Iuliae Tepulae Lanc.; nunc servantur in tabulario in repositis.

A
MERIA
*ma*RCELLA
*cla*VDI · BASSI
*capi*TOLINI · COS ·
PETRONIO

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 15. 20. Fragmentum alterum dedimus n. 3829.

5 cos. suff. anni incerti.

821 *ne la casa di Fabritio cognominato Romano in Transtevere.*

Q · F · M · F · GAL · IVLIA
NO · OPTATIANO · L · FA
BIO · GEMINO · COR
NELIANO · COS
SEX · OCTAVIVS · RV
FINVS · PATRONO

Ligorius Neap. l. 34 p. 146 (inde et Panvinius Vatic. 6035 f. 60′, ex quo Donius Barberin. f. 190 'ex schedis bibl. Vatic.', et Mur. 434, 8).

Genuinam esse confirmat *M. Fabius Iulianus Heracleo Optatianus* in actis Arval. a. 119 et 155 (huius vol. n. 2079 et 2086).

---

822 fragmenta duo marmorea alta m. 1,21, crassa m. 0,30, longa alterum m. 0,85, alterum 0,77, reperta in destruenda turri quae fuit portae Flaminiae ab occidente, servatur ad plateam populi.

C · GALL*o*NIO · C · F
Q · MARCIO · TVR*boni*
C · GALL*o*NIO · C · F · C
TV*r*BONI · PR
HER*edes*

Contuli. C. L. Visconti *bull. arch. com.* 1877 p. 251; Fiorelli *notizie* 1878 p. 35.

Cum v. 2 et 4 desint patrum praenomina, et vv. 1. 2 et 3. 4 videntur referenda esse ad singulos homines. Hi parentela iuncti sunt cum eo Marcio Turbone, qui fuit praefectus praetorio Hadriani, omnibus autem nominibus appellabatur *Q. Marcius Turbo Fronto Publicius Severus*; cf. C. I. L. III, 1462.

---

823 fragmentum tabulae marmoreae effossum in eruderanda area inter vias *de' Serpenti* et *di Mazarino*, quae est mensae publicae Romanae (*banca nazionale*) Lanc. In vinea Brombini, olim Mercurelli, prope villam Aldobrandiniam ad vias *Nazionale* et *de' Serpenti* Dr.

*ti. iul. f*I · F · COR · FRVGI
*cos. fra*TRI · ARV · PRO
*... pra*EF · AER · MIL ·
praef. f. D · LEG · LEG · VII
cl. leg. PR · PR · PROVIN
ciar. *b*AETICAE · PONTI
et *bithy*NIAE · ASIAE
praet. *trib.* *ple*B · QVAE
stori *IIIuiro* *mo*NET

Descripsit Dressel, ex cuius apographo edidi et restitui *bull. inst. arch.* 1879 p. 37. Fiorelli *notizie* 1878 p. 341; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 261, descriptam et expletam ab Aloisio Bruzza; Armellini *cronichetta* 1878 p. 176.

Spectat ad Ti. Iulium Frugi promag. Arvalium anno incerto imperante M. Aurelio (act. Arv. p. CLXXXI). — V. 3 in. quid supplendum sit incertum est. Nam quod mihi in mentem venit *mag.*, cum praeterea sine exemplo sit promagisterii in titulis honorariis mentionem fieri, nescio num satis excusetur si ponamus titulum eo ipso anno dedicatum esse. Aliud autem supplementum quod litterarum numerum non excederet invenimus nullum.

824 fragmentum marmoreum in museo Capitolino inter lapides a Sartio collectos.

m AXIMO
leg. leg. V mac EDONICE
in moesia infe RIORI
q VAE EST
III
uiro monetali (aut *capitali*)

Descripsit Bormann.

---

825 fragmentum sarcophagi marmorei aetatis recentioris apud Donatuccium marmorarium *via del Cardello* 25.

D M
MEMMIAE
M · F · AQVILIN
AE C · F · BENE
MERENTI · F

Descripserunt von Duhn et Schmidt, contuli ectypum.

---

826 ad n. 1469. Imminuta, ut desint v. 1. 2, incisa in tabula marmorea visa est in villa Mattei a SEGVIERO, nunc extat in museo Vaticano (*Gall. lap.* mag. I).

ANTONIAE ·
RVFINAE · C · F ·
FELICISSIMVS ·

Descripsi. Exhibent sic imminutam Spon 211; Seguier Paris. f. 66; Marini sched. Vatic.

---

827 fragmenta tria tabulae marmoreae corona cinctae effossa in fundamentis aedium Mariani ad viam *del Quirinale* et plateam S. Bernardi ad thermas Diocletiani.

a M · NVM *mio* ....
ATTIDI *o* .....
TVSCO .....
QVAE *stori*

b DESIG *nato patrono*
MVNIC *ip*
AFRICA *e*
S

c VM MARITO
NSTANTIO A

a b c exhibet Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 168; *a c* Fiorelli *notizie* 1877 p. 268; *a b* dedit etiam Bruzza.

Lancianius etiam *c* ad tabulam eandem pertinere affirmat.

828 ad n. 1488. Galletti in codice Gorii Marucell. A 77 f. 162 magis integram exhibet sic: *nella bottega di Nicola Vinelli scarpellino in campo Vaccino 12 Ottobre* (1748).

PETRONIO MAMERTINO
SACR · FAC · PREF · AER · SAT · C
ECTO INTER QVAESTORIOS AB

---

829 cippus marmoreus litteris valde rudibus in museo Vaticano (*sala delle Muse*).

//////////
//////////
//////////
//////////
RVFINVS · V C
PRAEF · VRBI a. 315
A VGVR
PONTIFEX
DEI · SOLIS
VOTI·CONPOS

Descripsi; denuo contulit Dressel. Marini *I. A.* p. 20.

Ab initio deleti sunt versus fere quattuor, v. 6—10 autem in litura repositi. Dressel notavit ex scriptura antiquiore remanere in v. 7 M NC....O, v. 8 extr. P. — Mommsenus vidit eiusdem hominis esse titulum Atinatem (Orell. 2285 = vol. X n. 5061) *C. Vettio Cosinio Rufino c. v.* | *praefecto urbi comiti* | cet., in cuius v. 8 est *pontifici dei Solis, auguri* cet.

---

830 '*bacino lustrale marmoreo di forma rettangolare, misurando i lati m. 0,85 × m. 0,78. È scavato nell' interno regolarmente in modo che le pareti hanno la grossezza uniforme di m. 0,07. Fu trovato nell' area dei giardini di Mecenate sulla via Merulana*' Lanc., '*base quadrata ... vuota nell' interno lunga m. 0,75, larga m. 0,70, alta m. 0,40, trovata nell' isolato XXIX dell' Esquilino*' Fior. — Nunc in auditorio quod dicitur Maecenatis.

SCRIBONIANVS ·
COS · AVGVR · FETIALIS ·

Descripsit Schmidt, contuli ipse. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 18; Fiorelli *notizie* 1877 p. 10.

Potest esse consul a. 32 *M. Furius Camillus Scribonianus.*

831 ad n. 3845. Servatur nunc in tabulario in repositis. Litterae satis bonae indicant saeculum fere alterum.

```
                                              p · C · V ·
seuiro     equitu M · ROMANORVM
tr. mil. leg. ... adlecto inter QVAESTORIOS · CVRI
oni  ...  tr.  pleb.  kAND · VII · VIRO ·
epulon  .....  pr.  kaND · LEG · PROV ·
                          iNFerioris
```

Descripsit Schmidt, contuli ectypum et restitui. Edidit Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 18, 28.

832 fragmentum tabulae marmoreae effossum d. 27 Febr. 1879 via Tiburtina in loco vulgo *Anime Sante* nominata inter moenia urbis et coemeterium publicum.

```
           R · C
seuiro     EQVITVM romanorum
decemuiro  STLITIBVS Iudicandis
           CVS AGATH
           P// TRII
```

Descripsit Lanciani. Fiorelli *notizie* 1879 p. 69.

833 Patavii in aedibus Torquati Bembi Scard. — Florentiae in hortis Riccardiorum vel similiter ceteri, in cavaedio domus Riccardianae extat adhuc frustulum exiguum. Videtur urbana esse, ut Bembi reliquae (cf. vol. V n. 334*).

```
.... ELIVS · LARTIS · F
.. agRVM · CIMINIVM
.... EA · PECVNIA · VECTIGALIA
... cONSTITVIT · IN · ANNOS
aeriS · GRAVIS · ↀ QI ∞ ∞ ∞ D · C · XXV
```

Descripsit Kiessling, contulit Bormann particulam superstitem. Scardeonius de antiqu. Patavii p. 86 (inde Grut. 897, 2 et Reinesius 2, 43); Ursatus mon. Patav. 1652 p. 316 a prioribus; item Furlanetto p. 425 n. 582. Minus integram Stephanonius Leid. f. 148, 16; Donius cod. Marucell. A 6 manu ipsius, Vatic. 7113 f. 76 manu ignota; quod nunc superest Gori I. E. 1, 94, 40.

Inclinatis dedi partes deperditas. Scardeonius exhibet v. 4 ...onstiet, — 5 gravis //L\\' QI ∞ ∞ ∞ D · C · XXV, ibi superest S · GRAVIS · ↀ; inter ↀ et ∞ ∞ ∞ fortasse fuit ↂ quod est quingenta milia, ut numerus sit 403625. — Donius, Stephanonius, Gudius non exhibent nisi frustulum hoc:

```
/ELIVS            (LLIVS Steph., LLIVS Gud.)
/RVM CI
/EA PECVN         (L · A · Steph., IA Gud.)
/ONSTITVIT
/IS GRAVIS CCIↃↃ  (I · S ·, — CCCIↃ Steph., CCCI Gud.)
```

Titulus quo pertineat parum intellegitur, nec quae soli auctores Patavini habent Mommseno suspicione carere videntur. Hic posuimus, quod vectigalium constitutio ad magistratum populi Romani referri potest.

834 fragmenta tabulae marmoreae litteris bonis saeculi tertii ineuntis, effossa mense Aprili a. 1880 in parte Quirinalis meridionali prope ecclesiam S. Viti in iaciendis fundamentis aedium Huefferi v. c., quae sunt ad viam quae dicitur *Nazionale*; *a* ibi adhuc servatur; *b* apud rerum antiquarum institorem.

a *b*

PRAETORI · K · AVGG / *nn*
IVS DICENTI · DE LIBER *alib. causis*
DIOGENES·SER·ACT·R*ei publ*
CALENORVM

Descripsimus *a b* Dressel et ego, *b* Dressel.

---

835 fragmentum magnum marmoreum altum m. 1,41, latum 0,74, crassum 0,34, superficie curva, ita ut possit pertinuisse ad monumentum quoddam rotundum, quod saeculo XVI extra portam Flaminiam constat superfuisse Visc. Servatur ad plateam populi.

M · IN DIEM
*st*ATVAMQ · EI
*ponen*DAM · CENSVIT
*ui*I · VIR · EPVL
AVSPICIIS
AB · IMPERIO

Contuli. C. L. Visconti *bull. arch. com.* 1877 p. 250; Fiorelli *notizie* 1878 p. 35.

Quod suspicatur Viscontius spectasse monumentum ad Asprenates, cum Nonius quidam Asprenas septemvir Epulonum sit in huius vol. n. 2156, Asprenatum autem monumentum prope afuisse constet (cf. n. 818), id fundamento nititur parum firmo.

INSCRIPTIONES HOMINVM ORDINIS EQVESTRIS.

836 in aversa tituli Grut. 775, 8, cum restauraretur apsis basilicae Lateranae, reperta est inscriptio haec:

D · M
L · AELIVS · AVRELIVS
ORIGENES · EQ · ROM ·
FECIT · SIBI · ET · SVIS
LIBERTIS · LIBERTA
BVSQ · POSTERISQ ·
EORVM

Descripserunt de Rossi et Stevenson.

837 fragmentum frontis sarcophagi in vinea nobb. de Cavaleriis ad D. Balbinae.

*ae*LIAE · DOMITIANE
*fi*LIAE · AeL ❦ MAXIMI
ANI · V · P · CELIA · DO
M

genius alatus tabellam sustinens	*vir seminudus falce spicas demetens*	*alius genius simi-lis*

Fabretti 280, 175.
2 AFL traditur.

838 lapis muro insertus; videtur esse fragmentum sarcophagi. Extra urbem inter vias Salariam et Nomentanam in vinea quadam (*vigna del Pino*).

AEMILIO · VA
*l*ENTI · EQ · RO
MANO METV
*e*NTI · Q · AN · XV *sic*
MES · III · DIE XXIII *sic*

Descripsit Dessau a. 1878.
3. 4 de *metuentibus* cf. Bernays in commentat. Mommsenian. p. 563 seq.

839 in coemeterio Priscillae, via Salaria.

*mem*ORIAE · C · IVLI
I SVPERI · EQ R
*q. uix. a*NNIS · XXI

Descripsit M. Armellini. Hirschfeld affert titulum vol. III, 4423 ... *C. Iuli Superi proc. Augg. prov. Siciliae* cet.

840 apud Rusconium descriptam esse putabat Mar.

D M
STATILIAE
TITI · FILIAE
PATERNAE
T · IVLIVS · PISO · V · E
MARITVS · CONIVGI
CASTISSIMAE

Marini sched. Vatic. descriptam ab Amatio, in cuius schedis Vaticanis desideratur.

841 in pariete vineae iunctae S. Vito Acc., *nell' Esquilie* Lig.

L · SITTIO · OPTATO
EQ · R · DOCTO · IVVENI
QVI · VIXIT · AN · XXIII · MVII
D · V · L SITTIVS · DIO
NYSIVS · PATRO
NO · INCOMPARA
BILI

Accursius Ambros. D 420 f. 8'; Ligorius Neap. l. 39 p. 188 (inde Panvinius Vatic. 6035 f. 90; ex eo Donius Barberin. f. 191, unde Fabretti 647, 402).

Dedi exemplum Ligorii. 1 L om., 3 WII, 4 D · VI · SITTIVS Accurs. qui neglexit etiam AV. divis.

---

842 in domo Alexandri et Iacobi Panizzorum Citt., similiter Wingh. — Apud D. Orpheum Bosellium sculptorem in tabula litteris III saeculi post Gordianum Gvd., similiter Ptol.

D · M
VALERI · FELICIS
E · Q · R
VIBIA · HARMODIA
CONIVGI · PIENTISSIMA
FECIT

Cittadinius Marc. p. 145 parum accurate, Vatic. 5253 f. 227 (inde Malvasia p. 472); Winghius Brux. 2 f. 74 (post f. 44); Sirmond ms. Paris. 1417, 94; Gudius ms. 483, 4, ed. 287, 9; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 190 (inde Mur. 863, 4 et 1414, 10).

3 EQ· Citt. Wingh. — 4 VIRIA Ptol. — ARMODIA id. — 5 COIVGI Gud. Ptol.

---

843 in museo collegii Romani.

VAL
SATVRNINVS V · P
CONIVGI SV
AE VAL · VALE
. . . QVE VIX
IT ANNOS XL

Maffei M. V. 259, 2.

---

844 in tabula angusta marmorea in cavaedio officinae quae fuit olim Canovae sculptoris.

| YNERIVS · ZENO · EQ · ORATOR · VE |

Descripsit F. von Duhn.

INSCRIPTIONES MAGISTRATVVM POST DIOCLETIANVM.

845 ad n. 3866. Cf. titulus Concordiensis *bull. dell' inst.* 1877 p. 107 = C. I. L. 3, 8987: *ab* (sic) *insignem singula|remque erga rem publicam | suam faborem | d(ominus) n(oster) Iulianus invictissimus prin|ceps, remota provincialibus cura, | cursum fiscalem breviatis mutationum spa|tiis fieri iussit, | disponente Claudio Mamertino v. c. per Ita|liam et Inlyricum praefecto praetorio, | curante Vetulenio Praenestio v(iro) p(erfectissimo) corr(ectore) | Venet(iae) et Hist(riae).* — *Iubet* igitur imperator, *disponit* praefectus praetorio iussa eius exsequens per correctorem regionis qui *curat.* Similiter in titulo urbano coniungendum est sic: *iussu rationis Augustae d(ominorum) n(ostrorum) Valentiniani et Valentis dedit et usui tradidit dispositio Volusiani praefecti urbi, curante Eustochio consulari aquarum,* i. e. *iussu imperatorum disposuit praefectus urbi ut daret consularis aquarum.* Inde corrigenda sunt quae ad titulum hunc adnotavit Mommsenus.

---

846 '*due scaglioni di piedistallo marmoreo, trovati nel cavo per la fogna di via Nazionale nel tratto che attraversa la piazza dei ss. Apostoli. Erano murati nel nucleo di un fondamento recente*' LANC. Servantur in tabulario in repositis.

. . . . A M . . . . .

. . . . . S BASILI . . . . .

praef. · VRBI CON *s. ord.*

Descripsit Schmidt. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 261, 126.

Refert editor ad Decium Marium Venantium Basilium cos. a. 508; cf. huius vol. n. 1716.

---

847 ad n. 1653. Basis tertia denuo effossa est d. 23 Oct. a. 1878 ante aedem SS. Cosmae et Damiani ad sacram viam, ubi adhuc extat.

FABIVS · TITIANVS · V C

CONSVL

PRAEF · VRBI

CVRAVIT

Descripsit Gatti, contuli ipse. Fiorelli *notizie* 1878 p. 343; Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 250; Armellini *cronichetta* 1878 p. 171; Gori *archivio* 1878/9 p. 54.

Inscriptio reposita est erasa inscriptione antiquiore, cuius extremus versus adhuc cognoscitur, fuit autem item CVRAVIT.

848 fragmentum tabulae marmoreae. '*Scoperto nel basso del lato esterno della parete di fondo della cappella consacrata a S. Silvia presso S. Gregorio al monte Celio .... inserito a guisa di architrave sulla porticina di una grotta scavata sotto la cappella*' Lanc. Nunc in repositis ad S. Franciscae Romanae.

IIVS IVN
VALENTINVS VR *bi*
PRAEFECTVS HOSTILI
IMPETV SVBLATA *sic*
restituit

Descripsi. Edidit Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 253.

Valentinus praef. urbi commemoratur in pondere Maff. M. V. 289, 4 = Mur. 573, 1: anno fere 470 adtribuit Corsinius praef. urb. p. 357, nescio quibus rationibus inductus. Cf. n. 1663: *barbarica incursione sublata restituit.*

849. 850 magna basis marmorea alta m. 2,30, lata m. 1,50, litteris altis m. 0,05, ex basi statuae equestris ita facta, ut vestigia pedum equi nunc supersint in latere dextro, quae superficies fuerat basis antiquae: effossa m. Februario a. 1880 in foro Romano inter columnam Phocae et arcum Severi; de quo loco, qui fuit iuxta rostra, cf. Iordan ephem. 3 p. 253.

FIDEI VIRTVTIQ DEVOTISSIMORVM
MILITVM DOMNORVM NOSTRORVM
ARCADI HONORI ET THEODOSI
PERENNIVM AVGVSTORVM
POST CONFECTVM GOTHICVM
BELLVM FELICITATE AETERNI
PRINCIPIS DOMNI NOSTRI HONORI
CONSILIIS ET FORTITVDINE
INLVSTRIS VIRI COMITIS ET
//////////////////////////
//////////////////////////
S P Q R
CVRANTE PISIDIO ROMVLO · V C ·
PRAEF · VRBI VICE SACRA
ITERVM IVDICANTE

in infima margine a dextra: XΑΔΦ

Descripsi.

Titulus, in cuius v. 10. 11 erasi sunt nomina et honores Stilichonis, pertinet ad victoriam ab eo a. 405 de Radagaiso reportatam. In eius memoriam factus est arcus, cuius inscriptio est vol. VI n. 1196 et fortasse etiam n. 1731 positus in rostris ab eodem Pisidio Romulo praef. urbi.

851 ingens tabula affixa parieti in hypogaeo S. Praxedis.

✝ HIC REQVIESCET IN PACE · VVILIARIC NEPV*s*
MAG ML · TRASARIC · QVI VIXIT ANN PLM . . .
· D · XXVII DEPOSITVS · M · IVLIO · IND · VII
✝ MAVRICIO TIBERIO PP AVGT ANN VII PC EIVSD . . . p. C. 589
✝

Descripsit de Rossi ediditque inscr. chr. 1 p. 516, 1126. Habet Marini *papiri* p. 293.

Cruces sunt scalpro deletae.

APPARITORES MAGISTRATVVM PVBLICORVM POPVLI ROMANI.

852 ad n. 1827. Tibure repertam a. 1728, dum reaedificabatur templum B. Mariae de monte Carmelo, et a Paulo Columna sibi missam dicit Ficoroni mittens Gorio cod. Marucell. A 6 f. 479 et eodem exemplo Muratorio 745, 3 (inde Orelli 3756 cum adn. Henzeni).

---

853 arca composita ex tabulis marmoreis quattuor effossa ab occidente viae Appiae in resarcienda via quae a fundo appellato *Vigna murata* ducit ad fundum *di Tornicola.*

a in tabula una:

*scriba quaest*ORIVS · SEX · PRIMVS · CVRATORVM
*cu*RATOR · REI · PVBLICAE · CORANORVM
SQVE · SVIS · FECIT

b in alia:

HARVSPICI
DE · LX ·

Descripsit Lanciani. Fiorelli *notizie* 1879 p. 114. 2.

---

854 tabula marmorea in aedibus Merolli via *delle tre cannelle.*

DIS · MANIBVS
C FONTEIO · C F · COL · CLAVDIANO
SCR · AED · CVR · VIX · ANN · XXI
C · FONTEIVS · HERMES · ET
VOLTVRCIA · SVCCESSA
PARENTES · INFELICISSIMI · FIL · PIISSIM*o*
FECERVNT · ET · SIBI · ET · SV*is*
LIBER · LIBERTAB · POSTERISQ · EORV*m*
IN · FR · P XX IN · AG P

Descripserunt Gatti et Dessau, ipse recognovi.

---

855 n. 1848 paullo plenius redit n. 2176.

---

856 fragmentum tabulae marmoreae repertum in cavaedio conventus SS. Dominici et Sixti LANC., nunc in tabulario in repositis.

RI · SACER*doti*
(?) *urbis r*OMAE · SCR*ib*
PF · COR

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 20.

857 fragmentum tabellae subtilis, fortasse coemeterialis in coenobio S. Pauli via Ostiensi.

.... I ....
m · MANILius ....
LICT · III · DEC *fecit coniugi*
SANCTISSIMA*e cum qua*
*u*IXI · AN II ....
...M · M................

In parte aversa sunt relliquiae tituli christiani a. 384 vel 385.
De Rossi inscr. christ. I p. 154 n. 353.

858 tabula marmorea, in vinea Taulongo, via Flaminia milliario primo.

DE · BASILICA · IVLIA
C · OCTAVIVS · C · L
EVCARPVS
LICTOR · III · DEC · PATRONO
OPTVMO ET INDVLGENTISSIMO
FECIT · POSTERISQVE · SVIS

Descripsi ex ectypo chartaceo dato ab Horatio Marucchi, qui edidit in ann. inst. arch. 1879 p. 172.

859 fragmentum originis incertae apud Armellinium.

D
SEXTO · POMPONIO · COM
DECVRIALI · LICTO
ALVMNI · ET · HER
SEXTVS · POMPONIVS · ALECTOR
. . OMICIANVS · ET · POMPON

in aversa inscriptio christiani:

. . . OTAS · LIBERAE
CONIVGI · KARISI *sic*
CVM · PACE

Armellini *cronichetta* 1879 p. 111. 112.

860 basis marmorea loco parum commodo collocata, in villa *del Grande* ultra mausoleum Helenae via Labicana.

SEX TITINNIO
DIOGENI LICTOR
SEX TITINNIVS
ONESIMVS ET SEX
TITINNIVS TELESPHOR
LIB ET HEREDES EIVS

Descripsit Dessau.

De punctis non constat. — Iidem homines sunt in titulo formae simillimae n. 1908: *Sex. Titinnio* | *Martiali lict.* | *Sex. Titinnius* | *Onesimus et Sex.* | *Titinnius Telesph*[*or*] | *ex testamento Titinni* | *Diogenis fratris eius.*

861 tabula marmorea originis manifesto urbanae. *Rokeby-Hall,* prope *Barnard Castle* Britanniae septemtrionalis.

ROGAT · VT · RESISTAS · HOSPES · Te HIC · TACITVS · LAPIS
DVM · OSTENDIT · QVOD · MANDAVIT · QVOIVS · VMBRAM TE*git*
PVDENTIS · HOMINIS · FRVGI · CVM · MAGNA · FIDE
PRAECONIS · OLI GRANI · SVNT OSSA · HEIC · SITA
TanTvm · EST · HOC · VOLVIT · NESCIVS NE · ESSES · VALE
A · GRANIVS · M · L · STABILIO
PRAECO

Descripsit Matz.

Senarii sunt iambici:

Rogat, út resístas, hóspes, te híc tacitús lapís,
dum osténdit, quód mandávit, quóius umbrám te[*gít*]
pudéntis hóminis, frúgi cúm magná fidé,
praecónis Olí Gráni súnt ossa héic sitá.
Tantúm est. Hoc vóluit, nésciús ne essés. Valé.

---

862 cippus marmoreus. In aedibus Caroli Montis Citt. — In horto domini Iacobinini oeconomi Alexandri papae VII contiguo magnis hortis Ludovicianis in colle hortorum Montf. — Ex hereditate Gualterii, a me iam vendita, emi a. 1738 Fic. (Marvc.), apud Ficoronium Maff. — In museo Capitolino Gvasc. ibique adhuc extat. — Exemplum graphio in tabula coctili recens scriptum Panormi in museo monasterii S. Martini Torr. Sal. Momms.

duo gryphi
T · FL
CAPITOLINVS
DECVRIALIS

Descripsi. Cittadini Marc. p. 166; Montfaucon Paris. 1293 f. 145 manu Hispani ignoti; Maffei M. V. 295, 5 (inde Donat. 251, 5); Ficoronius misit eodem exemplo Gorio cod. Marucell. A 6 f. 510′ n. 217 et Muratorio 687, 2 per Ramaginium; Guasco M. C. 277. Exemplum novicium vidit et damnavit Mommsen; exhibent Torremuzza *iscr. di Palermo* p. 19 n. 36; Salinas catal. p. 15 n. 83; idem citat Marini I. A. p. 31 not. 40.

PARS QVARTA.

Tituli sacerdotum.

863 urna quadrata marmorea. In sacello ad viam Cassiam VI lap. litteris rubricatis Fabr. Nunc Urbini in aedibus ducalibus.

laterculus non scriptus	L · TITIEDI · FLACCI PETRONIAN MINDIAE · PAETIL LAE · N · MINDI PAETI · PRON · S · P · R PR · PONT M · CVR · SACEL · P	L · TITIEDI · L F · FLAC CI MINDIAE · PAETI LLAE PRONEP OSSA VIXIT · A · IIII · D · IIII ·

Descripsit Bormann. Fabretti 651, 435.

5. 6 Mommsen proponit legendum esse *s(acrorum) p(ublicorum) P(omanorum)*; *pr(aecepto) pont(ificis) m(aximi)*, post videtur esse *cur(atoris) sacel(lorum) p(ublicorum)*. — 6 in. PR sunt magis depressae, inscriptione antiqua, ut videtur, deleta.

---

864 fragmentum tabulae marmoreae prope S. Eusebii repertum d. 9 Martii a. 1878, servatur in tabulario Capitolino.

RATO
PONTI*fici dei*
*inuict*I · SOLIS · AL
IS SON

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 95, 3.

---

865 ad n. 2131—2145. Iordan ephem. 3 p. 291 adiungit testimonium de inventione titulorum Pomponii Laeti in epistula ad Sabellicum opp. a. 1516 f. LXIII 'mitto epigrammata quaedam reperta in pronao templi Vestae sub Palatio contra forum romanum'. — N. 2135 fortasse non iure dubitavimus num recte dicatur in codice Ambrosiano A 55 inf. 'apud circum maximum excavat'. Causa dubitandi fuit, quod sylloge Mazochii, quae nobis antiquior videtur, eam proponit ut extantem in aedibus de Pici et quod praeter illos octo titulos Vestalium quos ad aedem Vestae repertos esse certum est, auctores dixerunt alios repertos esse.

866 fragmentum tabulae magnae marmoreae litteris magnis parum bonis saeculi quinti effossum in eruderanda area olim villae Aldobrandiniae in monte Quirinali, ubi nunc transit via quae dicitur *nazionale*; nunc in tabulario Capitolino in repositis.

QUEL PAMINE SAEPTUS
CERERIS QUOQUE · MYSTES
IVM · QUINQUE · DECENUIR
/LA CONPTUS ·
LIBUS UNDIS ·
NUERNATUS ODORE ·
PERABILIS AETRHAE · *sic*

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. mun.* 1876 p. 110.

1 *piamine saeptus* proposuit Lanciani, sed litterae 4 et 14 possunt etiam esse L vel E. — 3 in. |‾, 4 |/ Lanc., nunc posterior tota, prior fere tota periit. — Lanciani refert ad Vettium Agorium Praetextatum; cf. huius vol. n. 1777. 1778 et praecipue 1779 v. 4—6.

---

867 iuxta basilicam S. Sebastiani via Appia, ubi in eam exit via *delle sette chiese*.

D
IVLIAN//S M//
SEMPPTEMVIR ·
ET PORCIA CHR

Fiorelli *notizie* 1876 p. 142.

---

868 ad n. 2208. Erutum ad bivium circi via Appia anno 1771 MARINI (VAT.); nunc in villa Albania.

FECIT
*a*VRELIA CA*pi*
TOLINA EDI
TVO · EDIIS · CO
NCORDIES ·

Descripsit de Rossi. Marini sched. Vat. et *I. A.* 66, 57; Fea *indicaz.* 112, 70; Visconti catal. 199, 40. Est n. 2208 ex schedis Feae.

---

869 tabula marmorea longa m. 0,50, lata m. 0,28, effossa in aedibus *della dogana* in platea *di Pietra*.

D M
m. VLPIO AÉTHRIO
RANIVS · CAÉSARIS · Ñ
AEDITVVS · VENERIS · HORTORVM
SALLVSTIANORVM · FECIT · *sibi*
ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM

Fiorelli *notizie* 1879 p. 240; Gori *archivio* 1879 p. 367.

870 ad n. 2224. Est Ligoriana; huius vol. n. 2021*.

---

871 tabella columbarii. Florentiae in hortis Corsiniorum Gor. et adhuc.

S · FELICVI
NISI · HORI · N*agi*
*st*ER · VIC*i*

Contuli. Gori cod. Marucell. A 196, I. E. 3 p. 301, 452.

---

872 *aus den eleus. Feldern bei Neapel* Catal. mvs. *Gratz* in museo n. 503. Scilicet attulit secum peregrinator aliquis ex Italia redux; quapropter tam urbana esse potest quam Puteolana.

*dis manibus s*ACR ·
coniugi s CASTAE ·
*sacerdotis b*ONAE · DEAE ·
*lo*CVS · DATVS ·
IBVS · VIL ·
· VIL · LAT ·
E

Descripsit Mommsen. Catalog. mus. Gratz. ms. n. 503.
6 'vii aut vil' Momms.

---

873 tabula marmorea, dono hospitii *della ss. Trinità dei convalescenti e pellegrini,* in scalis aedium conservatorum in Capitolio muro adfixa.

D M
TERENTIA MATRON
C · IVLIO ABDEDERAE *sic*
FECIT FRATRI PIENTISS *sic*
IMO BE(NE)MERTI GALLO *sic*
*DIA SV*RIAES
AB · ISIS ET SE
RAPIS

Descripsi cum Dresselio.
Inde a v. 5 verba *Gallo* e. q. s. alia manu perscripta sunt; v. 6 litterae inclinatae in litura repositae.

874 fragmentum sarcophagi marmorei. Florentiae in villa Montughi Strozziorum STROZZ., MONTF., GORI, MAR. et adhuc.

*H*II · D*EI* · NOTA
*O*S ❦
*Q*VAE DEA*E* NILO
*V*DICA ❦
*XA*NDRIA · CVI · *F*LOS
VM · IVVENTAE ❦
*A*RCARVM · NOTA · SVSTV
*I*NVIDA · DITI ❦
ΔЄ ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ · ΚΟΡΗ ΠΡΟΠΟ
ΛΟC · ΔΙΟΝΥCΟΥ ❦
ΑCΤΟΦΟΡΟC ΤЄ ΘЄΑC · ΝЄΙΛΩΤΙΔΟC
ЄΙCΙΔΟC · ΑΓΝΗC ❦
ЄΙΚΟCΙ ΔΙC ΠΛΗΡΩCΑCΑ ΧΡΟΝΩ
ΚЄΙΤΑΙ ΛΥΚΑΒΑΝΤΩΝ

figura puellae pastophori

protomae duae mulierum

Descripsi ex ectypo partem superstitem. Strozza cod. Flor. f. 71, 215; Montfaucon diar. Ital. 361 et Gori I. E. 1, 373 imaginem (ex utroque Mur. 178, 3); Marini sched. Vatic.; ex prioribus C. I. Gr. 6202 (inde Kaibel epigr. Gr. 586).

Inclinatis dedi quae iam interciderunt. — Var. lect. do Strozzae (v. 1—9), Montfauconii, Gorii, Marinii: 1 HI · DEI · NOTA Stroz. Gor., II · DEI · NOTA Mar., ... D ..... NOTA Montf. — 2 OS Stroz. Gor., ...S.... Montf., om. Mar. — 3 QVAE Stroz. Gor. Mar., ME Montf. — DEAB Stroz., DEAE rel. — 4 VDICA Stroz. Montf. Gor., PVDICA Mar. — 5 XANDRIA Stroz. Montf. Gor. — 6 VM priores omnes. — 7 ARCARVM Stroz. Montf. Gor. — 8 INVIDA Mar. — 9 ΔЄ ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ Gori, Є ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ Stroz. Mar., ...C ΑΛЄΞΑΝΔΡΙΑ Montf. — 10 ...ΑCΤΟΦΟΡΟC Montf., CΤΟΦΟΡΟC Gor., ΤΟΦΟΡΟC Mar. — 11 ЄΙΚΟCΙ Montf. Mar., ΙΚΟCΙ Gor.

A nobis rogatus Buechelerus versus Latinos restituit sic:

[*hic iacet Ogygii Bacc*]*hi dei nota*
[*sacerd*]*os*
[*pastophorus*]*qu*[*e*] *deae Nilo-*
[*tidis usq*(*ue*) *p*]*udica,*
[*nomine Ale*]*xandria, cui flos*
[*vixd*]*um iuventae,*
[*cum iam P*]*arcarum nota sustu-*
[*lit*] *invida Diti.*

Versus Graeci sunt:

[ἐνθά]δε Ἀλεξάνδρια κόρη πρόπο-
λος Διονύσου,
[π]αστοφόρος τε θεᾶς Νειλώτιδος
Εἴσιδος ἁγνῆς,
εἴκοσι δὶς πληρώσασα χρόνῳ
κεῖται λυκαβάντων.

875 columella marmorea in aditu aedium Merolli, via *delle Tre Cannelle.*

A · RAVIVS
HILARVS ·
SACERDOS ·
ISIDIS · REGI
NAE · MEGA
LEPHOR · SI
GILLV · MEM · *sic*
PHITICV CVM *sic*
COLVMELLA
D · D ·

Descripserunt Gatti et Dessau, contuli ipse.

5. 6 *megalephorus,* quod hic primum, ut videtur, occurrit, Lumbroso apte composuit cum glossa Hesychii (vol. 2 p. 407, 52 ed. Schmidt) *βυσσοφαρεῖ· μεγαλοφαρεῖ*; cf. l. c. p. 406, 47: *βυσσοβαρῆ· μεγάλα ἀπὸ τῶν καταφερομένων εἰς βυθὸν διὰ τὰ βάρη.*

---

876 tabula marmorea rudibus litteris. Pisauri in aedibus Passeri Ol. et adhuc. Urbanam iudicavit Borm.

D M
AELIAE · TREBA
P · AELIVS · DI
ET · P · AEL · I
SAC · BAC

Descripsit Bormann. Olivieri marm. Pis. 48, 108 (inde Colucci *Piceno* 6 p. 125 et Mur. 159, 2).

5 *sac(erdos) Bac[chi].*

---

877 *vigna di Loreto Rapalli fuori di porta S. Paolo.*

DIS · MAN
VALERIAE
SPECVLAE
SORORI · POPILLI
PELAGIONIS
SACERDOTIS

Schedae Muratorii Mutinenses (inde Mur. 161, 2) missam a Ginannio.

878 tabula marmorea. Sr. Giorgetti ad portam Salariam Svar. — Hortae in villa Nuptiana aliunde advecta Font. — Nunc in museo Vaticano (*Gall. lap.* Dii I).

D ❦ M
MES · SO · RI ·
MYS · TAE ·
BA · THY · LI ·
A · NEN · SES

Descripsi. Suaresius Vatic. 9140 f. 21; Fontanini antiq. Hort. lib. I c. IX p. 169 n. 5* (inde Mur. 107, 1, ex quo Orelli 2362).

---

879 ad n. 2295. *D. 23 Aug.*: pro *fort* nescio quo errore in textum inserto scribendum est *volk*, ut est in *actis fratrum Arvalium* p. CCXXXVI. Inde corrigenda etiam quae falsa lectione inductus notavit Marquardt *Staatsverwaltung* III p. 558.

Tituli publicorum.

880 ad n. 2310. Cerdonis Aemiliani publici eiusdem est titulus n. 2333: *Cerdo Aemilianus publicus cens.*

---

881 cippus marmoreus effossus mense Decembri a. 1879 prope sepulcra Statiliorum.

D · M
EPIGONI · PVBL
SODALIVM
FLAVIALIVM
CRESCENS · ET
ABASCANTVS
COLLEGAE · EIVS
B · M

Descripsit Lanciani. Gori *archivio* 1879 p. 374; Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 53.

882 effossa in coemeterio Domitillae via Ardeatina a. 1874.

L · AVR
PHILIPPI IVS
RVBELLIANVS · PVBLICS

In schedis Rossii nescio a quo descripta.

---

883 in S. Silvestri in Quirinali, in pavimento.

D · M
TI · CLAVDIO · NYMPHODOTO
ET · TI*ti*NI*ae* · LYCORIDI
CONIVGI · EIVS · FECIT
HERMES · PVBLICVS · SER
ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQVE
EORVM

Accursius Ambros. D 420 f. 12 (inde Mur. 1530, 2 'e schedis meis'). Vv. divis. incerta. — 3 TINNIMI traditur.

---

884 n. 2353 est origine Ostiensis teste Amatio in schedis Vatic. 9757 f. 115.

---

885 tabula marmorea Urbini in aedibus ducalibus cl. XIII. Videtur esse urbana.

D · M
LVCILIAE · AMAZONI
V · ANN · XXXV
P · CALVISIVS · HIERONYMVS
ET
DORYPHORVS · PVBLICVS
CONIVG · B · M ·

Descripsit Bormann.

PARS QVINTA.

Laterculi et tituli militum.

I. LATERCVLI MILITVM.

886 fragmentum tabulae marmoreae effossum, ut videtur, a. 1869 in eruderanda platea *de' Termini*, deinde in plantario publico S. Sixti, nunc in aedibus Conservatorum LANC.

NIGRO · *cos* a. 138
L VALERIV S L F POM MARCELLINV*s*
C VATERNIV S C F STE IVSTV *s*
C VETTIV S C F ARN PVDEN *s*
Q OLNIV S Q F MEN FORTINV *s*
C AVFIDIV S C F POL VERV *s*
7 SAL
L · AELIO · CAESARE *cos* a. 137
SEX · PATVLCIVS SEX F PAL PRIM*u* *s*
SP Q EPIDIV S Q F POL //////
SP Q RVFIV S Q F ANI SEV*eru* *s*
C COELIV S C F FAB

Descripsimus Gatti, Schmidt, ego. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 265.

---

887 fragmentum tabulae marmoreae effossum m. Sept. a. 1879 *negli scavi del cortile del debito pubblico del Ministero delle Finanze.*

(Textum vide pag. 306 et 307.)

Descripsit Gatti ex ectypo suppeditato a Fiorellio, contuli ipse. Edidit Lanciani apud Fiorellium *notizie* 1879 p. 266 et *bull. arch. com.* 1880 p. 27.

ↄ 1 1
stloga et seuero CO S
s ABINV S · CLATER
u ITALI S · DRIPS
p?a TERNVS · ARRET
ma RCELLIN · BON
RVS · VERC ·
IN·FOR·COR
MVT
rufino et quadrato COS
S · RICIN
IN·FAN FOR
S · BACEN
· CREM
VERCEL
d OBERO
sa SSIN

L · VALERIVS CELSVS ////
C·CVRTIVS·(PROBVS NEA p
TI·CLAVDIVS fAL · HILARVS CAPVA
CoR L · NVMISIVS · L · F · POL · SABINVS · AES · PIC
7 · SPVRI
STLOCA · ET · SEVERO COS
C · CAESIVS · C · F · ARN · FORTVNATVS BRIX
EVOC·C · VALERIVS · C · F · SER · VITALIS IADER
M · AVRELIVS · M · F · FAB · MVSAEVS ASCL
SP C · IVLIVS C · F · AEM · CAMPANVS DVRR
RVFINÓ · ET · QVADRATO · COS
M · VETVRIVS · M · F · FAB · FESTVS MANT
EVOC·L · CALPETAN · L · F · VEL · CRESCENS · INT · PR
L · FOTIDIVS · L · F · POL · SABINVS · PARM
C · MENENIVS · C · F · FAB · PRISCVS · LVCA
L · CESSIVS · L · F · POM · CLEMENS · ARRET

SP I
R V F ino et quadrato cos a. 142
M · I
TI·CL audiu s
ↄ
S T L O C a et seuero cos a. 141
SP Q·CASSIV s
M · NOVIV s
SIC · M · VETTIV s
EVOC · M · MANLIVS
COH · X̄ · VR b ↄ

NIϚRO · ET · C*amerino cos* a. 138
M · MΛRIVS M·F
B PR · VR · P · SERVILIVS · P · F · O
M · TVRRΛNIVS · M · F · PV *p*
B PR · VR C · STΛTILIVS C · F · VEL
OPT ΛB ΛC C · IVLIV S C · F · MΛE ·
P · PRECCIVS · P · F · VET · MΛ
Q · CRITONIVS · Q · F · COR · PROC
OPT · 7 L · CODONIVS · L · F · ҺOR · PROC
7 · P R I S C *i*
L · ΛELIÓ · CÁES · $\overline{\text{I}}$I *cos* a. 137
B PR · VR · L · VIB *i* I *s*
NIϚRO *et camerino cos* a. 138

7 · C O C C E I
a. 141 S T L O Ϛ Λ́ · E T · S E V E R Ó · C O S
M · ΛNTONIVS · M · F · PΛP · PROCVLVS · SVTR
IVLIVS · L · F · ΛNI · LVCΛNVS · CREMON
p ETRONIVS · T · F · ΛRN · VENERΛND · BLER
VIVS · T · F · CΛM · ROSCIΛNVS · RΛVEN
ITIVS · C · F · QVIR · VIΛTOR · SIRMIO
a. 142 *rufino* E T · Q V Λ D R Λ T O · C O S
T · F · POL · NEPOS MVTIN
P · F · ROM · MΛXIMVS SORΛ
ҺOR · SΛBINVS SPOL
FΛB · PROCVLVS · LVCΛ
SER · RVFVS MΛRS
ME · RVSTICVS NC
R V F V S

Lanciani proponit, quae nos non cognovimus, haec: I, 1 NTI, 3 in. SABINVS, 7 in ERVS, 14 S · CREM; — II, 1 ex. CELSVS · PL, 3 CLAVDIVS · TI, 25 in. S · T · F · ROM contaminatis v. 25 et 26, 27 FҺOR, 30 ex. NFII; — III, 1 SP L, 3 M · P, 8 VETTIVS, 16 MAE · PI, 19 PROCV, 21 CAES · $\overline{\text{II}}$ · ET, 22 VIDIVS, 24 L·.

888 fragmentum tabulae marmoreae repertum in restauranda apside basilicae Lateranae.

ᒪ F · C///
SEX · F COL · I
T F · COL · CALPVRN*ianus*
/ T · F · STE · LVPVS · M
/ F · STE · SEVERVS · VRVIM*el*
/ʼ P · F · POL · PROCVLVS FAV*ent*
I · F · POL · SEVERVS · FAVEN*t*
/ · F · ANI · VITALIS VE*rcell*
Γ · F · STE · TERTIVS
ↄ · AVᏟ N
STI

Descripsit Henricus Stevenson et edidit ann. inst. arch. 1877 p. 342.

889—894 *nella mia illustrazione dell' ara di Vermino* (*bull. arch. mun.* 1876 p. 175 seq.) *ho notato primieramente che tutto lo spazio compreso fra il recinto del castro e le mura serviane e fra la via nomentana e quella uscente dalla porta chiusa appartenne ai pretoriani: in secondo luogo che in esso non sursero edificî di gran mole e di vasta superficie destinati ad uso pubblico, bensì edicole e tempietti, are e monumenti votivi dedicati dai militi ai loro* θεοῖς πατρῴοις *ed ai loro imperatori: in ultimo luogo che questi piccoli edificî, eretti per volontaria contribuzione di un numero più o meno grande di soldati, non hanno orientazione costante nè riferibile a quella del castro o dell' aggere. — Le escavazioni eseguite recentissimamente all' angolo delle vie Montebello e Goito per lo stabilimento di una abitazione spettante alla Società 'per le case degli operai' hanno dato piena conferma a quelle asserzioni. In tutta quella ampia area non è stato rinvenuto il minimo vestigio di manufatti, quasi che il luogo facesse parte di un campo per esercitazioni militari: se non che, nell' angolo estremo, posto a confine con la proprietà Weill-Schott è apparso il basamento di un piccolo tempietto, senza dubbio tetrastilo, formato con massi di travertino della cubicità di un metro per ciascuno. Il rettangolo non è scoperto per intiero, poichè si nasconde in parte sotto il terrapieno circostante: ma non credo che le misure dei lati oltrepassino m. dieci in lunghezza, cinque in larghezza. Molti sono gli avanzi della decorazione marmorea raccolti tutt' intorno, quali, per esempio, cornici dello stilobate, fregi con bucranî ed encarpi, frammenti di acroterî esprimenti emblemi militari etc.* Lanc. Effossa sunt prope aediculam a. 1877 fragmenta n. 889 *a. b. c. d. e. f. g. h,* laterculi n. 891. 892. 893. 894, denique eodem loco a. 1878 effossionibus repetitis fragmenta n. 889 *i. k* et 890.

889 *a. b* frustula tabulae marmoreae litteris altis v. 1 m. 0,09, v. 2 et 3 m. 0,06.

a

ↄIV

b

*au*RELIO
*commo*DO
ᑭIS

c fragmentum tabulae marmoreae litteris altis m. 0,06.

*antoni*NO PIO
......II
.......I

d fragmentum tabulae marmoreae saeculi IV.

TE LIBRA

e fragmentum basis marmoreae litteris saeculi IV.

*i*MP · *caes*
TR*ib. pot*

f. g fragmenta incerta.

f	*g*
N	VII
IMP	MESSIO

g notat Lancianius l. c. p. 22 nomen *Messio* cum positum sit versu ultimo, non referri posse ad Decium imperatorem, sed esse eius qui dedicaverit monumentum. Quaerendum autem videtur num sit potius MISSIO; cf. n. 890.

h

VM · PR
M

Lanciani refert probabiliter ad praescriptionem laterculi explens *cohorti*]*um* *pr*[*aetoriarum*.

i	*k*
C A	*z* ERMIZ ·
PII FE *l*	CLXIIII
	l I

Edidit Lanciani *a*—*g* *bull. arch. com.* 1877 p. 13. 14 n. 16*a*—*e*, *h* l. c. p. 22, *i. k. bull.* 1878 p. 264; *k* nunc servatum in tabulario Capitolino descripsit Schmidt.

890 fragmentum tabulae marmoreae; nunc in tabulario in repositis.

*m*ISSI · HONESTA ·
*e*T AVFIDIO · VICTORINO · *c*os   a. 200

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 263.

Si conicere licet 889 *g* v. 2 non fuisse MESSIO, sed MISSIO, fortasse haec duo fragmenta coniungenda sunt in hanc formam:

VII . . . . [*m*]*issi honesta* | *m*[*i*]*ssio*[*ne Claudio Severo e*]*t*
Aufidio Victorino c[*os.*

891 tabula marmorea alta m. 0,57, lata m. 0,63, crassa m. 0,063, litteris satis magnis neque tamen bonis; servatur in tabulario Capitolino.

T F*lauius*
M AVRE L *m f*
M AVRE L M *f*
T AELIVS T F
M AVRE L M F *Vlp*
M · AVRE L M F VL *p*
M AVRE L M F ANI ZI
M AVRE L M F CL AQVI
M AVRE L M F VLP · GEMELLIN
M AVRE L M F VLP BVBALVS TR
M AVRE L M F VLP DVBITATVS TRIM
M AVRE L M F AEL KARVS ANDROP
M AVRE L M F IVL CLAVDIAN SERD   I
M AVRE L M F VLP PETRONIVS TRIM   C VALER
M AVRE L M F IVL VENVSTVS SIDE   C SEMPRON C *f*
M · AVRE L · M · F FAB PACCIVS ANCY   MARVLLO ET *aeliano cos*   a. 184
M AVRE L M F CL MESSIVS APAM   M AVRE L M *f*
M AVRE L M F MAMMOCEVS HAB   M SALLVST M *f*
T FLAVIVS T F FL PROVINCIAL SISCIA B PR   T IVNIVS T *f*
M MATERN M F AEL IVCVNDVS AVC   L LAELIVS L *f*
P AELIVS P F FL NATALIS SIRM   C IVLIVS C *f*
T · PATERN T F AEL CASTVS AVG   L CORNEL L *f*
M MARIVS M *f*
C PRISCIVS C *f*
C IVVENTIVS C *f*
Q NVMISIVS Q *f*
C AVRE L C *f*
7
COMMODO IIII ET *Victorino cos*   a. 183
M CALVISIVS M *f*
M VALERIVS M *f*
MARVLLO ET *aeliano cos*   a. 184
M MVLVIVS M *f*
T FLAVIVS T *f*

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 23 n. 35.

892 tabula marmorea alta m. 0,72, lata m. 0,53, crassa m. 0,05, litteris satis magnis ac bonis; servatur in tabulario in repositis.

I
C·F·TER
C·F·POL· V
C·F·PAP· HER
C·F·POL· VALEN
T·F·TER TIMOXEN
O R I S
C·F SEPT· MARTINVS·CARn
AEL· T A T O·MOG·
fLAV VALEN S·NICOP
poL· P I S T V S·CASTR·
IANVARIVS·CASTRI·
MESTRIVS·AESCO·
cORNELIANVS·SID·
INV S·LEPTIM
CO AESCO
ↄ
TVRVS·PETEV·
MIVS·HADRIA
VLANVS CAST·
maXIMVS·NICOP
INVS·AVGVS·
xTVS·DIVODV
ↄ
IVS·CELEIA
LENS·HADR·
ADVA·SVBVS·
INVS·TVNG·
ↄ
POLANVS·SAVAR
ↄ
CENS·TENIS
OR·TARSO
NS·CASTRIS

M
SP·M
M·M O
M·VLPIV S·M·F·VLP
C·RVTILIV S·C·F·QVIRIN HERC
M·AVRELIV S·M·F·CLAVDIA DIOF
7 M A R C I
M·PVBLICIV S·M·F·IVLIA VIND
C·VALERIV S·C·F·AVG· VAL
EV·M·AVRELIVS·M·F·VLPIA·BITV
C·IVVENALI S·C·F·AELIA·ALEX
7 C E L E R I N I A N A·
opT·7 C·VALERIVS·C·F·PAPIRIA·HERCV
SF·C·VRSVLINVS·C·F·V
C·VALERIVS·C·F
C·VALERIVS
C·VALERIVs
T·FLAVIVs
7
P·AEL
T·I

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Edidit Lanciani l. c. p. 25 n. 37.

II, 12 probabile est eandem esse centuriam *Celerini* cohortis II praet., quae est in laterculo aetatis Septimii Severi VI, 2386*a* I 11.

893 tabula alta m. 0,69, lata 0,42, crassa 0,055; servatur in tabulario in repositis.

*m. aureliu*S M F
M *aureli*VS M F
M AV*reli*VS M F V*lp*
M AVR*el*IVS M F AVG
M AVR*el*IVS M F AV*g*
M VLPIV S M F COR
M AVRELIVS M F POL
M AVRELIVS M F VLP
T FLAVIVS T F VLP S
M AVRELIVS M F AEL B
M VLPIV S M F PAP PV*dens?*
M AVRELIVS M F AVG CA
M AVRELIVS M F LI
M AVRELIVS M F HE
M AVRELIVS M F FAB CE
M VLPIV S M F PAP QV
P AELIV S P F POL MA
7 DIDI SATVRNI*ni*
C IVLIV S C F PAP VRI
OP 7 T ANTONIVS T F CL PVDEN *s*
T AELIV S T F AEL TERTIV *s*
M AVRE L M F AVG NATALI *s*
M AVRE L M F VLP GAIV *s*
M AVRE L M F AVR TERTIV *s*
L AELIV S L F AEL MAXIMVS
TI CLAVDIVS TI F AEL CONSTAN S
P AELIV S P F AEL MOESICV S
M AVRE L M F POL CASSIANV S H
M AVRE L M F POL LICINIV S CA*str*
m. AVRE L M F FL PVBLIV S SAM
C F VLP VALEN S NICO*p*
F AEL VICTORINVS DRV*b*
QVINTV S
DENV

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Edidit Lanciani *bull.* l. c. p. 24 n. 36.

13 extr. videtur esse Lanciano et mihi LI, Schmidtio potius TI.

894 tabula magna marmorea litteris exiguis parum accurate scripta erroribusque quadratarii multis locis corrupta; servatur in tabulario. Dispositae sunt quattuor paginae in hunc modum:

\MICVS SERDI C IVLI . . . OESCO C CA. . . . ZERMI 7 CVSONI SECVNDINI.

a			*b*							
	\MICUS	SERDI	C	IVLI	C	F	PAP	VALENS		OESCO
	CORNELIA	SERDI	M	AVR	M	I	PAP	CAPITOLI		OESCO
	GRACILIS	ANCHI	M	AVR	M	F	FL	BASSU	S	PHILIP
	ASCLEPIA	CALATI	M	AVR	M	F	IVL	COTTU	S	PHILIP
C	LVCIANU	CERMA	M	AVR	M	F	IVL	FVSCU	S	PHILIP
N	SVCCESS	CALATA	M	AVR	M	F	VL	FABIU	S	BEROE
AN	IANVARI	ATTALIA	M	AVR	M	F	FL	FIRMU	S	ANCYRO
L	MONTAN	TRIMON	M	UL	M	F	FL	ROMULUS		MURSA
L	MAVPVS	TRIMON		7	FVFICI			VAR		I
DOM	TORQUATU	ICONIO	M	AVR	M	F	AE	OPTATU	S	MO C
DOM	TERE S	ANTIOC	M	AVR	M	F	CL	DAMM	O	ACUNT
VLP	IVLIANU	ZERMIZ	M	AVR	M	F	CL	CARINU	S	SAVARI
I	SATVRNINI		M	AVR	M	F	FL	SEPTIMOS		SIPMI
AVR	CEMENS	CIBALIS	M	MAT	M	F	SEP	ANTONINU		CARNU
	MARTIALI ·	SCUPIS	M	AVR	M	F	VL	ALBANU	S	ANCHI
	SPECT	AVCVS	M	AVP	M	F	VL	HERODIAN		MARCIA
		SERDIC	M	AVR	M	F	FL	FAVSTIN	I	ANCYPA
		IIIA oP 7	L	LAE	L	F	VL	PLACIDU	S	ZERMIZ
			M	AVR	M	F	DOM	MARINU	S	ANT O
			M	AVR	M	F	IVL	APRILI	S	PHILIP
			M	AVR	M	F	ANI	ALEXI	S	DAFNE
				VP	M	F	VL	SEPTIMI	N	E / C O
					M	F	IVL	LARCU	S	PHILIPP
								CORBVL	O	PHILIPP
								LARCU	S	TRAIPO
									S	BEROIA
										EPIR O

Descripsit Schmidt; contuli ectypum. Edidit Lanciani l. c. p. 26. 27 n. 38.

a 5 corona lemniscata, quae est post nomen, nescio an donum militare significetur. — *a* 13 in. propter locum litterae I cum videantur ante ex nomine tres litterae periisse (cf. maxime *c* 24), admodum est probabile esse supplendum [*Did*]*i* et intellegendum eundem centurionem, qui est in laterculi praecedentis n. 893 v. 18. — *d* 7 litterae BYZANI in litura repositae sunt, corrigendum BYZANT.

c

	C	CA_	C	F	VL*p*	SECUNDINUS		ZERMI
	P	AEL	P	Γ	SER	MEMMIANUS		AQVIN
	T	FL	T	F	QVI	*an*TIOCHUS		IRIMU
	M	AUR	M	F	CAE	*Marc*U	S	CERM
	P	AEL	P	F	FL	PR*im*U	S	SAMA
	P	AEL	P	F	PAP	CAIU	S	OESCO
	M	AUR	M	F	CLA	MARCIANU	S	APAM
	M	AUR	M	F	CIA	CAIU	S	APAM
		7	AVRELI			ANAMATI		
	C	LIC	C	F	PAP	ATILIANUS		POEIO
	M	AVR	M	F	FL	UALENTINU		SISCI
	M	AVR	M	F	VLP	DIZ	A	PAUTA
	M	AVP	M	F	VLP	PRIMU	S	HADPO
	M	AVI	M	F	VLP	SEUFRU	S	HADPO
	M	AVR	M	F	ULP	RUSTICUS		MARPO
	C	VAL	C	F	PAP	SABINIANUS		OESCO
	M	AVR	M	F	VLP	THEO	N	APRIS
	M	AVR	M	F	DOM	DEMETRIUS		IERAP
	M	AVR	M	F	ANT	CLAUDIUS		DAFN
	C	LIC	C	F	CL	MANNADIUS		SAUAR
	M	AVR	M	F	FL	MARINU	S	SIDON
	M	AVR	M	F	VL	SURU	S	SERDI
EQU	M	AVR	M	F	DOM	CASSIU	S	TYRO
		7	VLPI			VIATORIS		
	C	IVL	C	F	PAP	VALENTINUS		POETO
	T	AE	T	F	AEL	TITIANU	S	PAUTA
	M	AVR	M	F	PAP	NOUELLU	S	POETO
	C	IUL	C	F	AEL	CAIU	S	DOLIC
		AVR	M	F	QUI	ETTEL	A	SCUII
		P	M	F	FL	LEUCIU	S	ANCYR
			M	F	ULP	BALBV	S	PAUTA
					PAP	ALEXANDER		OESCO
						UALEN	S	CAETI
						STATANUS		SAUAR
						INU	S	PAUTA
								ANCYR

d

7 CVSONI SECVNDINI
M AVR M F ULP DIZ A PAUTALIA
C ATT C F PAP UALERIAN POETOU
M CAEL M F PAP UICTO R POETOU
M VLP M F PAP CRESCENS RATIARI
M AVR M F QUI CELSU S SCUPIS
C UAL C F POL HERCULAN *BYZANI*
C IUL C F FL MARCU S SAMASA
C IUL C F SEP SILUANUS TYR O
M AVR M F CAE PALADU S GERMANICIA
M AUR M F ULP TITU S HADRIAN
M AUR M F ULP PROVINCIA NICOPO
EUO M AUR M F FL VRBANU S SOLU A
C UAL C F ULP VINDE X ZERMI
M AUR M F ULP ROMANOS ANCHIA
M AUR M F COL AUITIANU LAUDICI
M AUR M F ANT ABBOSA S SYRIA
T TRO T F PAP FIRMU S POETOUI
M AUR M F AEL MAXIMU S DAMASC
C IUL C F OUI UALEN S AEMDUFI
T SEM T F ULP AUGUSTUS APULO
COH IIII / / / / / / /
7 FVLCINI RVFI
M AUR M F FL FIRM*u* S SISCIA
M AUR M F CL NTIU S UIRUN*o*
M AUR M F VL*p* SPRI O ZERMI
M AUR M F V*lp* CAPIT O PAUTA
T CL T F *fl* SEUERINU SIRM*i*
T TET T F *u*L SPECTATU S ZERM*i*
M AUR M F AVC AUITU S TROIAN
M AUR M F VLP PETRONIU S ANCI*alo*
M AUR M F AEL AFRODISIU TRA
M AUP M F FAB ROCATUX A *sic*
M AUR P F FAB LERA
P A*el* P F PAP FORTI *s*
M V*lp* M F ULP MARCU *s*
M *Au*R M F AEL DIODOR*u* *s*
M F ULP CAIU *s*
o *au*RELI CASS*iani*
P F PAP

895 fragmentum tabulae marmoreae repertum in restauranda apside basilicae Lateranae.

(Textum vide p. 316.)

Descripsit Henricus Stevenson, qui edidit et illustravit in ann. inst. arch. 1877 p. 343 seq.

AVREL I I VLP M M
AVREL M F AVG SENEC A TRAI M AVRE
AVREL M F CL MARTIALI S NICOP M AVRE
VALER C F CL VALERIANVS DRVB M AVRE
AVREL M F VLP LONGINVS ANCH M AVRE
AVREL M F AVG AQVIL A TRAI M AVRE
AVREL M F QVI ORESTE S TRIM M AVRE
AVREL M F ALL MAXIMV S CARN M AVRE
PAPIR L F AEL VERINV S CARN
AVREL M F POL APOLLONIVS CASTR 7
TVLLIVS A F CL ROMVLV S SAVAR CORC MEM
7 MVNATI PII M AVRE
IVLIVS C F FL MARCIANV S SOLVA M AVRE
AELIVS P F IVL ANNAMATVS EMON M AVRE
AVREL M F FL TAT O SISCIA M AVRE
AVREL M F VLP VALEN S SERDI M VIBI
*a*VREL M F VLP FIRMV S HADR M AVRI
*au*REL M F VLP IVLIV S ZERM T FLAV
*au*REL M F CL MARCELLV S HIER M AVRI
AVREL M F VLP IVVENI S BIZE M AVRI
AVREL M F VLP EMERITV S HADR M AVRI
VAL·ER C F QVI LONGINV S SCVP M AVRI
ACON C F AVR SATVRNINVS LAMBES M AVR
*i*VLIVS C F VLP MVCATR A PERIN M AVR
*a*VREL M F VLP RVFINV S BIZE M AVRI
COH VI ////////////// M AVRI
M AVR
*o*PETICI DONATI C VALE
*ae*LIVS P F QVI MAXIMV S SCVP M SENT
*fl*AVIV T F AEL AVITV S MVRS L OCTA
AVREL M F CL SERVATV S CELEI EVOK C MAV
*i*VLIVS C F IVL MAXIMV S BIZE 7 M
ANTON M F CL EVSCINV S SAVAR M AVR
FLAV T F CL CRISPINV S SAVA C VALI
CLAVD TI F AEL VICTO R AVG M AVRI
ANTON M F VLP BASSINV S ZERM M AVRI
AVREL M F VLP CLEMENTIN MARCP M AV
AVREL M F VLP IANVARIVS TRAIP M AV
AVREL M F QVI MARCV S SCVP M AV
AVREL M F VLP CRISPI O POET M AV
ORAPI C F AEL SENILI S AVG M AV
AVREL M F SER ANTONIV S ANTI M AV
VREL M F AVL ASCLEPIADES FOEN M AV
RENI L F AEL VERECVNDVS MVRS M AV
*s*EMPR C F QVI IANVARIV S CARTH M AV
7 AVRELI MARCI M A
M AV
*a*VREL M F FAE //////////////VS ANCYR C IVI

Consideratis diligenter laterculis urbanis militaribus cum reliquis tum qui nuper prodiit (supra n. 887), quod adhuc non exploratum est, quid ipsi fuerint, de maiore parte, maxime secundi post Christum saeculi, certo videtur cognosci posse. In his enim cum plerumque milites dispositi sint per centurias praescriptis in una quaque eorundem binorum annorum consulatibus, quorum posterior priorem excipit, prorsus similis est titulus in priore parte vol. VI n. 209 propositus, nisi quod hic et ad unam centuriam pertinet et integer est, laterculi autem cum aliis partibus mutilati sunt tum ipsa priore parte eademque primaria. Ille titulus est: *Gallicano et Vetere cos.* (a. p. C. 150) *VII id. Ian. coh(orte) I pr(aetoria, centuria) Satri. Genio (centuriae) missi honesta missione (septem): Hibero cos.* (a. 133) *Sp. Censorius Iustus Viruno* [sequuntur quattuor alia nomina], *Serviano III cos.* (a. 134) *T. Annius Crispinus Cupra mar(itima), T. Antonius Primus Perintho.* Res igitur hoc titulo inscripta dedicata est Genio centuriae Satri a militibus huius centuriae, qui militare coeperunt vel a. 133 vel 134, dimissis honesta missione VII id. Ian. a. 150, scilicet post XVI vel XVII stipendia emerita. Laterculorum ut formam ita argumentum idem esse, id est eos incisos fuisse in tabulis marmoreis aediculae Genii dedicatae a militibus honesta missione dimissis, ut per se consentaneum est, ita omnibus rebus commendatur. Conveniunt enim non solum numerus militum officiaque adscripta, maxime evocatorum, sed etiam quod docuit Lanciani (vide supra ante n. 889), qui laterculi a. 1877 et 1878 reperti sunt loco fere antiquo, ei ubi fuerint, nulla alia aedificia fuisse nisi *edicole e tempietti, are e monumenti votivi*, et ibi superfuisse rudera eius aediculae, in cuius *avanzi della decorazione marmorea* et laterculi incisi fuerint et verba quae ipsam missionem honestam indicent (supra n. 890) [*m*]*issi honesta* [*missione Claudio Severo e*]*t Aufidio Victorino c*[*os.*]. Accedit vero aliquid, quo, quod per se omnes numeros probabilitatis habet, ita videatur demonstrari, ut dubitationi omnino locus relictus non sit. Scilicet in fragmento laterculi, quod supra n. 887 propositum est, in tertia pagina commemoratur cohors decima urbana et in centuriis, quae sequuntur, praescripti sunt anni 137 et 138; etsi autem haec cohors inter urbanas prima est, tamen aliae praecedunt centuriae in iisque praescripti sunt anni 141 et 142. Hoc eiusmodi est, ut, si quod diximus verum est, adeo non mirum sit ut aliter esse non potuisse cognoscatur, si non verum est, non habeat quomodo intellegatur. Nam cohortes praetorias et urbanas saltem per duo prima saecula post Christum existimatas esse eiusdem corporis, itaque etiam in honesta missione coniunctas fuisse, cum alia docent tum quae habemus eius aetatis privilegia militibus praetorianis vel urbanis data (dipl. X Corp. vol. III p. 853 anni 76 et XLVII p. 889 inter a. 161 et 169)[1]. Itaque in laterculis militum ex custodiis urbanis honesta missione dimissorum nec

[1]) Res mutata est ante a. 208 (dipl. XLVIII p. 890), scilicet postquam Septimius Severus praetorium diverse constituit.

fieri potuit, quin ante milites urbanos enumerarentur praetoriani, nec quin anni, quibus hi militare coepissent, quaternario numero differrent ab annis illorum, quod notum est militiam legitimam praetorianorum fuisse senorum denorum annorum, militum urbanorum vicenorum[1]). Ita efficitur illo laterculo enumerari milites a. 158 dimissos, quo anno dimittendi essent praetoriani qui non post annum 142, urbani qui non post 138 militare coepissent. Similis prorsus est res in fragmentis laterculorum vol. VI n. 2404 *a. b* propositis, quibuscum eiusdem monumenti fuisse iam apparet tabulas ibidem n. 2375*a. b. c*[2]). Sunt enim in 2404*b* priore pagina perscripti anni 119 et 120, in posteriore anni 115 et 116, ex fragmento autem 2404*a* efficitur milites, quibus praescripti sint a. 115. 116, fuisse urbanos, ex n. 2375*c* v. 1 et *b* III, 23 eos, qui habeant praescriptos annos 119. 120, fuisse praetorianos. Concluditur enumerari milites dimissos a. 136, ordinandas autem esse tabulas ita, ut post n. 2375*a. b. c* primum sequatur n. 2404*b*, tum 2404*a*.

Quae cum ita sint, quin hi laterculi sint militum honesta missione dimissorum videtur dubitari non posse. Proximum est ut quaeratur, quaenam sit causa cur bini fere praescribantur anni. Hac de re nobis non dicendum videtur, ex iis qui per eundem annum militare coeperint, a kalendis Martiis ad kalendas Martias proximas, eos qui mensibus Ianuario et Februario milites facti sint aliis consulibus factos esse atque reliquos[3]), sed potius statuendum ea saltem aetate, ex qua eiusmodi laterculos habemus, milites custodiae urbanae non uno quoque anno dimissos esse sed altero quoque. Nam post a. 29 (vol. VI n. 2489) et ante a. 221 (dipl. n. LXII ephem. epigr. 2 p. 464) neminem offendimus vel praetorianum vel urbanum secundum sollemnem usum dimissum[4]) alio anno praeter eos, qui ex nostrae aerae ratione habeant numeros pares et, quae est eadem res, laterculi militum, quos praetorianorum vel urbanorum fuisse vel certum est vel probabile, omnes ita sunt instituti, ut annorum praescriptorum posterior habeat numerum parem.

Iam considerandi sunt laterculi vol. VI n. 2380. 2381, in quibus per singulas centurias quaterni anni memorati sunt, in n. 2380 anni 149. 150.

---

[1]) Digest. 27, 1, 8, 9.

[2]) Litteras quoque similes esse testatur Dessau.

[3]) Huic rei id ipsum obstare, quod cum titulus VI n. 220 doceat milites non factos esse certo die sed prout res eveniret, tamen in laterculis illis numerus militum ita variet, ut nequaquam posterior consulatus multitudine superari soleat monuit Mommsen.

[4]) Non iusti exempli loco habendum esse consentaneum est, quod a. 69 quia *Vitellio e praetoriis cohortibus metus erat, separati primum, deinde addito honestae missionis lenimento, arma ad tribunos suos deferebant* (Tacit. hist. 2, 67). Ex iisdem militibus anno proximo sive 70 *quibus aetas et iusta stipendia, dimissi cum honore* (l. c. 4, 46). — Sane quod primus eiusmodi laterculus militum ex custodiis urbanis dimissorum, cuius pars extat, est praetorianorum, qui annis 119 et 120, urbanorum, qui a. 115. 116 militare coeperunt, nescio an quodammodo significet hanc quoque ordinationem redire ad imperatorem Hadrianum, praesertim cum secundum eam parte militum diutius retenta fiscus sublevatus sit.

151. 152 [1]), in n. 2381 a. 153. 154. 155. 156. De his, si quod probare studuimus verum est, statuendum est priorem laterculum esse militum dimissorum a. 168, posteriorem a. 172, annis autem et 166 et 170 contra consuetudinem antiquam honestam missionem omissam esse. Hoc vero nihil habet quod offendat, quoniam illa aetate bella gravissima gesta sunt eaque quibus ipsi praetoriani interessent. Quid quod hi laterculi per se claris indiciis cognoscuntur esse militum gravibus bellis perfunctorum? Haec indicia sunt, quod et numerus militum ita exiguus est, ut saepissime singulis annis singuli milites enumerentur, in centuria autem Proculi (n. 2381*b* I, 11) ex quattuor annis omnino unus miles, et quod haud paucis nominibus (n. 2381*a* II, 3. 5. 6. 11; 2381*b* II, 1. 7. 9. 14. 16) praescriptum est *d(onis) d(onatus)* [2]).

Minus certo de laterculis posterioris aetatis iudicari potest. Atque exeunte imperio M. Aurelii vel imperante Commodo dimissorum militum praetorianorum vel urbanorum laterculi non videntur extare; Septimius autem Severus in ipso exordio imperii cohortes praetorias prorsus mutavit, exauctoratis praetorianis qui tum erant et re ita instituta, ut milites, qui per aliquot annos in legionibus militavissent, in praetorium transferrentur. Hoc cum factum esset, in praetorianis certe missionis quoque antiqua forma, ex qua altero quoque anno dimitterentur qui ante XVI vel XVII annos militare coepissent, quin mutaretur fieri non potuit. Contra in urbanis cohortibus nihil impediit quominus antiqua forma servaretur. Atque extant magna fragmenta laterculi militum urbanorum praescriptis annis 197. 198 (vol. VI, 2384. 3884 [3])), qui cum prorsus similis sit antiquioribus huius generis, statuendus videtur esse militum urbanorum dimissorum a. 218. Iam vero praeter hunc habemus tres laterculos urbanos annis praescriptis imperio M. Aurelii posteriores, si omittimus VI, 2412, qui qualium sit militum non apparet [4]). Eorum primus est VI, 2382. In hoc enumerantur milites per consulatus annorum certe 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179 [5]), possunt alii et praecessisse et secuti esse. In quo laterculo qui referuntur quin praetoriani fuerint iique facti more antiquo, propter originem et officia praescripta dubitari non potest; item videtur esse certum eos, quorum nomina servata sunt, numero sexaginta, fuisse unius centuriae. Quodsi hic quoque laterculus fuit militum dimissorum, hanc missionem necesse videtur statuere intellegendam esse eam ipsam, qua a. 193 Septimius Severus totum praetorium sustulit. Sed obstat pri-

---

[1]) Erravimus quod in pagina I v. 13 dubitantes supplevimus consulatum a. 153, corrigendum videtur [*Vetere et Gallica*]*no cos.*

[2]) Ita notas iam in Corpore legimus.

[3]) Ea esse eiusdem laterculi manifestum est, primus quantum scimus in libello edito dixit C. Huelsen (de Ovidii fastis dissert. inaug. Berolini 1880 thes. n. 3). Collatis autem ectypis paginae tituli n. 2384 videntur praecedere paginas n. 3884.

[4]) Praescripti fuerunt anni 183. 184. 185, fortasse etiam priores vel posteriores.

[5]) Errore in Corpore ad *b* 13 omissus est annus 178 et ad *b* 26 scriptus 178 pro 179.

mum quod quae de illa re narrat Dio[1]), qui eam vel oculis suis vidit vel certe tum Romae adfuit, eiusmodi sunt ut difficile sit credere Severum etiam eis, qui nondum iustum stipendiorum numerum confecissent, praemia honestae missionis ex parte certa concessisse atque omnino eorum qui tum militia solverentur nomina incisa esse in aedicula, quae res indicare videretur grato eos fuisse animo. Deinde cum secundum antiquum institutum anno 188 dimittendi fuerint praetoriani, qui militare coeperunt annis 171 et 172, anno 190 milites annorum 173. 174, anno 192 annorum 175. 176, in hac autem centuria enumerati sint milites annorum 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177 et sequentium et fortasse annorum nonnullorum praecedentium, si intellegendi essent milites qui a. 193 etiamtum militarent, statuendum esset certe annis 188. 190. 192, fortasse etiam superiore aliquo, missionem honestam non factam esse, quae res et per se maxime mira est praesertim imperante Commodo, neque in memoria rerum gestarum quidquam est, quo offensa minuatur. Nobis igitur hic, de quo agimus, laterculus non videtur esse militum dimissorum, sed omnium militum, qui certo aliquo tempore, quod fuit haud multo post a. 179, in una aliqua centuria praetorianorum fuerunt. Nam neque inest in hoc laterculo quidquam quod milites missos significet[2]) et ex inscriptionibus VI n. 212. 213. 214 incisis in epistyliis aedicularum annis 181 et 185 fere a singulis centurionibus praetorianorum cum evocatis et militibus eiusdem centuriae factarum genio centuriae, cognoscitur in parietibus harum aedicularum vel ararum adiunctarum incisos fuisse laterculos omnium eiusdem centuriae militum. Eius generis laterculum eum fuisse, de quo agimus, et fuisse in una ex tribus illis aediculis, in quarum epistyliis incisi fuerunt tituli VI, 213. 214. 215[3]) vel in alia simili eiusdemque aetatis satis nobis videtur esse probabile[4]).

---

[1]) In ipso initio lib. 74: Σεουῆρος . . . τοὺς μὲν χειρουργήσαντας τὸ κατὰ τὸν Περτίνακα ἔργον θανάτῳ ἐζημίωσε, τοὺς δὲ ἄλλους δορυφόρους, πρὶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι, μεταπεμψάμενος καὶ ἐν πεδίῳ περισχὼν οὐκ εἰδότας τὸ μέλλον σφίσι συμβήσεσθαι, πολλά τε καὶ πικρὰ ὑπὲρ τῆς ἐς τὸν αὐτοκράτορά σφων παρανομίας ὀνειδίσας αὐτούς, τῶν τε ὅπλων ἀπέλυσε τούς τε ἵππους ἀφείλετο καὶ τῆς Ῥώμης ἀπήλασεν. ἔνθα δὴ οἱ μὲν ἄλλοι καὶ ἄκοντες τά τε ὅπλα ἀπερρίπτουν καὶ τοὺς ἵππους ἠφίεσαν, ἔν τε τοῖς χιτῶσιν ἄζωστοι ἐσκεδάννυντο·

[2]) Nota evocati hic non invenitur.

[3]) Si in rebus sua natura incertis hariolari licet, fortasse aliquod vestigium est, quo VI, 2382 esse potius eiusdem aediculae atque VI, 213 significetur. Nam hoc epistylium primum notum esse coepit per Fabrettium, qui id in vinea Patrum societatis Iesu ad castra praetoria fuisse dicit, laterculus autem VI, 2382 per Malvasiam, qui partem inferiorem secum Roma Bononiam tulit dicens nuper esse repertam in agro Romano. Iam vero Fabretti et Malvasia fere coniuncti erant in explorandis titulis urbanis. Hoc si verum est, cum VI, 213 sit aediculae factae a. 181, coniciendum videtur hunc laterculum initium cepisse ab anno 165 et in ea pagina vel potius eo latere quod periit — tabulam cum forma tum ornamenta quae sunt in infima parte indicant per se effecisse latus aedificii neque alias paginas iuxta fuisse — praeter evocatos fuisse milites annorum 165. 166. 167. 168. 169. 170 et certe consulum nomina a. 171, id quod cum spatio recte videtur convenire.

[4]) Nam quae moveri potest difficultas, quod non appareat causa, cur anni praescripti sint, cum id in solis laterculis missorum fieri soleat idque idonea causa,

Restant duo laterculi consulatibus praescriptis supra n. 891 cum consulatibus annorum 183. 184 et VI, 2383 annorum 187. 188. Utrumque post imperium a Severo susceptum incisum esse certum est. Nam in n. 891 priore pagina referuntur milites, quos et nomina et domus fere Illyriciana certo significant esse a Severo ex legionibus in praetorium translatos, in n. 2383 quae est contignatio litterarum V et S, cum in urbanis titulis ante fere inaudita fuerit, vulgaris in Illyricis, indicat qui hunc laterculum incidit vel ipsum fuisse hominem Illyricum a Severo adductum vel certe consuetudine cum eiusmodi hominibus coniunctum [1]). Iam vero in n. 891 prioris paginae, quae continet praetorianos qui ante fuerant legionarii, pars inferior vacat, in posteriore pagina milites referuntur praescriptis annis 183 et 184, et quae ex nominibus supersunt originem videntur indicare Italicam. In n. 2383 autem qui enumerantur milites dispositi per centurias praescriptis annis 187. 188, originem habent fere Italicam, pauci externam nec tamen Illyricam. Iam cum missionem illam binariam in praetorianis servari non potuisse apparere videatur, in urbanis autem eam servatam esse fragmenta VI, 2384. 3884 probent, Mommsenus conicit hos quoque laterculos, de quibus agimus, VI, 2383 et tituli supra n. 891 paginam posteriorem esse urbanorum, scilicet ut in VI, 2404*b* et supra n. 887 urbani sequuntur praetorianos, in tabula n. 891 priorem paginam esse ultimae cohortis praetoriae, posteriorem primae urbanae. Hoc ut satis probabili argumentatione effectum est, ita videtur nihil esse, quo refellatur. Nam quod nos in n. 891 ab hac opinione abduxit [2]), quod in eiusdem aediculae parietibus fuit fragmentum supra n. 890 memorans milites missos honesta missione a. 200, scilicet eo ipso anno, quo secundum antiquum institutum dimittendi erant praetoriani qui militare coeperant annis 183 et 184, non est eiusmodi ut qui in n. 891 pagina II memorentur milites facti his annis, praetorianos credendos esse, non urbanos necessario flagitet. Cum enim in ipsius huius aediculae parietibus praeter laterculum n. 891 fuerint etiam laterculi n. 892. 893. 894, quos et dispositio et litterarum forma docet diversis annis incisos esse, efficitur in hac certe aedicula non semel nomina inscripta esse, sed

---

non mihi videtur gravis esse. Nam primum praetorianorum militum laterculus certus omnes unius vel plurium centuriarum milites exhibens non videtur extare, ut non certum sit, in eiusmodi laterculis non fuisse morem annos militiae initae praescribendi. Atque ut non mos fuerit, tamen in aediculis genii, quae plerumque factae sunt a militibus post emerita legitima stipendia, si quando fiebant a militibus antequam favente genio ad illum finem feliciter pervenissent, nescio an minus mirum sit, praescriptos esse annos, ex quibus numerus stipendiorum cognosceretur. Ut qui similem aediculam fecerunt (VI n. 218) milites urbani adscripserunt quot essent stipendiorum.

[1]) Est haec fere observatio Mommseni, cf. nota vol. VI, 2383.

[2]) Nec certa videntur ea esse, quibus in n. 2383 iudicium nostrum captum erat, scilicet origo *Coropiss(o)* II, 5 et *Germ(a)nic(o)p(oli)* II, 6 et quod numerus militum in singulis centuriis est admodum exiguus. Hoc coniunctum cum n. 891 nos ad eam opinationem adduxerat, ut fortasse credibile nobis videretur, cum praetorium tolleretur, aliquos remansisse, qui postea secundum antiquum institutum dimitterentur.

post aediculam dedicatam et nomina dimissorum incisa iterum et saepius addita esse in aliis tabulis nomina commilitonum postea dimissorum. Sane hoc ex illa re certo efficitur omnes hos laterculos n. 891. 892. 893. 894 esse militum honesta missione missorum[1]), idemque satis confidenter statuere licet de laterculis supra n. 895.[2]) VI, 2395. 2397. 2401. 2403, qui et formae sunt simillimae et eiusdem fere esse aetatis cognoscuntur. Nec quidquam huic rei obstat. Nam quod numerus militum singularum centuriarum in his laterculis multo solet maior esse quam in laterculis antiquioribus, consentaneum est, qua aetate praetoriani non omne militiae tempus in praetorio consumerent, sed haud paucis stipendiis in legionibus meritis per ultimos solum militiae annos in cohortibus praetoriis essent, maxime auctum esse numerum eorum, qui in una quaque missione dimittendi essent.

Iam quod modo diximus laterculos quos memoravimus esse eiusdem fere aetatis, ut de laterculis, quos testatum est fuisse in eadem aedicula, per se consentaneum est, ita de omnibus vel forma litterarum vel alia indicia probant, ut n. 891 (I, 19). 894 (c, 11; d, 24) 895 (v. 15). VI, 2397 (v. 6. 7) incisi sunt, antequam Siscia a Septimio nomen Septimiae acciperet[3]). Tamen praeterquam quod probabile vel certe credibile est n. 895 et 891 esse eiusdem laterculi, in ceteris forma litterarum eiusmodi est, ut duos esse eiusdem missionis de plerisque negandum sit, de nullo affirmari possit. Videntur autem omnes contineri imperio Septimii Severi, nec notae nobis sunt tabulae marmoreae laterculos militum praetorianorum continentes posterioris aetatis[4]).

Propter haec quae exposuimus etiam in iis quae in vol. VI dixeramus sunt quae corrigenda sint. Aliquid iam in addendis p. 868 ad n. 3885 correximus dicentes sitne laterculus aliquis praetorianorum an urbanorum cognosci non posse ex nomine patris et tribu vel additis vel omissis. Idoneum autem visum est hic subicere indicem laterculorum custodiarum urbanarum annis praescriptis, quarum partes habemus.

qui militare coeperunt	nomen patris et tribus	origo	dimissi	
praetoriani a. 119. 120; urbani a. 115. 116	omittitur	additur	ut videtur a. 136	VI, 2375*a. b. c*; 2404*b. a*
praetor. a. 125. 126	omitt.	add.	ut v. a. 142	VI, 2405
a. 127. 128[5])	additur	?	ut v. a. 144 aut 148	VI, 2376

[1]) Confirmant notae *evo(cati)* n. 892, II, 10 et 894*d*, 13.

[2]) Confirmatur nota *evok(ati)* II, 30.

[3]) Contra laterculus n. 895 (v. 8. 9) videtur incisus esse antequam Carnuntum Septimium appellatum est, laterculi n. 892 (I, 8). 894 (*b* 14) postea.

[4]) Etiam laterculum praetorianorum VI, 2386, qui etsi paullum diverse conceptus est, eiusdem videtur esse generis, iam in Corpore diximus ex nomine *Plautian(opolis)* cognosci esse incisum ante interfectum Plautianum.

[5]) II, 9 videtur supplendum esse 7 *Ro*]*mani* vel similiter. Urbanine an praetoriani intellegendi sint, nihil indicat.

qui militare coeperunt	nomen patris et tribus	origo	dimissi	
[praetor. a. 133. 134	om.	add.	a. 150	VI, 209]
praetor. a. 137. 138	add.	add.	ut v. a. 154	VI, 2377; supra n. 886
praetor. a. 141. 142; urban. a. 137. 138	add.	add.	ut v. a. 158	supra n. 887; VI, 2378 [1])
praetor. a. 143. 144	om.	add.	ut v. a. 160	VI, 2379 *a. b*
praetor. ? a. 147. 148 [2])	om.	add.	ut v. a. 164	VI, 3885
praetor. a. 149. 150. 151. 152	add.	add.	ut v. a. 168	VI, 2380
praetor. a. 153. 154. 155. 156	add.	add.	ut v. a. 172	VI, 2381
[praetor. unius centuriae a. ... 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179...	add.	add.		VI, 2382]
praetor. sine anno; fortasse urban.? a. 183. 184	add.	add.	num a. 204 ?	supra n. 891
fortasse urban.? a. 187. 188	om.	add.	num a. 208 ?	VI, 2383
urban. a. 197. 198	add.	add.	ut v. a. 218	VI, 2384. 3884.

Omisimus laterculos VI, 2411 annorum 114. 115. . . . et VI, 2412 annorum . . . 183. 184. 185. . . . , qui cuius generis militum fuerint non apparet.

Item haud inutile visum est subicere indicem originum in laterculis nuper repertis propositarum. Ac primo quidem loco posuimus laterculorum Septimio Severo antiquiorum, n. 887, quem numerum omisimus, et n. 888.

		tribus			tribus
Aes(e) Pic(eno)	II, 4	Pol.	Capua	II, 3	[F]al.
Arret(io)	II, 16	Pom.	Clater(na)	I, 3	. . .
Arret.	I, 5	. . .	Cremon(a)	II, 20	Ani.
Ascl(o)	II, 9	Fab.	Crem.	I, 14	. . .
Bagen(nis)	I, 13	. . .	[D]obero	I, 16	. . .
Bler(a)	II, 21	Arn.	Drips(ino?)	I, 4	. . .
Bon(onia)	I, 6	. . .	Durr(achio)	II, 10	Aem.
Brix(ia)	II, 7	Arn.	Fan(o) For(tunae)	I, 12	. . .

[1]) Fragmentum n. 2378 cum possit esse vel praetorianorum et coniungendum cum VI, 2377 et supra n. 886, vel urbanorum et coniungendum cum supra n. 887, hoc praetulimus, quod loco vel eodem vel non multum distanti repertum est.

[2]) Probabilius est attribuendum esse praetorianis quam urbanis propter domus et quod, si esset urbanorum, hi missi esse putandi essent a. 168, quo qui praetoriani videntur dimissi esse enumerantur laterculo n. 2380 diverse concepto. Quae sunt in v. 1 superesse ex nomine centurionis et positio et magnitudo litterarum docet.

		tribus
Faven[tia]	888, 6. 7	Pol.
For(o) Cor(neli)	I, 8	. . .
Iader	II, 8	Ser.
Int(eramnia) Pr(aetutianorum)	II, 13	Vel.
Luca	II, 15	Fab.
M	888, 4	Ste.
Mant(ua)	II, 12	Fab.
Mars(is)	II, 29	Ser.
Mutin(a)	II, 25	Pol.
Mut.	I, 9	. . .
Nea[p(oli)]	II, 2	. . .
No . . .	II, 30	[Ma]e.

		tribus
Parm(a)	II, 14	Pol.
Raven(na)	II, 22	Cam.
Ricin(a)	I, 11	. . .
[Sa]ssin(a)	I, 17	. . .
Sirmio	II, 23	Quir.
Sora	II, 26	Rom.
Spol(etio)	II, 27	Hor.
Sutr(io)	II, 19	Pap.
Vercel(lis)	I, 15	. . .
Verc.	I, 7	. . .
Ve[rcell.]	888, 8	Ani.
Urv(ino) M[et(aur.)]	888, 5	Ste.

Sequuntur origines laterculorum post imperium a Septimio Severo susceptum incisorum n. 891. 895. 892. 893. 894.

		cognomen vel tribus civitatis
A	894*d*, 33	Fab.
Acunt(o)	894*b*, 11	Cl.
Aemdufi.(?)	894*d*, 20	[Q]ui.
Aesco (cf. Oesco)	892, 13. 16	. . .
Anch(ialo)	895, 5	Ulp.
Anchi.	894*a*, 3	. . .
Anchi.	894*b*, 15	Ul.
Anchia.	894*d*, 15	Ulp.
Anci//	894*d*, 31	Ulp.
Ancy(ra)	891, 16	Fab.
Ancyr.	895, 46	Fa[b].
Ancyro	894*b*, 7	Fl.
Ancyr.	894*c*, 30	Fl.
Ancyr.	894*c*, 36	. . . .
Ancypa	894*b*, 17	Fl.
Androp(oli)	891, 12	Ael.
Anti(ochia Pisidiae)	895, 41	Ser.
Antioc.	894*a*, 11	(dom.)
Anto.	894*b*, 19	(dom.)
Apam(ea)	891, 17	Cl.
Apam.	894*c*, 7	Cla.
Apam.	894*c*, 8	C[l]a.
Apris	894*c*, 17	Ulp.
Apulo	894*d*, 21	Ulp.

		cognomen vel tribus civitatis
Aquin(co)	894*c*, 2	Ser.
Attalia	894*a*, 7	/AN
Aug(usta)	891, 22	Ael.
Au[g].	891, 20	Ael.
Aug.	895, 34. 40	Ael.
Augus.	892, 22	. . . .
Au[g]us.	894*a*, 16	. . .
Beroe	894*b*, 6	Ul.
Beroia	894*b*, 26	. . .
Bize	895, 20. 25	Ulp.
Bize	895, 31	Iul.
Byzan[*t*](*io*)	894*d*, 7	Pol.
Caeti.	894*c*, 33	. . . .
Calati	894*a*, 4	. . .
Calata	894*a*, 6	. . n.
Carn(unto)	895, 8	A[e]l.
Carn.	895, 9	Ael.
Car[n].	892, 8	Sept.
Carnu.	894*b*, 14	Sep.
Carth(agine)	895, 44	Qui.
Castr(is)	895, 10	Pol.
Castr.	892, 11	[Po]l.
Castri.	892, 12	. . .
Cast.	892, 20	. . .
Castris	892, 34	. . .
Ca[str].	893, 29	Pol.

		cognomen vel tribus civitatis
Celei(a)	895, 30	Cl.
Celeia	892, 25	. . .
Cibalis	894*a*, 14	Aur.
Dafn(e)	894*c*, 19	(Ant(iochia))
Dafne	894*b*, 21	(An[t].)
Damasc(o)	894*d*, 19	Ael.
Divodu(ro)	892, 23	. . .
Dolic(he)	894*c*, 28	Ael.
Drub(eto)	895, 4	Cl.
Dru[b].	893, 32	Ael.
E / co	894*b*, 22	Ul.
Emon(a)	895, 14	Iul.
Epiro	894*b*, 27	. . .
Foen.	895, 42	Aul.
Germanicia	894*d*, 10	Cae(sarea)
[G]erm.	894*c*, 4	Cae.
[G]erma.	894*a*, 5	. . c.
H	893, 28	Pol.
Hab.	891, 18	—
Hadr(iano-poli)	895, 17. 21	Ulp.
Hadr.	892, 26	. . .
Hadria.	892, 19	. . .
Hadrian.	894*d*, 11	Ulp.
Hadpo.	894*c*, 13. 14	Ulp.
Hier(apoli?)	895, 19	Cl.
Ierap(oli)	894*c*, 18	(dom.)
Iconio	894*a*, 10	(dom.)
Lambes(e)	895, 23	Aur.
Laudici(a)	894*d*, 16	Col.
Lepti m(agna *vel* inore)	892, 15	. . .
Marc(iano)-p(oli)	895, 36	Ulp.
Marcia.	894*b*, 16	Ul.
Marpo.	894*c*, 15	Ulp.
Mog(io)	892, 9	Ael.
Mo[g.]	894*b*, 10	Ae.
Murs(a)	895, 29. 43	Ael.
Mursa	894*b*, 8	Fl.
Nicop(oli)	895, 3	Cl.
Nico[p.]	893, 31	Ulp.

		cognomen vel tribus civitatis
Nicopo.	894*d*, 12	Ulp.
Nicop.	892, 10	[F]lav.
Nicop.	892, 21	. . . .
Oesco	894*b*, 1. 2; *c*, 6. 16. 32	Pap.
Pantalia	894*d*, 2	Ulp.
Pauta.	894*c*, 12. 31	Ulp.
Pauta /	894*d*, 27	U[lp].
Pauta.	894*c*, 26	Ael.
Pauta.	894*c*, 35	. . .
Perin(tho)	895, 24	Ulp.
Philip(pis)	894*b*, 4. 5. 20	Iul.
Philipp.	894*b*, 23	Iul.
Philip(po-poli)	894*b*, 3	Fl.
Philipp.(?)	894*b*, 24	. . . .
Poet(ovio-ne)	895, 39	Ulp.
Petev.	892, 18	. . . .
Poeto.	894*c*, 25. 27	Pap.
Poe[t]o.	894*c*, 10	Pap.
Poetov.	894*d*, 3. 4	Pap.
Poetovi.	894*d*, 18	Pap.
Ratiari(a)	894*d*, 5	Pap.
Samasa.	894*d*, 8	[F]l.
Sama.	894*c*, 5	Fl.
Sam . . .	893, 30	Fl.
Savar(ia)	895, 11. 32	Cl.
Sava.	895, 33	Cl.
Savar.	892, 30	. . .
Savari.	894*b*, 12	Cl.
Savar.	894*c*, 20	Cl.
Savar.	894*c*, 34	. . . .
Scup(is)	895, 22. 28. 38	Qui.
Scupis	894*d*, 6	Qui.
Scupis	894*a*, 15	. . .
Scu[p]i.	894*c*, 29	Qui.
Serd(ica)	891, 13	Iul.
Serdi.	895, 16	Ulp.
Serdi.	894*c*, 22	Ul.
Serdi.	894*a*, 1. 2	. . .
Serdic.	894*a*, 17	. . .

		cognomen vel tribus civitatis			cognomen vel tribus civitatis
Sid.	892, 14	. . .	Traip.	895, 37	Ulp.
Side	891, 15	Iul.	Traipo.	894*b*, 25	. . .
Sidon(e)	894*c*, 21	Fl.	Troian.	894*d*, 30	Au[g].
Sirm(io)	891, 21	Fl.	Trim(ontio)	891, 11. 14	Ulp.
Si[r]mi.	894*b*, 13	Fl.	Tr[im.]	891, 10	Ulp.
Sirm . . .	894*d*, 28	[Fl].	Trim. (?)	895, 7	Qui.
Siscia	891, 19	Fl.	Trimon.	894*a*, 8. 9	[U]l.
Siscia	895, 15	Fl.	[T]rim[o?]	894*c*, 3	Qui.
Sisci.	894*c*, 11	Fl.	Tung.	892, 28	. . . .
Siscia	894*d*, 24	Fl.	Tyro	894*c*, 23	(dom.)
Solva	895, 13	Fl.	Tyro	894*d*, 9	Sep.
Solva	894*d*, 13	Fl.	Virun[o]	894*d*, 25	Cl.
Subus.	892, 27	. . .	Zerm(izegetusa)	895, 18. 35	Ulp.
Syria	894*d*, 17	(Ant(iochia))	Zermiz.	894*a*, 12	Ulp.
Tarso	892, 33	. . . .	Zermiz.	894*b*, 18	Ul.
Tenis	892, 32	. . . .	Zermi.	894*c* 1; *d* 26	Ul[p].
Tra//	894*d*, 32	. . . .	Zermi.	894*d*, 14	Ulp.
Trai(anopoli)	895, 2. 6	Aug.	Zerm//	894*d*, 29	[U]l.

896 Ioannes Schmidt primis mensibus a. 1879 nostra causa diligentissime titulos, qui in tabularii Capitolini horreis servantur, describens utilissimam operam impendit in fragmenta basium marmorearum in lateribus nomina militum praetorianorum per centurias disposita exhibentium, quae ego a Kaibelio potissimum adiutus antea descripseram et edideram sub n. 2385. 2388. 2390. 2391. 2393 (cf. Addenda p. 868). Nam et lapidibus luto et calce tenaci oblitis sedulo purgatis litterisque detritis opera frequenti diligenter examinatis haud pauca recte legit quae antea vel male lecta vel omnino non cognita erant et lapidum generibus, litterarum natura, aliis indiciis diligenter consideratis haud pauca fragmenta vel quomodo coniungenda vel cuius basis essent aut certo perspexit aut coniectura probabili divinavit. Nos ex iis quae legit vel recognovit hic posuimus potiora.

N. 2385*a* examinatis diligenter et marmore et forma basis a fragmentis 2385*b* distinguendum esse perspexit Schmidt, qui addito fragmento versuum 2—5 composuit sic:

imp. caes. l. septimio
*seuero p*IO PE*rtinaci*
*au*G ARA BIC · AD*iabenic*
PARTH · MAXIM · B*ritann*
PONTIF · MAX · T*ribun. pot*
XVII · IMP · XV · *cos. iii p. p. diui*
MARCI · ANT*onini german*
SARM · FIL · DI*ui commodi f*R*atri*
DI*u*I · AN*tonini pii ne*POT · DIVI
*ha*DR · P*ronepot. diui t*RAI · PART ·
*ab*N E P*ot. diui neruae* ADNEP
coh. I P*raet. p. u. d. n. mq. eiu*S

Notanda salutatio imperatoria XV coniuncta cum numero tribuniciae potestatis XVII, cum hucusque tam inscriptiones quam nummi ut ultimam salutationem imperatoriam habuerint duodecimam.

De n. 2385*b* Schmidtius disputavit haec:

'Corpus fragmentorum, quod sub n. 1 composui, trium basis laterum partes complectitur. Constat ex fragmentis, quae sunt in C. I. L. vol. VI n. 2385*b*, 17. 8. n. 2393*c* (nisi quod dextrum latus ibi omissum est) n. 2385*b*, 13. 1. 6. 20. 7 cum add. p. 868. Quae fragmenta nunc alia servantur inter reposita tabularii (n. 2385*b*, 17. 13. 20. 7 cum add., fragmenti n. 2385*b*, 6 pars superior, n. 2393*c*), alia in aedibus conservatorum affixa sunt parieti,

qui est ad scalas a parte dextra[1]). Quod cum fieret, n. 2385*b*, 6 inferioris partis latus sinistrum videtur desectum et perditum esse. Quare litteras CRESCENTIANCIR obliquis exprimendum curavi. Ceterum recte haec fragmenta me coniunxisse cum re ipsa patet, tum, quicunque scripturam examinaverit, certissime edocebitur. Solum n. 2385*b*, 20 num in suum locum vere revocatum sit dubitare licet. Sed ex duobus fragmentis — hoc de quo agitur et n. 2385*b*, 2 — uni illum locum utique deberi mihi certum videtur. Cum enim in utriusque latere sinistro litterae omnino non sint, pertinuisse nequeunt nisi ad basis latera aut dextrum aut sinistrum. Namque anticam tantum et posticam in parte dextra superiore litteris vacasse quin statuamus nihil obstat. Illa enim, ut qua contineretur dedicatio, certe non tota litteris occupata erat. Posticae autem sinistram partem solam inscriptam fuisse inde efficitur, quod complura fragmenta, quae sinistro basis lateri haud dubie tribuenda sunt, a suis partibus sinistris litteris carent. Quaestio igitur in eo tantum versatur, num fragmentis n. 2385*b*, 20 et 2 loca sint mutanda. — N. 2385*b*, 7 cum ad supremam basis partem pertinuerit, secundum ea quae modo exposui, in alium locum atque in illum, in quo posui, nullo modo quadrat. Tota basis m. 0,68 crassa et plus metro alta fuit. [Adiunximus nos fragmenta quae fuerunt anticae n. 2393*d* et 2394*c*.]

Sinistro basis lateri tribui fragmenta n. 2385*b*, 2. 18. 12. 9. 14. 10, praeterea n. 2385*b*, 5. 4, quippe quae a parte dextra litteras non exhibeant.

Restant fragmenta sex (vel septem — nam n. 9 cf. corp. inscr. add. p. 868 ego non repperi), quibus loca certa assignare non potui: n. 3. 4. 5. 6. 7 = VI, 2385*b*, 15. 3. 23. 21. 16, denique n. 8 = VI, 2388*b*, 29 (in add. p. 868), non diversum a n. 2388*b*, 23, nisi quod huic exemplo plures errores inhaerent. Id ad hanc basim, de qua agitur, non ad alteram n. 2388, et marmoris et litterarum species manifesto revocant. — Ceterum nolo tacere fragmenta, quae sunt in C. I. L. VI, 2393*d* et 2394*c*, fortasse ad huius basis anticam pertinere, a qua nec marmoris nec litterarum natura differunt. [Coniectura est recta; cf. quae supra addidimus.] — VI, 2385*b*, 11 postquam ex pariete evulsum est cognovi non esse huius basis.

Fragmenta n. 2385*b*, 19 et 24 cum lapidis natura tum litterarum forma docet a ceteris separanda esse, coniungenda cum n. 2388*a*, 2. 3. 4, cf. infra.

Superest ut animadvertam in repositis tabularii praeter ea, quae iam enumeravi, etiam haec fragmenta servari: n. 2385*b*, 18. 12. 14. 10. 15. 23. 21. 16, item n. 2388*b*, 23 (cf. add. l. l.). Reliqua in aedibus conservatorum loco supra descripto parieti affixa sunt'[2]).

---

[1]) Inde avulsa nunc iacent in cavaedio aedium conservatorum, donec loco aptiore cum ceteris laterculorum fragmentis collocentur.

[2]) Nunc et ipsa in cavaedio aedium conservatorum humi iacent.

1

A antica.

B latus intuenti dextrum. ordo prior.

I 7 IVLIANI
C LICINIVS CO
C
VALERIVs

(*interciderunt versus nescio quot*)

m AVRELI
SE M LOLLIVS A
M CAECILIVS A
C VETTENIVS
C IVLIVS SOLI
P AELIVS ATHEN*aeus*
P AELIVS SECVND*us*
M VLPIVS SECV*ndus*
FC C IVLIVS PRISCV*s*
C RESPECTVS MA
7 COMICI P HEIVS RVFVS T
TI CLAVDI MARCELLIN
M VLPIVS SECVNDVS SCVPI [1]
M M*a*RIV MARCELLVS SAVAR
M VI*c*TORIVS SEVERVS AVGVS
SIG T MARCI'S FIRMV S CELEIA
EVO C SE*m*PRONIVS FELI X CARTA
L SE*pti*MI VAR O NICOM
L V*ale*RIVS RVFV S NICOM
C IV*li*VS MENOPHI 'S CILICI
M F*ufi*DIVS SERENVS TRAIANA
BF TR T F*lauiu*S DOMITIAN GADAR
L Se*P*TIM PVLADE S NICOM
C MARI'S MARIANV ARCELA
OP 7 M A*u*RELIV SABINV S CIBALI
SP T *cl*AVDI PRISCV S SAVAR
M *here*NN SENECIAN MOGIO
7 SOSA*tis*
M V*lpius* GEMELLINVS SCVP
P H*eluius* DOMNIO ANCY

1*a* = 2394*c*

COH
DC

VL·X
GENTI
D·SIGN IFERO
II PR P V
VLOD SCMENS

[1] Versus positus est iuxta eum qui in pagina sequenti est 12.

I M SA///// DARDISA ANCHI
TI CL*audiu*S BARE A SAVAR
SP P AE*li*VS RESPECTVS MOGI
M · AV*r*ELI COSTINVS CAESA
SIG M VL*p*IVS MARSV S CAESA
L · SEP*t*IM ASCLEPIOD NICoM
BF TR L SEP*t*IM GAIANV S CAESA
C IVL*i*VS MARCIAN NICO
L SEPTIM NEPO S SALO
M AV*r*ELI AELIANVS MVRS
M PR*i*MI SECVNDIN QVIRI
C IV*li*VS SVPE R CARN
C C///S MAIORIN · IAN · LVCO AVG *sic videtur*
M V*lpi*VS QVINTIN SCVPI

Lateris dextri ordo posterior.

II *ti cl*AVDIVS SATVRNIN POETAV
*ti cl*AVDIVS INGENVS AVGVST
*s*EPTIMIVS INSEQVES CELEIN
*a*ELIV S KARV S AQVINQ
*t fl*AVIV S PROCVLVS TRIPOLI
*t fl*AVIV S ANTONIN STRATON
*m a*VRELIVS SILVANVS ONSPR
*t sept*IMI VEPI FL A SERDICA
NATI · PR*o*CVLEI · A SISC
LIVS IVS AV

(*defecisse videntur tot versus quot in pagina prima post v. 4 interciderunt et quinque.*)

P
T
7 AEMILI VAL
EQ SAL · AVRELI
SIG C IVLIV S
P · HELVIVS
COR P · HELVIVS
T · AELIV S
OP 7 · L · SEPTIVS
EQ C · GENIALIS
C VALERIVS C F CAELIV SICCA

C postica.

I POLLI*onis*
M VLPIV*s*
L TROSIV*s* *sic*
T FLAVIVS *sic*
TV L CAESIVS
L CASSIVSS
COR P HELVIVS
F C L · POMPON
E V C · ALLIV S
S P L GALLON
7 M AVRELIV*s*
...DIVS

(*defecisse videntur tot versus quot in lateris dextri pagina prima et quattuordecim.*)

L ...LIVS...
L SEPTIM

II T SERIToRIV L · F PRISCUS SERMIZ ·
T C FLAVIVS MESSIANVS SIR ·
M AVRELIVS MAXIMVS HADRI ·
7 AGRICOLA*e*
C IVLIVS DONATVS THEBEST
L DERCENI DONATVS THAMV
C IVLIVS HERCVLAN SERMIZ
C GALLON FRONT O SAVARI
L SEPTIMIVS LVCANVS SISCI
EVO C IVLIVS *CRESCENTIAN CIR*TA
→

vacat reliqua pars paginae

CAMD P ALLIV S
OP 7 P ALLIV S
T PVBLIC
T FLAVIV
TES M ATILIV S
T PRIMIV*s*
EV L SCANTI*us*
L SEPTIM*ius*
M VLPIVS
7 CAECILI PRI
← T ·
OP 7 M AVRELIV*s*
M SEMPRO*n*
P AELIV S
M VLPIVS
SP P AELIVS
Q AELIVS *sic*
T MARIVS
P
L SEPTIM*ius*
L ANNIV*s*
//TF C IVLIV *s*
L SEPT*imius*
F C· C IVLIV*s*
P VESENI

2

D latus intuenti sinistrum.

ordo prior.

I 1 7 IVLII
IMMv L · SEPTIMIVS AVIAI
OPT 7 T CLAVDIVS DIZ*ala*
C VALERIVS IVS*t*
P AELIVS DEM*etrius*
SIG C IVLIVS HILAR*us*
P AELIVS GAIV*s*
C DOMITIVS VI
s EMPRONIVS

ordo posterior.

II *he*LIOPO*li*
*an*AZARBO
ANAZARBO
CAPITOLIADA *sic*
MN GADARA
VS SAVARIA
NTIN SIRMI

I

L AEMILIVS
Q CAECILIVS //
C IVLIV// ///
VICT L V///////
BF TR L ////

TI CLaudius
L ANNius
C IVLIVS
C
EVO P HELVIVs
7 NVNDINI
P AEMILI
BVC M VLPIVs
P AELIVs
SP P Heluius
SP P Heluius
EV M Aurelius
7 MVNATI PII
SIG P PETRONIVS IM
M VLPIVS TALOCE
M IVLIVS PROCESSVs
tVB M COCCEIVS ROMVlus
p aeLIVS TRICVNDVs
C
L
C
C VS MAXimus
BF TR T Flavius MAXIMus
BF TR C FLAVIVS ATILIAnus
L SEPTIMIVS DEMetrius
L SEPTIMIVS AQVIl...

II

DIN SCVPIS
LVS AEL SISCIA
RBO CAESARIA
maRTINVS DVROST
uaLENS DVROSTOR
satuRNINVS THVSDR
RONIVS PTOLOM
cELSINVS CAESAR
uictoRINVS AEL SOLVA
uaLENS DVROSTOR

muCATRA ANCIALES
prISCVS VLP RATIARI
MVS FLA SCVPIS
CANDIDIANVS PET
HADR MANPSVS
M TII

A
MARCVS NICOM
SIV S MOGIO
ATIAN MOGI
maRCELL CAESA
PITAL AMME
NBVLO CAESA
heRCVLA CIRTH
alEXAND NICOM
ANVS CAESA

Accedunt fragmenta, quae in locum certum revocare non licet:

3

P A*elius*
signif. C IVLIVS
*eu*O M CALVEN*tius*
*eu*O M AELIVS
M TANNON *sic*
Q NVMISIV*s*
T *a*NTON*ius*

4

M
M VLPIV*s*
C IVLIVS
Q CAELIVS
L VALERIVS
L SEPTIMEI*us*
Q GAIVS GV
L SAEVS

5

DIDV*s*
ENTI
*h*ERMOC*rat*
LLVS CA

6

S VAL*ens*
HELVIVS HI
IVLIVS SEXTI

7

M ARRVN*tius*
bf PR L MARCIV*s*

8

RIMI ·
L · VICT*or*
V · FVC
VR · C

9(?) = VI, p. 868.


LIVS COCCE

De anticae v. 1 scripsit nobis Mommsenus haec: 'Denariariam rationem 'exposuit Maecianus distr. part. § 48 seq. sic: *si ad denarium* (scilicet assium 'sedecim) *rationem conficias . . . quattrussis hac nota scribas vocesque: quadrans* 'X=7, id est qui scribere vult denarium unum asses quattuor, notis utetur 'denarii X et quadrantis denarii sive trium unciarum; itaque quod hic legi'mus X X AER =7, significat denarios 10 ass. 4 sive den. $10\frac{1}{4}$. Eius rationis 'exemplum cum adhuc neque apud auctores quod sciam neque in titulis 'habuerimus, hoc quod primum emersit duas res docuit. Primum assibus 'hac certe aetate praescribi solitum fuisse *aer(is)* vocabulum, quamquam per 'se notae X=7 sufficiebant. Deinde male sustulisse me, cum Maecianum re'cognoscebam, quod in libris scriptis non obscure significatur (et hic et § 59 'in dodrante), virgulam unciae notae solitae ad latus additam ibi, ubi soli'taria est locumque extremum obtinet. Quattuor unciae sunt ==, quinque '==-, septunx semuncia S-£, tres unciae =7, novem S=7.' — V. 1 in. videtur fuisse [*sing*]*ul.*, 2 [*curam a*]*gent*[*e*], 4 [*coh. II* vel *I*]*II* vel *II*]*II* vel *V*]*II* vel *VI*]*II* vel *VII*]*II*, 5 potest esse [*Proc*]*ulo d*[*i*]*sc*(*ente*) *mens*(*oris*), quod Mommsen commendavit. — Fragmentum 1 *a* fuisse anticae et eo servata esse duorum versuum principia certum videtur, quo loco fuerit non constat. —

Ex reliquiis anticae id videtur effici in lateribus incisa esse nomina militum praetorianorum qui ad dedicandam eam statuam, quae huic basi imposita erat, pecuniam contulissent. Sed quae huius rei causa fuerit incertum est. Sane et numerus militum, qui in singulis centuriis recensentur, et officia praescripta, maxime evocatorum, eiusmodi sunt ut non videatur ineptum esse opinari, hos etiam milites esse dimissos honesta missione. Addimus centuriam Sosatis, quae est *B* I, 32, videri esse eandem quae est vol. VI, 2436 *coh. I pr. p. v.* [7] *Sosatis*, item centuriam *Munati Pii* (*D* I, 27) videri recurrere in laterculo supra n. 895 v. 12, ut statuendum sit in pagina *B* I recenseri milites cohortis primae praetoriae, p. *D* I quintae. — *B* I, 47 potest suppleri *C. O*[*viu*]*s*, fortasse etiam *O*[*ppiu*]*s*, tum est *Maiorinian*(*us*). — II, 3 lege *Inseque*(*n*)*s Celei*[*a*]. — 7 quod sit nomen civitatis non apparet. — In pagina *D* II post v. 7 videntur intercidisse numerus cohortis praetoriae et nomen centurionis, post v. 17 nomen centurionis.

---

897 ad n. 2388*a*. Fragmenta composita sub n. 2. 3. 4. 5 separanda esse a frustis coniunctis sub n. 2388*b* tam marmoris quam litterarum diversitate confirmavit Schmidtius, qui notavit praeterea fragmenti n. 2388*a*, 2 latus dextrum litteris vacare, alterius autem basis et anticam et latera dextrum et sinistrum inscripta esse. Idem propter marmoris et litterarum similitudinem cognovit eiusdem esse tituli n. 2388*a*, 2. 3. 4 et 2385, 19. 24, item fragmentum infra 5. Componenda autem esse ita ut infra factum est, partim cognovit Schmidt, partim postea nos. Sunt fragmenta 1 = 2385, 24; 2 = 2388*a*, 3; 3 = 2388*a*, 4; 4 = 2388*a*, 2; 6 = 2385, 19.



Fragmentum 5 edidit Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 30.

Frustulum n. 2388*a*, 5 corrigendum sic:



ostendit diversitas marmoris et litterarum a fragmentis supra propositis separandum esse.

In n. 2388*b* quae emendavit et composuit Schmidtius, ea cum minoris momenti sint, inserentur additamentis vol. sexti corporis inscriptionum.

898 ad n. 2846. Extat in tabulario in repositis, sed in describendo fugerat me inscriptio lateris.

In antica:

a VR MARCELLVS
AVGG NN CO
h. ... PRAET 7 PA
N VOTVM

In latere:

CO*h.* .. *pr*
AVRE
AVREL
AVREL
AVRELI
COH · .. *pr*
AVRELIV
COAN · AVRELIV *sic*
AVRELIV
AVRELIV
AVRELIV
AVRELIV
VPr

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. — V. 8 quadratarius errore videtur incidisse COAN pro CORN.

TITVLI MILITVM PRAETORIANORVM. ACCEDVNT PROTECTORES AEVI RECENTIORIS.

899 ad n. 2473. Est origine Ostiensis; habent Melchiorri sched.; Amati Vat. 9754 f. 1.

---

900 in vinea card. Sanctorii prope Casertam.

D · M
A · VIBIO · IVSTO · FILIO
A · VIBIVS · FIRMINVS
VETERANVS · COH
$\overline{III}$ · PR · ET · SEPTIMIA
POLLA · FECERVNT · ET
SIBI · LIBERTIS · LIBER
TABVSQVE · POSTERIS
QVE · EORVM

M. H. Maza apud Mur. ms. olim 21, 281, ed. 2037, 4; inde Mommsen I. N. 6347.

901 cippus marmoreus in repositis musei Laterani.

d | M
| · P · F ·
|NTI ·
*c*OH · III · P ·
| · XXII
DIEB · XIII
(*centuria*) | IANVARI
|IA · FELICV
la f|ILIO
*op*TIMO · F

Descripsit Detlefsen.

---

902 apud Cariminium architectum via *di s. Giovanni in Laterano.*

T · FLAVIVS · IVVEN
CATVS · EVOC COH
IIII · PRE · P · V TROSIVS
SEPTIMVS FRATRI
B · M · ERES POSVIT

Descripsit F. Duhnius.

1 cognomen hominis parum liquet.

---

903 *comprata in Napoli* Maza, in vinea Didaci Mazae Mvr.; *sopra il Vomero nella villa di Mancanelli* 1747 Gal. — Exemplum novicium in urna rotunda litteris parum bonis incisum extat in museo Vaticano (*Pio Cl. gal. de' candelabri*) Kell. et adhuc.

D M
M AVR DASIVS
MIL COH V PR P V
7 CATVLLINI NAT
PANN COLON SISCIA
VIX ANN XXXII MIL
ANN XIII M AVR
CANDIDVS EQ SING
D N FRATRI B M F

M. II. Maza in schedis Mutinensibus Muratorii olim 21, 231, ed. 2028, 9 (inde Orelli 504); Ferdinandus Galianus a. 1747 apud Mazochium syll. ms.; exemplum Vaticanum descripsimus ego et Kellermann vig. n. 160, de sinceritate dubitans. Ex Mur. et Kell. Mommsen I. N. 6812, archetypum urbanum esse recte contendens.

4 om. 7 Gal. — 8 FO SINO Maz. — 9 B M E Gal.

904 Neapoli apud Hier. Mazam Maz., apud Ian. Mazam Com. Nunc fracta in museo Neapolitano.

a ab una parte:

IVLIVS | POTENTINVS
7 · | SVPERI
~~MIL ·~~ | COH · V · PRAET ·
TVSSIDI | A · BARBARA
FILIO · B | ENEMERENTI
POS | VERVNT

b ab altera parte:

IVLIVS · POTENTINVS ·
MIL · COH · V · P · 7 SVPER*I · ET*
TVSSIDIA · BAR*BARA*
IVLIO · POTENT*INIANO*
FIL · BENE · MEREN*T · POSVER*

Mommsenus descripsit partem superstitem tituli *a* et edidit I. N. 2858, recognovit *a* et *b*. Utramque partem M. H. Maza in schedis Mutinensibus Muratorii olim 21, 231 (inde *b* Mur. 2032, 6) et Fiorelli *catal.* 855; solam *a* Procaccelli ms. 1735 et Comus apud Mur. ms. et ed. 821, 7.

Inclinatis dedimus quae iam desunt.

---

905 in vinea *del Pino* ad viam Salariam.

D *corona* M
PRIMI · AELIAN*i*
QVONDAM · MIL*itis*
COH · VI · PR · ANTO*n. p. u*
ST · XII · VIX · AN

Descripsit H. Marucchi.

---

906 tabula marmorea in aedibus Merolli via *delle tre cannelle.*

D M
M · VINVTIO · VRSINO
QVI · MILITAVIT · ANN · VII
COH · VI · PR · 7 METTI
FECIT · VETTIVS · FIRMI
NVS HERES
ET · CANNVTIVS · FIR
MVS SVBSTITV
TVS · BENEMAERENTI *sic*
FECERVNT

Descripsit Gatti.

907 tabula marmorea litteris recentioribus parum bonis, effossa in statione viae ferratae Tiburtinae, olim vinea Venturiorum, ad portam S. Laurentii; nunc apud curatores viae eiusdem in aedibus Torlonia.

D ❦ M ❦
C COSSONIO
POMPONIANO
MIL ❦ COH VIIII PR
MIL ❦ ANNIS XI
FEC ❦ COSSONIA ❦
CYPARE ❦ MATER ❦

Descripsi; dedit etiam Lanciani descriptam a Pellegrinio. Gori *archivio* 1879 p. 371; Fiorelli *notizie* 1879 p. 334; Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 28.

---

908 stela e lapide Tiburtino; via Appia milliario fere quinto humi iacens ad *Casale di S. Maria Nova.*

M · ARRIVS
M · F · FAB ·
SEVERVS
RVDIS
MIL · COH
$\overline{\text{X}}$ · PR ·
7 · LAELI
*m*IL · AN · III
uix. AN · XXI
t. P · I

Descripsit Gatti a. 1877 ediditque *bull. arch. com.* 1878 p. 38.

---

909 fragmentum tabulae marmoreae effossum in agro Verano.

HONO
VIXIT
MILITA*uit in coh.*
PR · P V · A*n*
IVLIVS
HERES

Descripsit Gatti.

---

910 fragmentum cippi marmorei, in tabulario in repositis.

*m*IL · CO*h.* ...
*p*R · Ɛ · EC
MILIT · AN
VIX · AN X
T · *f. i*

Descripsit Schmidt.

911 in coemeterio Cyriacae sub vinea Viscardia a. 1768 Mar. — Nunc in museo Laterano e Vaticano translata.

· MARCELLA MARTINO COIVGI BENE MERENTI FECIT QVI VI
XIT ANN XXXVIII · IN PRIMA MINERBES MIL ANN V IN VND
ANN IIII · IN LANCIARIA ANN · V · IN PR · ANN V · FECIT CVM CO
/IICE SVA AN IIII BENE MER IN PACE ·

Descripsit de Rossi. Exhibet Marini sched. Vatic., *Arv.* p. 630 (inde Orelli 3384).

2 intellegendae legiones prima Minervia et undecima. — 3 de *lanciaria* cf. C. I. L. 3, 6194. — Intellegendum esse non *in pr(aetorio)*, sed *in pr(otectoribus)* conicit Mommsen, quod quo tempore titulus incideretur, praetoriani nulli fuerint.

---

912 ingens tabula oblonga valde crassa originis incertae. Extat in museo Laterano; antea erat in porticu S. Balbinae in Aventino.

D · P · FL · VALENTIS · PROTECTOR · P · R · IDVS · /
AVG · VIXIT · ANNOS · XLQII · CIVIS · CONCO*rdiensis*
· F · L · CON · STANTIVS · FILIVS · PATRI · FECIT · BEN*emerenti*

Descripsit de Rossi.

---

913 ingens tabula marmorea arcae marmoreae imposita, effossa a. fere 1846 e ruinis veteris basilicae S. Pauli via Ostiensi; ibi extat nunc in coenobio.

corona IN HOC LOCV DEPOSITVS EST *columba*
EARETER PROTECTOR DOMESTICVS
QVI VIXIT ANNVS XXV REQVIESCIT
IN PACEM

Descripsit de Rossi.

TITVLI MILITVM COHORTIVM VRBANARVM.

914 tabula marmorea reperta d. 3 Iunii a. 1878 prope basilicam Constantini Lanc.; servatur in repositis ad S. Franciscae Romanae.

D M
AELIAE CAND*idae*
P · AEL · CANDID*us*
7 COH·X·VRB F*iliae*
DVLCISSI ET I*nno*
*c*ENTISS · FEC

Descripsit Gatti, contuli ipse. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 258.

915 fragmentum tabulae marmoreae. *Rossie Priory* Scotiae, allatum ex urbe.

COH · X V*rb. ↄ pr*
ISCI · VIXI*T ann*
XXVI · ME*ns. . . .*
D · VII · MILI*T. ann*
VII MEN
SVO · FEC
IVS · PAVL
ITALICV*s commanipu*
LARI · BE*ne merenti*

Descripsit Michaelis. Kinnaird *notes and reminiscences of Rossie Priory* (Dundee 1877) p. 23 n. 111.

Fortasse eadem centuria est n. 2874.

---

916 tabella columbarii. Ravennae in museo Classensi Spreti, ibidem adhuc.

· D · M ·
ANNIA · TERTIA · SIBI ·
ET · CONIVGI · SVO · CRISPINO
APRO · B · M · F · C · MILITI
COH · XI · VRB ·

Descripsit Bormann. Folium singulare inter schedas Aur. Guarnierii litt. *F* f. 104, descriptam, ut videtur, in urbe; C. Spreti de ampl. urbis Ravennae (Rav. 1793) I, 83 p. 218.

TITVLI VIGILVM.

917 n. 3908 servatur nunc in tabulario in repositis.

. . . *arci*VS-MONTA*nus cur. cohh*
VIG · GORDIA*narum*
*au*REL · TIBERIVS · TRIB · C*oh. . . uig*

Descripsit Schmidt, contuli ectypum.

1 restitui ex n. 1092, 5. — 4 videtur fuisse *G*[*o*]*rd*[*ianae*].

TITVLI MILITVM CLASSIVM.

918 tabula marmorea. *Rossie Priory* Scotiae.

a in adversa:

VALERIAE
VITALI
VALERIVS
FORTVNATVS
VITALI
P · B · M · F

b in aversa:

D M
L · CASSIO COI
ONI MILIS *sic*
CLASE · P ·
M · III NILO
V · AN · L · MI *l*
AN XXVIII

Kinnaird *notes and reminiscences of Rossie Priory* (Dundee 1877, 4.) p. 27 n. 129. 130.

b 4. 5 *clas(s)e p(raetoria) M(isenensi triere) Nilo.*

---

919 fragmentum tabulae marmoreae in repositis musei Laterani.

M
*c*LEMENS
class. pr. MIS · III
M · A · XXVIII
· C ·

Descripsi.

---

920 '*acheté à Rome en 1869 chez Mr. Guidi entrepreneur de fouilles*' Rob.

D · M
M FL · VALENS
MIL CLAS PR MISEN
MIL · ANNOS $\overline{\text{VI}}$
NATIO · BESSVS ·

Robert *Mélanges d'archéol.* 1875 p. 21 et tab. lithogr.

---

921 stele marmorea reperta anno 1879 in vinea del Pinto-Corsi via Appia.

D · M
SEX · SEDATINI
SVPERI · MIL
DVPLICIARI
CL · PR · MIS · TRI
ERE · LIBERA
EI

Descripsit Lanciani, qui edidit *bull. arch. com.* 1880 p. 25.

922 frons sarcophagi marmorei longa m. 1,70, alta 0,27, effossa in aedibus aerarii publici (*ministero delle Finanze*), *abbassandosi il piano del cortile detto del debito pubblico.*

in scuto quod utrimque bini delphini sustinent:

D · THIASVS · M
VALERIVS · VERVS
BIS · NAVARCVS · CLA
SIS · PRAETORIO · MESE *sic*
NATIVM · VIXIT
ANNIS XXIIII · VALERIVS
EVOK · PATER · ET · IVLIA
MATER · FILIO · FECERVNT

Descripsit Lanciani. Fiorelli *notizie* 1879 p. 265; Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 26.

923 tabula marmorea longa m. 0,75, lata m. 0,55, effossa in fundamentis aedium cursus publici (*della Posta*) ad D. Silvestris.

TIVO EX PROTECTORIBV*s*
Ↄ CLASSIS RABENNATIVM
annis . . . MENSIBVS $\overline{\text{VII}}$ DIEBVS
*benem*ERENTI CONIVGI DV*lcissimo*
DEPOSITVS $\overline{\text{IIII}}$ NON
RO PVERO QVI VIXIT

Descripsit Lanciani, qui edidit *bull. arch. com.* 1880 p. 26 et apud Fiorellium *notizie* 1879 p. 332.

924 tabula marmorea pessimis litteris Stockholmae in museo publico.

D · M ·
C · ANTHESTIVS NIGER
EX · $\overline{\text{III}}$ · CAPRICORNO
NATIO · SVRVS · VIXIT
AN · $\overline{\text{XXX}}$ · MIL · AN · XII
L · LVCCEIVS · AQVILAS
EX · $\overline{\text{III}}$ · AVG · B · M · FEC

Descripsit Häggström; contuli ectypum chartaceum.

925 apud Fr. Ficoronium Maff. — In museo Capitolino Gvasco et adhuc.

D · M
EVDAEMON · VIXIT ·
ANN · XXXX · ET ·
POSIS · QVI · VIX · ANN · XI ·
AVRELIVS DIOGENES TRIER
LIBERTIS · SVIS · BENE · MER · FEC

Descripsi. Maffei M. V. 299, 6; Guasco M. C. 562.

926 cippus marmoreus effossus in monumento columbariorum eruderato a. 1880 in sternenda via principis Eugenii prope portam Maiorem, haud longe a monumento Statiliorum.

TI · IVLIO · AVG · LIB
XANTHO · TRACTATORI
TI · CAESARIS · ET
DIVI · CLAVDI
ET · SVB · PRAEF · CLASSIS
ALEXANDRIAE *sic*
ATELLIA · PRISCA · VXOR
ET · LAMYRVS · L · HEREDES
V · A · LXXXX

Lanciani in *bull. arch. com.* 1880 p. 24 et apud Fiorellium *notizie* 1880 p. 52. De *tractatore* et *tractatrice* cf. Martialis 3, 82, 13 et Seneca ep. 66.

TITVLI EQVITVM SINGVLARIVM.

927 VI, 3175 est origine Ostiensis. Sarti sched.; Melchiorri sched.; Amati *giorn. arc.* 1825, 28, 84 p. 352; Cardinali Dipl. 285.

928 tabula marmorea in aedibus Merolli via *delle tre cannelle.*

D M
AVREL · AVRELIANO
EQ · SING · D · N · TVR · (
MAXIMI · NAT · PAN
NON · VIX · ANN · XXX
MIL · ANN · XIII · AVREL
IVS · CARINVS · MIL

Descripserunt Gatti et Dessau; contuli ipse.

929 in vinea de Sanctis prope mausoleum Helenae via Labicana.

NAT · NORICVS · VIX
ANN · XXX · MIL · ANN · XII
T · AVR · GRACILIS · ARM
CVSTOS · ET · AVR · VITALIS
sic TVBICEM · HEREDES
A · O · F · C ·
vir ducens equum stratum.

Descripserunt de Rossi et Bruzza.

930 n. 3912 nunc servatur in tabulario in repositis: descripsit Schmidt, contuli ectypum; denuo edidit Lanciani *bull. arch. com.* 1876 p. 232.

M
*au*R · PATERNO · EQ
*sin*G · AVG · VIX · ANN
*xx*VI · MIL · ANN · VIII
*tu*RMA · ANTONI
T?EVER · AVR
IIVS

6 cogitavi de *T*[*r*]*ever*(*is*), et videntur superesse litterae R post T reliquiae.

---

931 in vinea de Sanctis prope mausoleum Helenae.

vir in lecto stratus

D M
M · AVR · PAVLO NAT · DAR
DANVS · EQ · SING · AVG · TVR
CL · SPECTATI · V · A · XXVII · MIL ·
A · VIII · AVR · VIBIANVS · H̄ · ET
...

Descripsit de Rossi.

---

932 in vinea cardinalis Sanctorii ad Casertam MAZA. Iam Neapoli *largo del Proto* in domo quadam privata MOMMS., qui denuo vidit a. 1876 in eadem domo stratam in pavimento et in fine mancam; desinit v. 8 in HER. — Est urbana. Falsum exemplum extat in museo Neapolitano nota notatum Farnesianarum.

vir in lecto cubans cenat

D · M
T · FL · FORTVNATO · EQ · SING
AVG · N̄ · TVR · ANTONINI · NAT
AFER · VIXIT · ANN · XXVI
MIL · ANN · VIII · T · AVR
ANNIVS · HERES · ET · T · *sic*
AVR · GENIALIS · SEOVNDVS *sic*
HER · AMICO BONO FAC CVR

Descripsit Mommsen I. N. 6343 et recognovit. M. H. Maza apud Mur. ms. olim 21, 231, ed. 2031, 10; Minervini *bull. Napol.* 1844 p. 43; Gervasio mem. Herc. 8, 144. Exemplum falsum recognovit et damnavit Mommsen; exhibent Visconti Paris. 9697 f. 97 integrum; Fiorelli *catal.* 2044*.

933 fragmentum tabulae marmoreae. Rep. d. 28 Apr. 1878 *fra i materiali del muro di cinta della stazione in via di porta S. Lorenzo presso l'arco dell' acqua Felice* LANC. Nunc in tabulario in repositis.

I A V I
*si*NG VIX AN XXVI
*f*RONTINIVS CAS
TVS LIBRAR · N S S
HERES B M F
eques hasta aggrediens peditem

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 107 n. 31.
2 in. videtur esse vestigium litterae N, quamquam vix deesse potest *Aug.* post *sing.* — 4 extr. *n(umeri) s(upra) s(cripti)*.

---

934 cippus marmoreus Romae GRVT. Repertus a. 1602 in vinea ad portam Septimiam GRVT. ed. 2. — In hortis Matthaeiorum GVD. ad Grut. ed. 2. PTOL. FABR. SEG., et ut videtur SIRM. — In ambulacro, per quod pergitur ad museum Clementinum Vaticanum MATTH., in museo Pio-Clementino Vaticano MAR. et adhuc.

vir in lecto stratus, d. corollam, s. vas tenens
D · M
MERCATORI
NAT · RAETO
ANNORVM · XIIII
SERVO DE SE
MERENTI
T · AVR · GENTILIS
DVPLICARIVS · DOMINVS

Descripsi. Sirmond ms. Paris. 1419, 87 et 212; Grut. 528, 5 acceptam a Wouverio; Gudius ad Grut. ed. 2; Ptolemaeus sched. Senens. 2, 66 (inde Mur. 835, 1); Fabretti 394, 272 (inde et ex Grut. Orelli 3533); Seguier Paris. f. 70; Mon. Matth. 3 p. 126 n. 9; Marini sched. Vat.

---

935 tabula marmorea in museo Laterano in repositis.

ex anaglypho supra posito non supersunt nisi pedes hominis et equi
d · M
*s*ECVNDINIO · VERO ·
SF · EQVI · SING · IMP · N̄ · *sic*
NATIONE · SVAEBO ·
VIXIT · AN · XXXI MIL · AN · XIII
FACIENDVM · QVRAVIT *sic*
C CATVS DVPLI

Descripsit Dessau.
3 in. *s(igni)f(er)*.

936 tabula marmorea litteris satis bonis saeculi fere secundi exeuntis, quae erat affixa in fronte aedium Pennelliorum viae *de' Giubbonari*, reperta a. 1880, deinde apud Pinellium rerum antiquarum institorem, nunc apud curatores monumentorum urbanorum. Ab altera parte incisum est insigne gentis Picolomineae cum inscriptione a. 1404.

eques hasta leonem adgrediens: adstant
puer et canis

RESPICE PRAETERIENS VIATOR CONSOBRINI
PIETATE PARATA · CVM LACRIMIS STATVI QVAN
TO IN MVNERE POSTO VIDETIS · PANNONIA TERRA
CREAT TVMVLAT ITALIA TELLVS · ANN XXVI VT SIBI
CASTRIS HONOREM ATQVIRERET IPSE · DOLORI MA//
NO SVBSTENTAVIT TEMPORE LONGO · POSTEA CVM
SPERANS DOLOREM EFFVGISSE NEFANDAM · ANTE
DIEM MERITVM HVNC DEMERSIT AT STYGA PLVTON
QVOTSI FATA EO SINVISSENT LVCE VIDERE ·
ISTA PRIVS TRISTE MVNVS POSVI DOLORI REPLETVS
MVNVS INANE QVIDEM TERRA NVNC DIVIDIT ISTA
OSSVA SVB TITVLO POTIVS TV OPTA VIATOR CVM PIE
TATE TVA IPSO TERRA LEVE NOBIS FORTVNA BEATA
EX QVA TV POSSIS OBITVS BENE LINOVERE NATO ·
VAL ANTONIVS ET AVR VICTORINVS HERED
VLPIO QVINTIANO EQ SING BEN MER POSVER

Descripserunt Helbig et Mau. Edidit Lanciani *bull. arch. com.* 1880 p. 140. Versus sunt hexametri plane rudes et barbare concepti:

Respice praeteriens, viator, (consobrini) pietate parata.
Cum lacrimis statui, quanto in munere posto videtis.
Pannonia terra creat, tumulat Italia tellus.
Ann(is XXVI) ut sibi castris honorem atquireret ipse,
dolori ma[g]no substentavit tempore longo.
Postea cum sperans dolorem effugisse nefandam,
ante diem meritum hunc demersit at Styga Pluton.
Quotsi fata eo sinuissent luce videre,
ista prius triste munus posui dolori repletus,
munus inane quidem. Terra nunc dividit ista
ossua sub titulo. Potius tu opta viator
cum pietate tua: ipso terra leve; nobis fortuna beata,
ex qua tu possis obitus bene lin[q]uere nato.
Val(erius) Antonius et Aur(elius) Victorinus
hered(es) Ulpio Quintiano eq(uiti) sing(ulari)
ben(e) mer(enti) posuer(unt).

2. 3 *quanto posto* est pro *quantum positum,* 5 *dolori magno* pro *dolorem magnum,* 9 *eo* pro *eum.*

TITVLI MILITVM LEGIONIS SECVNDAE PARTHICAE.

937 ad n. 3367 seq. Ad militem *legionis II Parthicae* pertinet cippus ex lapide Albano in horto aedium *del Frate*, quae sitae sunt intra castra Albana.

...Ↄ · M · C...
PRO · SAL D N
ET GENIVM
CENTVRIAE
VAL · CALEN
DINVS · OPT
FECIT

Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 179.
1 videri fuisse I · O · M observavit Mommsen.

---

938 ad n. 3399. Descripsit de Rossi Ariciae in villa Chisia. Vv. 6. 7 sunt:

PATER · ME
MORIA · FILIO *sic*

TITVLI EVOCATORVM ET VETERANORVM AVGVSTI.

939 basis marmorea alta m. 1,78, lata 0,75, crassa 0,73, excavata ad usum conchae, effossa in fundamentis domus n. 53 in via *de' Bresciani* pone aedem D. Blasii a. 1879.

D M
M · AVREL · SABINO · EVOK · ❧
QVI VIXIT ANN · LVI · M III ❧
D · VIIII · AVREL · CRISPINVS
EVOK · FRATER ET · M · AVREL
SABINVS · FILIASTER · ET AVREL
SABINIANVS ET CRISPINVS
NEPOTES · ET AVREL · MAXIMA SO
ROR · ET AVREL · MARCIANVS
ALVMNVS HEREDES
FECERVNT

Descripsit Aloisius Bruzza, contuli ectypum. Fiorelli *notizie* 1879 p. 267 descriptam a Pellegrinio; Gori *archivio* 1879 p. 364

940 tabula marmorea reperta in parte superiore coemeterii S. Laurentii in campo Verano.

D · M ·
M · VALERI · ARRVNTIANI · VET ·
CONIVGI BENEMERENTI ·
POSVIT · AVRELIA GRATA ·
CONIVX

Descripsit Gatti, contuli ipse. Lanciani *bull. arch. com.* 1878 p. 122, 81.

---

941 in coemeterio Cyriacae Bold. — Extat nunc in museo Laterano e Vaticano translata.

VAL ROCATIANVS
VET SE VIVO FECIT
BISOMVM SIBI ET CO
IVCI SVAE IN PACE

Descripsit de Rossi. Edidit Boldetti p. 52, et ex eo Mur. 1970, 8, et Pelliccia de christ. eccl. polit. 3, 235.

2 YET Bold. perperam.

TITVLI RELIQVI MILITARES.

Tituli militum dignitatis equestris.

942 fragmentum marmoreum (m. 1,15 × 0,31 × 0,57) repertum in destruenda turri quae portae Flaminiae ab occidente fuit: servatur ad plateam populi.

| F · PAP
| S
pp. leg. . . mac | EDONICA
*trib. leg. ui. ge*M | ELLAE
praef | · FABR

Contuli. Fiorelli *notizie* 1877 p. 270 descriptam a Lanciano; C. L. Visconti *bull. arch. com.* 1877 p. 248, tab. XX. XXI n. 7.

3 in. supplevit Mommsen. — 4 *legio VI gemella* est in titulo Aesernino I. N. 5025 = Henzen 6677.

943 tabula magna marmorea. In aedibus Capponiis Mar. — Nunc in museo Laterano translata e Vaticano.

a *avicula* ☧ *avicula* *b*

HIC IACET ❧ HERACLIVS ❧ CIVIS ❧
SECVNDVS · RETVS FILIVS LVPICI *protome*
NI · EX PRESIDIBVS · QVI FVIT

PRAEPOSITVS ❧ MILITVM
FOTENSIVM · ET · VIXIT *sic*
ANNIS · XXXV · DEP · XII · KAL
AVGVSTVS *sic*

Descripsit de Rossi. Marini *Arv.* p. 296 (inde Orelli 490); imaginem *mus. epigr. crist. Pio-Lateranense* (ex opere *triplice omaggio alla Santità di Papa Pio IX* cet. Romae 1877) tab. XII.

a 2 intellegendum *ex Raetia secunda*, cf. Marini *ind.* p. LXVII. — *b* 2 corr. *fortensium*, cf. Böcking not. or. p. 190.

Tituli centurionum et militum gregariorum.

944 . . . . *levata l'anno 1616 a dì primo di ottobre dal vecchio pavimento di S. Pietro avanti la Gregoriana sotto le volte del novo pavimento, dove era stata a caso posta in tempo di Gregorio XIII . . . . fu levato di detto luogo fattone parola con il signor canonico Ubaldino sacristano maggiore, non stando bene detta pietra profana avanti il sacratissimo altare di S. Pietro, ancorchè in luogo sotterraneo, et detta pietra l'ebbe l'illustrissimo et reverendissimo sig. cardinale Cobellucio* . . . . Grim. — Addit Sartius: 'Parieti adfixa una cum aliis inscriptionibus, qua ex basilicae [Vaticanae] sacrario in sacellum chori est aditus. Litterarum D · M, quae Grimaldii aetate in prima linea legebantur, hodie in marmore vestigia dumtaxat supersunt, cum data opera scalpro fuerint abrasa'.

D M
T FLAVIVS CONSTANS PP SIBI ET
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
SE VIVVS INCHOAVIT ET FLAVII
SABINVS ET CHRESTVS LIBERTI
HEREDES EIVS CVM MACERIA
CLVSVM CONSVMMAVERVNT

Grimaldi Vatic. 6438 f. 49; Sarti et Settele append. de cryptis Vaticanis pag. 47 ad n. 78.

945 tabula coemeterialis. Effossa a. 1735 via Appia in vinea Vidasca e coemeterio Praetextati (id est Callisti) GIORGI, similiter MAR. — Collocata a Passioneio cardinali in secessu Tusculano PASS. — Servatur nunc in museo Laterano e bibliotheca Vaticana translata.

DEP IVLIES LEES VII KAL AVG ANTONINVS
BF MARITVS BENE MERENTI FECIT
IN PACE

Descripsit de Rossi. Exhibent Giorgi sched. Casanatens. vol. XI; Marangoni act. S. Victorini p. 130 (inde Mur. 1892, 1); Passionei 121, 63.

---

946 tabella coemeterialis. E coemeterio s. Agnetis nulli loculo affixa, mense Aprili a. 1840 ACT. — Extat nunc in museo Laterano ex horreis bibliothecae Vaticanae translata.

· AVR · OCTA
VIANVS
PISTO CVM
MANVPLIO
· B · M · FECIT

Descripsit de Rossi. Exhibent acta lipsanothecae 4, 43.
3. 4 intellege *commanipulo.*

---

947 tabula marmorea reperta mense Martio anni 1830 in coemeterio s. Hippolyti, loculo claudendo adhibita SETT. — Extat nunc in s. Marci, adfixa parieti porticus, ut sola inscriptio aversae partis pateat.

a

D · M
AVR · POTENS ·
COMMENTARENSIS
AVR · VALERIAE · CON
IVGI · B · M · F ❦

b in aversa:

D I B M
APOSCLENO · LVCILLIANO ·
CONIVGI · BENE · MERENTI ·
QVI · VIXIT · ANIS · II · M · IIII ·
D · X · OR · II · IVSTA · CONIVX ·
ET · ISTERCORIVS · FILIVS ·
DIGNO · FECERVNT ❦

Utrumque titulum exhibet Settele *Atti della pont. accad. d' Arch.* 5 p. 184. 185, aerique incisos in tabula adnexa; posteriorem descripsit de Rossi, contuli ipse.

948 R. in vinea Ioannis Morelli, olim Cicciaporci, in vicolo *delle Mattonelle*, inter portas S. Laurentii et Piam sita; deinde apud Vincentium Colonna.

AVR VALERIANVS BF
VLPIAE IVSTAE
CONIVGI BENEMERENTI
MeMORIAM
POSVIT

Descripsit Mommsen.

---

949 in aedibus Capponiis Mar., deinde apud Rusconium id. (loco alio). — Extat nunc in museo Laterano e Vaticano translata.

BANTIO DRACONARIVS
HIC REQVIESCIT IN PACE
QVI VIXIT ANNOS TRIGIN
TA QVINQVE CVM SVIS

Descripsit de Rossi. Exhibent Marini sched. Vatic. bis; Kellermann vigil. p. 42 in adnot. ad n. 77 (inde ego suppl. ad Orellium n. 6812).

---

950 ex urbe Roma c. a. 1836 cardinalis Grimaldius Treiam attulit et in domo sua collocavit.

D M
Q · CASSIVS LONGINVS BF PREF
VLPIE IANVARIE COIVGI IN
COMPARABILI VXORI QVE VIXIT
ANNIS XXXVI MENSES
V BENE MERENTI FECIT

Descripsit Mommsen.

---

951 in coemeterio Callisti.

CRESCENTI BENENERENTI IN PACE VIXIT ANNIS P · M · XIIII · MILITAVIT
ANNIS · V · FECERVNT CONMANIPVLI IPSIVS ·

Marangoni *cose gentilesche* p. 460.
1 in numero erratum est; fuit fortasse XXIIII.

---

952 in coemeterio Cyriacae.

FELICISSIMVS MILES R · QVI HABVIT VXOREM
TECLAM IN PROVINCIA HISPANICA VIXIT
ANN · P · M · LXV · M · III DEP · X · KAL ·
OCT · IN · P ·

Boldetti p. 416 (inde Mur. 813, 8).

953 apud Sacristam e coemeteriis suburbanis a. 1769 Mar. — Nunc in museo Laterano e Vaticano translata.

FL · VRSICINVS CIVES PANNONIVS MILITANS IN OFFICIO
MAGISTRI VIXIT AN XXII DECESSIT III KAL NOB

Descripsit de Rossi. Exhibet Marini sched. Vatic. a Reggio exscriptam.

---

954 fragmentum cippi aut urnae cinerariae litteris minutis. Rep. d. 19 Ian. 1877 *nel disterro del cortile dei SS. Domenico e Sisto* Lanc. Nunc in tabulario Capitolino in repositis.

d | M
| Q F IVLIANO | H
| N EX MESORE | X
sti | p IIII · VIXTI · | A
annis.... | I · MES · IIII | P
d......... | FESTA FRA | I
tri karis | SIMO ET PIEN | C
tis | SIMO ·

Descripsit Schmidt, contuli ectypum. Lanciani *bull. arch. com.* 1877 p. 48 n. 100. 4 in. videtur superesse vestigium litterae P, quod coniunctum cum numero sequente vix potest esse aliud atque *stip(endiorum)*. — Litterae in margine sunt ἡ χάρις.

---

955 R. in aedibus filis rondanni (sic videtur) *nel* 1621.

F · IVSTINO
SESQVIP
FL · IVSTIANO
FRATRI

Donius cod. Vat. 7113 f. 116 manu ipsius.

---

956 in aedibus Maximorum.

P · VALERIVS · T · F ·
GAL · LVNESIS
vIx · ANN · $\overline{XXI}$ · mIlitat
Specvl · ANN · $\overline{IIII}$

Descripsit Dessau.

957 fragmenta tabulae marmoreae reperta a. 1876 in sepulcreto sito ad viam ducentem a porta Collina ad Esquilinam, in via *Volturno* LANC. 1876 de *b*; *nel febraio decorso* (a. 1880) *è stata ricuperata la parte a* IDEM 1880. Pars *b* postea fuit in tabulario Capitolino in repositis.

a *b*

ꝏ D ꝏ M ꝏ S ꝏ
VARIO QVINTIO | GAIANO · 7 · LEG XX · V | · *u*
EX TRECENARIO | QVI MILITAVIT AN | *nis*
L · V · M · II · D · X | V · ET · VIXIT AN | *n*
IS LXXXV · M · II | D XV *e*T VALER | *i*
AE INGENVA | E CONIVGI EI | *us*
QVAE · VIXIT | ANNIS XXX |
M · I | I · D XV
QVINTIVS P | AVLINVS L | *ib*
ET HERES E | IVSDEM GAI | *a*
NI SECVNDV | VM VERBA T | *es*
TAMENTI F | ECIT · / PRAET | *ere*
A · SECVNDV | M PRAECEPT | *a*
EIVSDEM GAIA | NI VT LIBERTI LI | *ber*
TAEQ POSTERIQ | EORVM AD SOLEM | *nia*
CELEBRANDA QV | OD QVODANNIS | *prae* *sic*
ꝏ ST | O ꝏ SINT

Descripsit Schmidt partem *b*, contuli ectypum. Eandem exhibet Lanciani *bull. arch. com.* 1876 p. 183; partes *a* et *b* coniunctas idem *bull.* 1880 p. 141.

---

958 ad 3645. Integrum esse titulum in clipeo positum ac *Blaera* accipiendum pro nomine hominis monuit litteris Heron de Villefosse.

---

959 fragmentum tabulae marmoreae repertum anno 1879 in vinea del Pinto-Corsi, via Appia.

D · | *m*
ANTLIT
RACLIE
SP · NAT · C
STVPEND
B · M · TAR ·

Descripsit Lanciani, qui edidit *bull. arch. com.* 1880 p. 29.

---

960 in villa Patrizi via Nomentana.

AISIVS MILIX COH S
VSTVS FATER F PATRI
E MERENTI IOSVIT QVI V *sic*
ANNIS XXX IN IACE ꝏ *sic*

Descripsit de Rossi.

961 in aedibus Maximorum.

LEG · VII G ·
P ABIENVS
F E L I X
H F C

Descripsit Dessau.

1 *leg(ione) VII g(emina)*.

---

962 in museo Rusconio Mar. — Nunc extat in museo Laterano e Vaticano translata.

LOC ERP | S VICXIT *A*
XXII MEN | VII MILIT
SENVCARIS | X DEPOSIT *s . . . ka*
LENDAS SEPT *e* MBRE *s*

Descripsit de Rossi. Marini sched. Vatic.

---

963 '*nel pergolo nelle scale*'; praecedit: *a S. Agnese*.

. . . .
A · COMMENTAR · CVSTOD*i*
AR · AETERNAM SEDEM
CONSACRAVIT

Manutius Vatic. 5241 p. 185.

1 CVSTOD traditur. — Est *ab comentaris custodiaru(m)* in lamina Pisaurensi (Orelli 3206) *Sex. Cetri Severi spec.* cet.

E. Bormann. W. Henzen [1]).

---

[1]) Hic ut in vol. VI parte prima et verba *descripsi* similiaque de Henzeno intellegenda sunt et rem ita coniuncti absolvimus ut quae ab utro proficiscerentur non significaremus.

DE
MVNERIBVS MILITARIBVS CENTVRIONATV INFERIORIBVS.

Munera militaria minora qualia fuerint et qua ratione per diversas partes exercitus Romani distributa, cum quaerendum mihi proposuissem, exempla eorum epigraphica, quoad facere potui, omnia collegi. Sed postquam materiam collectam digerere coepi, mox intellexi paucas esse res, de quibus illa usus scientiam virorum doctorum aut augere aut corrigere posse mihi viderer. Tamen quoniam non dubitabam, quin alii essent, quibus eadem subsidia maiorem usum praebere possent, omnia publici iuris facere constitui. Ad solvendas quaestiones, quae sunt de promotione principalium, de distinctione signiferorum et vexillariorum, de aliis minoribus rebus, quid ipse contulerim, facile videbunt huius generis periti, qui catalogos infra scriptos perlegerint. Ceterae expectabunt operam doctioris, cui materiam non sine labore collectam et certa ratione dispositam suppeditavisse satis habebo.

Perlegi corporis inscriptionum Latinarum ea volumina, quae edita sunt, cum additamentis in hac ephemeride editis, praeterea octavi, noni, decimi, undecimi voluminum eas partes, quae iam typis impressae sunt, et reliquarum partium schedas, quas omnes Mommsenus et Bormannus summa liberalitate mihi permiserunt. Accedunt corpus inscriptionum Rhenanarum et inscriptionum Gallicarum collectiones a Boissievio et Herzogio factae. Titulis Africanis, quorum longe maxima pars in Corporis volumine VIII typis iam impressa est, praeter numeros eius voluminis etiam numeros Renieri adscripsi. Titulos Graecos ex indice Roehlii collectos adhibui, quamquam nec multi sunt nec magnae in hoc genere utilitatis. Munera militaria ea tantum comprehendi, quae aut intra ordinem promotionis posita sunt, ad quem tamquam finem tota commentatio tendit, aut alia ratione cum ceteris coniuncta. Exclusi igitur classiarios et technicos, praeterea evocatos, quos nuper Iohannes Schmidt diligentissima quaestione tractavit. Omisi etiam ea nomina, quae cum semel vel bis reperiantur, incertum est, utrum munera militaria significent necne. Nam nonnulla immerito a viris doctis huc relata esse apertum est. A titulis aetatis Diocletiano inferioris abstinui

exceptis eis, in quibus munera commemorantur, quae iam ante illum in usu fuerant. Titulos maiores, in quibus complura munera enumerantur, non sub omnibus capitibus plenos adscripsi sed, quae cuique loco apta erant, excerpsi. Qui integros legere volet, postremo capite, quod est de promotione principalium, eos relatos inveniet.

I.

DE SIGNIFERIS ET VEXILLARIIS.

I. Initium faciendum est a cohortibus vigilum, quarum vexillarii non raro ita commemorantur, ut dubitari nequeat, quin ad singulas centurias referendi sint. Nam et in laterculis a Kellermanno tractatis (VI, 1057. 1058) et in simili VI, 1056 singulae centuriae inter ceteros principales habent singulos vexillarios.

In cohorte I. vigilum Antoniniana sunt hi:

1. vex. Paccius Paccianus, centuria Ingenui.
2. vex. Agidius Chrestus, centuria Victoris.
3. vex. Rennius Felix, centuria Quintini.
4. vex. Titius Saturninus, centuria Iuvenis.

a. p. C. 205. C. VI, 1056.

In cohorte V. vigilum hi:

5. vex. T. Vibius Paternus, centuria Caeserni Senecionis.
6. vex. 7 L. Hordion(ius) Peculiar(is), centuria Aeli Torquati.
7. vex. M. Cannei(us) Titianus, centuria Ulpii Rutiliani.
8. vex. M. Iunius Rufus, centuria Taurisci.
9. vex. S. Claud(ius) Felix, centuria Auluporis.
10. vex. P. Iulius Faustin(us), centuria C. Iuli Rufi.
11. vex. 7 L. Domitius Felix, centuria Aureli Iusti.

C. VI, 1057.

In eadem paucis annis post (p. C. 210) hi:

12. vex. P. Decim(ius) Primianus, centuria Valentis.
13. vex. 7 L. Aurelius Felicianus, centuria Verini.
14. vex. C. Pomponius Felix, centuria Romuli.
15. vex. 7 M. Iunius Rufus, centuria Sohaemi.

C. VI, 1058.

Desunt vexillarii eis tantum centuriis, quarum laterculi aut prorsus evanuerunt aut mutili sunt. 1058 in prima centuria exstat nota praescripta VEX, quam quod nomen secutum sit, fortasse colligi potest ex latere adverso huius lapidis, in quo legitur:

16. M. Minucio Honorato vexill.,

qui curam operis faciendi egit una cum C. Antonio Antullo centurione primae centuriae. — Praeter laterculos vexillarii centuriarum in titulis reperiuntur hi:

17. C. Virrius Iucundus vexil. coh. II. vig. (centuria) Viserti Latini. milit. ann. VI, men. VII, dies XVIIII, in eis tesserar., optio, vexillarius. vix. ann. XXVII. Pisis. Or. 3480.

18. L. Cornelio L. f. Honorato vexil. (centuriae), in una ex cohortibus vigilum. p. C. 203. C. VI, 220.

19. vex. in (centuria) Sex. Iulius Trom. Clemens Vet(ulonio?), in cohorte V vigilum. p. C. 113. C. VI, 221.

20. C. Manlius Vitalis vexillarius (centuria) eadem, sc. Alinnae Firmi in coh. II vig. C. VI, 2965.

Neque dubito, quin eodem referendus sit

21. A. Satrius Urbicus vexillarius (centuria) Pomponi domo Florentia. C. VI, 617.

Nam etsi ex ipso titulo intellegi non potest, utrum Satrius vigil fuerit an miles cohortis alicuius praetoriae aut urbanae, tamen infra demonstrabitur in his vexillarios centuriarum non fuisse. Unde apparebit parum recte in C. i. L. annotatum esse: 'miles, ut videtur, praetorianus vel urbanus, utpote civis Romanus Florentiae natus'. Constat enim etiam inter vigiles cives fuisse.

Quodsi XXI exemplis confirmatum est apud vigiles singulis centuriis singulos vexillarios adscriptos fuisse, haec lex infringi non potest eis paucis lapidibus, qui per se incerti sunt, quippe in quibus vexillarii cohortis alicuius vigilum commemorentur non addita centuria:

22. L. Casurio Dextro vexillario coh. II vig. VI, 2962.

23. M. Munatius M. f. Fabia Priminus vexil(l)ar. coh. V vi[g]. Severian(a)e, qui vix(it) ann. XXVIII dieb. XXVIIII. Puteolis. X, 1767 = I. R. N. 2860.

24. T. Sallustio Agathoni vexill. coh. V vig. VI, 2981.

25. Q. Iulius Q. f. Galatus Thysdro mil. coh. VI vigil. (centuria) Lucani Augurini. milit. ann. XIV, in eis secutor tribuni ann. II, beneficiarius eiusdem ann. II, vexillarius ann. III; vix. ann. XXXVII. — C. VI, 2987.

Signiferi quidem legionum et similia persaepe leguntur, in quibus aut legio aut cohors aut ala, in qua quis stipendia fecerit, commemoratur, sed ad munus ipsum accuratius definiendum non pertinet. Tamen certo diudicari non potest, utrum quattuor vexillarii modo nominati signa cohortium an centuriarum gesserint. Cohortium enim signa apud vigiles aut nulla fuerunt, quod mihi quidem probabilius videtur, aut a vexillariis gerebantur. Vigilibus etiam adscribendus est qui sequitur:

26. vex. L. Locerius L. f. Fab. Constitutus Volaterra, VI, 215,

quem praetorianum fuisse propter locum, quo titulus repertus est, Kellermannus putavit. At vexillarii e cohortibus praetoriis nullum aliud exemplum[1]) exstat. Et quominus hunc vexillarium vexillo alicui veteranorum aut militum praetorianorum aut interfuisse aut praefuisse existimemus, obstat quod opponitur vexillario optio et quod in ipsis castris praetoriis vexillationi militum locus esse non potuit. Accedit, quod Mommsenus monuit vigilum cohortem secundam castra habuisse in Esquiliis non longe a praetoriis (Rossi, ann. inst. arch. 1858, p. 278 seq.).

---

[1]) Nam Tacitus quod hist. I, 41 Atilium Vergilionem, qui signum cohortis Galbam comitatae tulerit, vexillarium dicit, minus accurate locutus esse putandus est.

Signiferorum exempla, quae ex cohortibus vigilum vulgo afferuntur, falsa sunt:

27*. A. Silanus coh. I vigil. signifer. Beneventi. IX, 1625 = I. R. N. 1464, Kellerm. 77. Titulum misere interpolatum esse docuit Mommsenus, qui restituit: A. Silanus L. f. Ste. leg. II signifer.

28*. M. Aurelius Aphrodisius sign., sc. cohortis VII vigilum, Romae, aetate Septimii Severi. Kellerm. 1 = VI 742*. Titulus a Rossio reiectus.

Quodsi signa centuriarum apud vigiles a vexillariis, in praetorio a signiferis gerebantur, inde colligi potest dignitatem signiferi superiorem fuisse quam vexillarii. Erravit igitur Marquardtius (p. 527), qui putat apud equites singulares signiferos signa turmarum, vexillarium alae gessisse; neque hac sola re erravit sed etiam eo, quod alam equitum singularium dicit, qui fuit numerus.

II. Quo modo apud vigiles vexillarii eodem in praetorio signiferi singuli singulis centuriis adscripti fuisse videntur.

Et laterculi quidem militum praetorianorum, in quibus milites non omnes sed, qui uno quodam anno vel biennio facti sint, enumerentur, pauci exstant ac ne ei quidem integri. Qui quamquam non tam amplum, quam quo in vigilibus uti potuimus, tamen aliquod argumentationis nostrae subsidium praebent. In eis signiferi reperiuntur hi:

29.	sign. M. Aebutius Verus Aug. Taur., coh. II praet., centuria Placidi.	annis p. C. 143. 144.
30.	evoc. ex sig. M. Atilius Successus Tiburi, coh. II, centuria Clementis.	
31.	sig. M. Publicius Proculus Cremon., coh. IIII, centuria Potentis.	
32.	sig. P. Senecius Apronianus Parma, coh. IIII, centuria Veri.	C. VI, 2379.
33.	sign. L. Aemilius Victor Venusia, coh. V.	
34.	sign. C. Egnatius Agricola Bonon., coh. V, centuria Firmi.	
35.	sig. L. Laelius Nepos Vercell., coh.? centuria Iedarni.	
36.	sig. T. M[a]rcius Firmus Celeia, centuria Comici.	VI, 2385 = Eph. IV, 896 p. 324—332.
37.	sig. M. Ul[p]ius Marsus Caesa(rea), centuria Sosatis.	
38.	sig. C. Iulius, centuria Aemili Valentis.	
39.	sig. C. Iulius Hilar[us], centuria Iulii.	
40.	sig. P. Petronius Im . . . . , centuria Munati Pii.	
41.	sig. T. Nafu. Sever. VI, 2400.	

Quoniam in duabus cohortibus (IIII. V) bini signiferi commemorantur, ei non omnes signa cohortium sed aut omnes aut nonnulli ex eis signa centuriarum gessisse putandi sunt. Huc accedunt duo exempla, in quibus ipsum munus signiferi ad aliquam centuriam refertur:

42. L. Pompeio L. f. Pom(ptina) Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr. beneficiario tribuni, tesserario in (centuria), optioni in (centuria), signifero in (centuria), fisci curatori, corn. trib., evoc. Aug. Compostellae in Asturia. II, 2610.

43. M. Ulpius Ingenuus signif. coh. VII pr. (centuria) Appi. VI, 3336.

Attamen quoniam dubium non est, quin etiam cohortes praetoriae sua signa habuerint, sicubi signiferi ex praetorio aut ex aliqua cohorte commemorantur, diiudicari non potest, utrum in centuria an in cohorte hoc munere functi sint. Talia exempla sunt haec:

44. Iulii Festi militis coh. II praetoriae signiferi — militavit an. XII, promotus VII, cives Pe[to]vioniensi[s]. — defunctus in bello barbarico. — Brixiae. C. V, 4371.

45. C. Oppio C. f. Vel. Basso p(atrono) c(oloniae), pr(aetori) Auximo, (centurioni) leg. IIII Fl(aviae) fel(icis), evoc. Aug. ab actis fori, b(eneficiario) pr(aefecti) pr(aetorio), signif(ero), optioni, tesse(rario) coh. II pr., mil. coh. XIIII et XIII urbanarum. p. C. 137. Auximi. IX, 5808 (= Grut. 445, 10).

46. Ael(ius) Emeritus ev(o)[k(atus)] oriund(us) ex provincia Norica, qui vixit an. XLI m. V d. XXVIII, mil(itavit) an. XIIII in c(ohorte) III pr., it(em) ev(o)[k(atus)] s(ignifer?) m(ensibus) III. C. VI, 2482. supplementa admodum dubia sunt.

47. C. Iulius C. f. Gal. Ingenuus, militavit coh. V pr. signifer; stipendia militar(ia) XIX, evocat(iva) XII; vixit annis LX. C. VI, 2578.

48. ...... artius signifer coh. V praet. VI, 2597.

49. .... Marcellinus sign. coh. VII pr. VI, 2651.

50. L. Antonio Proculo mil. sign. coh. VIIII pr. Puteolis. X, 1762.

51. Aur(elius) Fabianus signifer, sc. in cohorte X praetoria p(ia) v(indice) Ant(oniniana, centuria) Marciani. p. C. 221 vel 222. C. VI, 323.

52. sig. M. Vettiu[s] .... Eph. IV, 887 in laterculo, quem cohorti X praetoriae et annis p. C. 141. 142 tribuit Bormannus supra p. 317 sq.

53. T. Ulp(ius) Florus [Sarmiz]egethusa mil. fac[tus in leg. II]I gem. [p. f.] (p. C. 200) — translatus in [coh. . . . praetor.] (p. C. 205) — factus sig[nifer] (p. C. 215) etc. Beneventi. IX, 1609 = I. R. N. 1451.

54. .... [pr]aef., tesser., optio, [si]gnif., benefic. pr[aeff. p]r., evoc. Aug., (centurio) co[h(ortis)] ... vig(ilum) et statoru[m]. VI, 2794.

55. .... corn. trib[uni], fisci cur[atori], signifero, optione, tesserar... VI, 3661. Quamquam hoc fragmentum, quod postremo loco posui, etiam ad cohortes urbanas referri potest.

III. In cohortibus urbanis munera signiferorum eadem fuisse atque in praetoriis per se consentaneum est et confirmatur exemplis epigraphicis. Vexillariorum nullum exemplum reperitur, signiferi, qui uni centuriae adscriptus fuisse dicatur, hoc:

56. L. Firvius L. f. Fab. Postumus d(omo) Luca miles coh. XV urban., (centuria) Arrunti signifer. vol. X in schedis = Amati ms. Vatican. 9776. Praeterea in laterculo cohortis XII urbanae anni p. C. 197 reperiuntur duo signiferi:

57. sig. C. Pestorius C. f. Crust. P .... p. C. 198. VI, 2384. cf. quae exposuit Bormannus supra p. 319.

58. sig. T. Flavius T. f. Aemil(ia) Iustinus Dob. centuria Iuventini. p. C. 197. } VI, 3884,

59. sig. T. Celsius T. f. Men. Crescens Praen(este), centuria Severiani. p. C. 198. }

quo aeque, atque in praetorianis vidimus, confirmatur in singulis cohortibus plures quam singulos signiferos fuisse. Reliqua exempla per se incerta sunt:

60. C. Vasidius C. f. Palat. Bellicus miles cohort. X urbanae optio centuriae, signifer, fisci curator, optio ab actis urbi, veteranus Aug. Thubursici Numidarum. VIII, 4874.

61. Q. Kanulei Rufi signif. coh. XII urb. VI, 2906.

62. Sex. Flavi Successi signif. coh. XIII urb. Lugduni. Boiss. p. 355, 42.

63. T. Silius Hospes signifer coh. eiusd(em), sc. XIII urbanae. Lugduni. Or. 3483 = Boiss. 360.

64. Sex. Naevio L. f. Pub. Verecundo sign. coh. XIIII, natus Veronae. VI, 2938.

65. sig. M. Maius M. f. Tean(o) . nai . . . ., cohorte XIIII urb. centuria Romani. a. p. C. 198. C. VI, 3884,
in laterculo militum, e quo iam supra duo exempla attuli.

66. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus Beneventi decurio — militavit in coh . t(?) urb. ad latus tribunor(um), fuit secutor, optio valetudi(narii), optio carcaris, singularis, benefic. tribuni, a quaestionibus factus per Annium Verum praef. urbis, et tesserarius, optio, signif(er), fisci curator, optio ab act(is), cornicul. trib., benef(iciarius) Valeri Asiatici praef. urb., miss(us) ab imp. Hadriano Aug., Severiano III et Vibio Varo cos. a. 134, Beneventi. IX, 1617 (= Or. 3462).

67. . . . . . . [militav]it in co[horte . . . . ev]oc. ex sign[ifero anni]s IIII m. III d. XVIII. C. VI, 2946; miles cohortis alicuius urbanae fuisse putandus est, quia is fuit, qui titulum hunc sepulcralem posuit. —

Videmus igitur in cohortibus et praetoriis et urbanis duo genera signiferorum fuisse, quorum alterum centuriis alterum cohortibus adscriptum fuerit. Quae duo munera etsi non tam accurate quam pleraque in militia Romana distincta sunt, tamen haec ambiguitas evitari non potest [1]). Nam siquis aquilifero praetorii urbani, quem Marquardtius p. 528 commemoravit, ita uti vellet, ut signa cohortium praetoriarum easdem quas legionum aquilas fuisse et ab aquiliferis gesta esse, signiferos autem nisi centuriarum nullos fuisse putaret, vehementer erraret. Unus enim titulus, quem ille affert quique apud Orellium 3477 legebatur: C. Sallusti Martialis mil. coh. X urb. (centuria) Testi aq(uilifer) praet(orii) urbis, nunc est in C. VI, 2880: mil. coh. X urb. (centuria) Festi a q(uaestionibus) praef(ecti) urbis. Neque magis probabile est, quod eodem loco tamquam certum profertur, in prima cohorte vigilum aquiliferum fuisse. Nam qui VI, 1056 (= Or. 3471) in laterculo huius cohortis nominantur A Q Iulius Iulianus (centuria Ingenui) et A Q Sittius Chryseros (centuria Iuvenis), eos quominus Marinium secuti aquiliferos fuisse existimemus, duae causae obstant. Primum enim certa exempla aquilarum et aquiliferorum extra legiones prorsus desunt; deinde, si illa nota recte explicata esset, in una cohorte aut duo aut etiam plures aquiliferi fuisse putandi essent, quod nullo modo ferri potest.

IV. Auxiliares quoque cohortes in hac re praetoriis similes fuisse videntur. Nam quamquam vexillarii cohortium pauci reperiuntur, tamen

[1]) [Sed argumenta certa, quibus probetur fuisse praeter centuriarum signiferos etiam cohortium, plane deficiunt: nec video cur non res ita puta ordinata fuerit, ut primae centuriae signifer quodammodo cohortis signum gestare existimatus sit. Id si ita fuit, Caesar (b. G. 2, 25) scribere potuit ut scripsit. Th. M.]

inter eos vix ullus est, quem vexillum centuriae gessisse statuere cogamur[1]). Et duobus quidem locis apparet vexillarios cohortis eos dici, qui sub vexillo extra castra constituti erant:

68. Ob natales signor(um) vexillarior(um) coh(ortis) III Celtib(erorum). Castri St. Christophori in Gallaecia, a. p. C. 167. C. II, 2553. —

69. Texand(ri) et Sunic(i) vex(illarii) cohor. II Nerviorum. Procolitiae in Britannia. Eph. III, 103. Nam Texandri et Sunici erant conterranei Nerviorum, quos vexillarios hoc loco ita dici ut VII, 1072. 1073 duos pagos militantes in coh. II Tungrorum bene monet Huebnerus.

Cetera exempla pleraque per se incerta sunt:

70. . . . mil. coh. II Alpinor. vex. Prope Cusum. III, 3261.

71. Turr[a]n[i]us Fir(mus) vexil. coh..... Andetrii in Dalmatia. III, 2744.

72. L. Teren[t]ius L. f. Severus Cel(eia) mil. coh. VIII (voluntariorum) vexil[l]ar. ann. XXX stipend. XIV. Andetrii. III, 2745.

73. Sex. Sulpicio C. f. Sabino vexillar. cho. I Lig(urum) et His(panorum) c(ivium) R(omanorum) Gratini. Prope Nicaeam. V, 7896, ubi Mommsenus putat in ultimo vocabulo latere verba 'c(enturia) Rufini'. Quod si verum esset, haberemus vexillarium vexillum centuriae ferentem. At coniectura non tam certa est, ut argumentatio ea niti possit.

74. G. Baebidio Marcello mil. c[o]h. III A[lp(inorum)] vexil(lario) equi(tum). Salonis. III, 2012.

75. . . . . emans . . . platoris [Da]esitias vexill. [e]quit. coh. I Belgar. turma Valeri Proculi ann. XLV, stipendior. XXIV. Delminii. Eph. IV, 350. De his dubitari potest. Nimirum aut cum aliis equitibus eiusdem cohortis sub vexillo in expeditione aut statione agebant aut vexillum equitum, qui cohorti utpote equitatae additi erant, ferebant. Centuriae certe vexillarii non fuerunt. — Restat unus, quem vexillum in cohorte gessisse veri simile sit, quia aut antea aut postea imaginifer fuit, quamquam ne ea quidem argumentatio prorsus certa est:

76. Gemellus im[a]ginif. coh. [III] As[t]urum p[e]d(itatae) et vexil(lariu)s coh. eiusdem. Antunnaci. Bramb. 678.

Nam hic quoque vexillationi cohortis interfuisse putari potest.

Signiferorum, qui in cohortibus auxiliaribus reperiuntur, non maior est numerus. Sunt hi:

77. S. Mileni (?) [signi]fero [coh.] I Bat(avorum). Procolitiae in Britannia. Eph. III, 106.

78. M. Aur(elius) Priscus sig. coh. I (miliaria) nova Severiana Surorum sag(ittariorum). *Leányfalu* in Pann. inf. Eph. IV, n. 440.

79. Pintaius Pedilici f. Astur Transmontanus castello Intercatia, signifer cho. V Asturum, anno XXX, stip. VII. Bonnae. Bramb. 478.

80. L. Attio L. f. Vol. Lucano signifero, centur(ioni), tribuno cohort. V ingenuorum. Nemausi in Gallia Narbonensi. Mur. 829, 1.

---

[1]) Nam qui Eph. IV, 350 dicitur vexill(arius) [e]quit(um) coh. I Belgar(um) turma Valeri Proculi, is infra inter equites referendus est.

81. C. Oc. Provincialis sig. c . . . Mommsen, Helv. 237.

82. Q. Carminio . . . . Hispanorum stip. XXV, signifero. Wormatiae. Bramb. 889.

Itaque ne id quidem certo diiudicari potest, utrum in cohortibus auxiliaribus praeter signiferos cohortium etiam alii fuerint necne. Nam quamquam verisimile est in eis quoque singulos signiferos in singulis centuriis fuisse, tamen certa exempla huius muneris non exstant. Nempe unum, quod afferri potest, aliter explicandum esse mihi videtur:

(83.) L. Campanius L. f. Pol. Verecundus [ve]teran. leg. IIII Scy. [s]ignifer 7 cho . . . . isipadensium. *Rovigno* in Istria. V, 8185.

Mommsenus quidem putat L. Campanium ex veterano legionis signiferum in centuria cohortis alicuius factum esse. At talis promotio insolita est neque ipsi Mommseno admodum placuisse videtur. Accedit, quod formula 'signifer centuriae' et similes omnino non reperiuntur nisi aut in laterculis militum aut in catalogis complurium munerum, quibus unus miles functus sit (velut II, 2610); alioquin semper nomen centurionis additur. Ergo signiferi munus cum antecedentibus, 7 nota cum sequentibus coniungenda est, ut veteranus ex signifero legionis postea centurio in aliqua cohorte factus esse videatur. Constat enim ab usitata formula veteranum ex aliquo munere dicendi lapicidas nonnumquam ita discessisse, ut scriberent veteranum legionis alicuius aut cohortis, deinde adderent munus, ex quo veteranus factus esset. Exemplum habemus eius, de quo agimus, satis simile: Q. Titius L. f. Vot. veteranu[s] leg. VIII Au[g]. imaginife[r] stipendioru[m] XXV. Aquileiae. C. V, 937. Alia exempla non ita pauca collegit Mommsenus in indicibus ad volumina III et V Corporis Inscriptionum.

V. Iam cum ad equites transeo, initium facio ab equitibus singularibus Augusti, quoniam casu factum est, ut de eis aliquanto plus sciamus quam de ceteris. Constat enim per titulos in singulis turmis equitum singularium singulos signiferos fuisse. Cuius rei haec habes exempla:

84. M. Ulpio Maturo signif. tur(ma) Sereni eq(uiti) sing(ulari) imp. n. — Aur(elius) Messor signif. VI, 3304.

85. T. Aurelio Titi filio Aeli[a] Mursa Maximo signifero eq(uitum) sing(ularium) imp. n. tur(ma) Aureli Bithi. VI, 3214.

Huc accedit, qui ipse quoque aliquod subsidium argumentationis praebet:

86. Ael(ius) Crescens sig(nifer) a. p. C. 200. VI, 225,

quippe qui commemoretur in catalogo militum unius turmae, quorum pro reditu ex expeditione Parthica ara marmorea posita est. Reliqua exempla incerta sunt:

87. M. Ulpius Vic . . . . . signif. eq. si[ng.] . . . VI, 3310.

88. [Q. Catinio . . . . veterano] Aug. n. ex equitib. [singu]laribus signife[ro]. VI, 3242.

89. T. Fl(avius) Marcellinus signifer. VI, 3177, idem 3222. Militavisse videtur in turma Aelii Crispi.

90. M. Ulp(ius) Tiberinus signifer. VI, 3197.

91. [Aur(elius) In]gen(u)us signif. VI, 3218.

Tres, quos ultimo loco posui, equites singulares fuisse inde intellegitur, quod equitibus singularibus monumenta sepulcralia dedicaverunt.

Constat equites singulares non in alas distributos fuisse sed in duas partes, quarum altera in castris prioribus altera in castris novis consistebat. Quae partes num suos signiferos maiore dignitate quam signiferos turmarum habuerint, nescimus. Nam quod Marquardtius hoc munus vexillario tribuit, in eo virum doctissimum erravisse iam supra (p. 358) duobus argumentis confirmavimus. Accedit tertium, quod munus vexillarii uno certe loco turmae addictum exstat. Reperitur enim:

92. T. Aurelio Vitelliano vex(illario) eq(uitum) sing(ularium) Aug. tur(ma) Valeri. VI, 3239.

Apparet igitur vexillarium apud equites singulares eundem esse, qui alioquin signifer dicitur. Cuius rei praeter hoc tria alia habemus exempla:

93. C. Iulius Secundus vexil. VI, 226.

94. T. Aur(elius) Verax v[e]x. VI, 3203.

95. T. Aurelius Victorinus v[e]xilarius. VI, 3253.

Nam ex equitibus singularibus aut veteranos aut alios milites sub vexillo extra castra constitutos esse etsi per se cogitari potest, tamen nusquam narratur.

VI. Etiam in alis equitum singulas turmas singulos signiferos habuisse confirmatur his duobus exemplis:

96. C. Iulius Dexter vet(eranus), mil(itavit) in ala eq[ues], cur(ator) turmae, armor(um) custos, signifer tur(mae), milita(vit) annis XXVI, dimis(sus) emer(itus) honesta missione. Prope Thevesten. VIII, 2094.

97. — ala Panno(nica) sign(ifer) tur(ma) Arti ann(is) XXXIV, stip(endiis) XVI. Arrabonae. III, 4376. —

Praeterea commemorantur signiferi alarum hi:

98. ....tius sign(ifer) ala I Fron(toniana). *Ursec* in Banatu. III, 6274.

99. M. Ulpi Crescentis vet. ex sig. [al]ae Thracum. Berbrugger, Rev. afr. 9, p. 56.

Hi utrum signa alarum gesserint an signiferi turmarum in illis alis fuerint, distingui non potest. Quamquam per se certum est etiam alis non secus atque cohortibus sua signa suosque signiferos fuisse.

Neque desunt vexillarii alarum, e quibus unus veteranus cum vexillo missus fuisse videtur:

100. Aur(elius) Potitus vet(eranus) al(ae) Aug(ustae) vexi(llarius) e(ius). Prope Virunum in Norico. III, 4834.

Duo alii fortasse eiusdem generis sunt:

101. Pro(culus) et Priscinus vex(illarii), sc. alae I Flaviae Augustae Brittonum miliariae civium Romanorum. Vindobonae. III, 4576.

102. Ti. Cla[ud(ius)] Pacat[us] eq(ues) vex(illarius) . . . . VIII, 5886.

At quoniam vidimus apud equites singulares signiferos interdum minus proprie vexillarios dictos esse, etiam hi alarum vexillarii pro signiferis dicti esse putari possunt. Hoc confirmatur titulis supra scriptis 74 et 75. Neque enim absurdum videtur talem neglegentiam dicendi, cum a cohortibus peditatis prorsus aliena sit, in equitibus usu venire, quippe qui non

signa sed vexilla proprie dicta habuerint (cf. Marquardt p. 346). Quodsi in tanta paucitate exemplorum coniecturae indulgere licet, fortasse neglegentiae, quam commemoravi, ea causa fuit, quod ei equites, qui vexilla equitum legionariorum gerebant, ut a signiferis cohortium aut centuriarum distinguerentur, vexillarii dicebantur. Unum quidem habemus huius muneris exemplum:

102a. VEX · EQ scriptum in vexillo, quod eques in monumento sepulcrali insculptus dextra tenet, infra quem legitur: C. Rufius C. f. Ouf. Med. mile[s] leg. XIII gem. an. XXXVI st(i)p. XVI. Poetovione. saec. p. C. I. III, 4061.

VII. E numeris militum, qui dicuntur, haec sunt exempla:

103. P. Aelius Marcellinus signifer et quaestor n(umeri) Brit(annorum). p. C. 186. Germisarae. III, 1396.

104. Aurelio Ianuario signif(ero) ex numer(o) Dalmat(arum) Fort(ensium). Mediolani. V, 5823.

105. Flavio Launio semaforo de numero Bataorum seniorum. Concordiae in Venetia. V, 8752.

VIII. Restat, ut de legionibus agatur et quaeratur, utrum in singulis cohortibus earum an in centuriis singuli signiferi fuerint. At in inscriptionibus nihil est, quo haec quaestio solvi possit. Nam quicumque signiferi legionum reperiuntur, nulli cohors aut centuria ita addita est, ut signum eius gessisse dicatur. Itaque nihil aliud nisi nomina enumerabimus.

106. Caesern(ius) Sabinianus sig. leg. I ad. Brigetione. III, 4324.

107. Iulio Paterno q(uondam) sig(nifero) leg. I ad. stip. VI, qui vix(it) annos XXIIII. Arrabonae in Pannonia superiore. III, 4375.

108. L. Sept(imius) Constans signif(er), sc. leg. I. ad. Brigetione. III, 4287.

109. Tit[i]us Candidus sig(nifer), leg. I. ad. Brigetione. III, 4326.

110. M. Val(erius) Marinus vet. leg. I ad(iutricis) p(iae) f(idelis) ex sign(ifero). Brigetione. III, 4298.

111. ....m(ius) Maximus [s]ig. leg. I. a. Brigetione. III, 4306.

112. .....ius [s]ig. [l]eg. I M(inerviae). Coloniae Agrippinensis. Bramb. 351.

113. ....veteranus, militavit in l(eg). p(rima) M(inervia) sig(nifer). Mommsen, Helv. 279.

114. L. Aelius Flacus signifer leg. II Aug(ustae). Aquis Flaviis. II, 2480.

115. [M. Ae]m[ilius M. f. ?] Genialis . . . . leg(ionis) II Aug(ustae) ex [signi]fero. Iscae. VII, 119.

116. L. Porcio L. f. Voltin. K . . . ro militi leg. II Aug. optio[n]i, signifero. Ucetiae in Gallia Narb. Murat. 845, 2.

117. G. Valerius C. f. Galeria Victor Lugduni sig. leg. II Aug. stip. XVII annor. XLV. Iscae. VII, 125.

118. Aur(elio) Antonino sig. leg. II ad. sti(p). XVIII, q(ui) vix(it) ann. XLV. Aquinci. III, 3534.

119. M. Aur(elius) Martialis vet. ex signif. leg. s. s. (sc. II adi.). Aquinci. III, 3538.

120. Aurel(ius) . . . . l. sig. leg. II [adi.]. Lauriaci in Norico. III, 5681.

121. Marcio Aur[elio] . . . . niano si[gn. leg. II a]di. p. f. ann . . . [stip.] X. Aquinci. III, 3532.

122. Fl(avius) Cogitatus sign. leg. II adi. Aquinci. III, 3548.

123. ....[Cominio Flavi]a Sirmi. Maximo quondam vet(erano) ex sig(nifero) leg. II ad(iutricis). Lussoni. III, 3320.

124. Aurel(ius) Alexandrus qu[o]ndam signifer leg. II Traianae for(tis) Ger(manicae) cohor(te) II hastati pr(ioris), nat. Macedon(is), stipendiorum XIII annos vixit an. XXXI. — Nicopoli in Aegypto. Eph. II, 327.

125. Terent(ius) Lucianus signif. leg. s. s. (sc. II Italicae). Polae. V, 46.

126. Val(erius) Genialis mile[s] legionis secunde Divitensium Italice signifer, vixit annos L, militavit annos XXVI. VI, 3637.

127. A. Silanus [L. f.] Ste. [leg. II] signifer. Beneventi. IX, 1625 = I. R. N. 1464. Cf. supra p. 358.

128. M. Attius Fes[tus] signife[r] leg. III A[ug.] vix. an . . LIII, m. II dieb[u]s XIX. Lambaesi. VIII, 2814 = Ren. 1338.

129. L. Baebius Faustianus sig(nifer) leg. III. Aug. p. v.,

130. L. Baebii Felicis vet(erani) ex signifero filius. 198 p. C., Castris Lambaesitanis. VIII, 2528 = Ren. 61.

131. P. Aeli Ser[a]pionis s[ig.] leg. III. Aug. Lambaesi. VIII, 2789 = Ren. 235.

132. P. Aufidius Felix sig. leg. III Aug. vixit annis XLVII. Lambaesi. VIII, 2815 = Ren. 371.

133. P. Calventiu[s] Italicus sig. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2834 = Ren. 481.

134. M. Granius Sexstianus sig. l. III Aug. v. a. XXX. Lamb. VIII, 2881 = Ren. 693.

135. L. Iulius Prim[us] sig. leg. III A[ug]. Lamb. VIII, 2912 = Ren. 793.

136. C. Laetorius Pacatus sig. leg. III Aug. vix. annis L. Lamb. VIII, 2931 = Ren. 897.

137. L. Licinio Gratiano sig. leg. III Aug. v. an. XXX. Lamb. VIII, 2932 = Ren. 906.

138. Papinius Salvius sig. leg. III A(ug.) Lamb. VIII, 2959 = Ren. 1055.

139. Q. Sabi[nius] Ingen(u)us si[g.] leg. III Aug. Lamb. VIII, 2970 = Ren. 1136.

140. L. Silius Rufinus sig. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2975. 2976 = Ren. 1182. 1183.

141. Val(erius) Marcianus sig. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2992 = Ren. 1249.

142. M. Valerio M. f. Pol. Secundo cas(tris) sig. leg. III Aug. vixit an. XXXI. Lamb. VIII, 2994 = Ren. 1252.

143. L. Vibius Felix vet. leg. III Aug. p. v. ex sig. Lamb. VIII, 3000 = Ren. 1297.

144. M. Ulpius Sat(urninus) sig. leg. III Aug. Lamb. VIII, 3003 = Ren. 1321.

145. L. Aemilius Felix signif. leg. eiusdem (sc. III Aug.). Lamb. VIII, 2960 = Ren. 1370.

146. T. Arranius Datus signifer, leg. III Aug. 198 p. C. Castr. Lamb. VIII, 2527 = Ren. 62.

147. C. Iul(ius) Honorat(us) ex sig., leg. III Aug. 211/212 p. C. Castr. Lamb. VIII, 2618 *b*, 5 = Ren. 100 *B*.

148. Iulius Agri(le?)us ex sig., leg. III Aug. 211/212 p. C. Castr. Lamb. VIII, 2618 *c*, 6 = Ren. 100 *C*.

149. Ex sig. Sextilius Vitalis, leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2626 *c*, 6 = Ren. 102 *C*.

150. . . Iulius Virilis Thubur(bone) sig., leg. III Aug. Castr. Lamb. VIII, 2568 = Ren. 129.

151. Antonius Victor sig., leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2811 = Ren. 330.

152. T. Pinarius Saturninus sig. leg. (sc. III Aug.) Lamb. VIII, 2822 = Ren. 395.

153. Q. Iulius Rogatianus sig., leg. III Aug. Lamb. VIII, 2920 = Ren. 546.

154. C. Gemellius Apol(l)inaris sig., leg. III Aug. Lamb. VIII, 2886 = Ren. 721.

155. C. Mustius C. f. Aurelia Fortunatus Lam[ba]esi vet. ex si[g.], leg. III Aug. Lamb. VIII, 2949 = Ren. 1019.

156. Sex. Vettius Geminus vet. ex sig., leg. III Aug. Verecundae. VIII, 4248 = Ren. 1477.

157. M. Iuvenius . . . . . . io vet. ex signif. leg. III It. Castris Reginis. III, 5956.

158. C. Senilio Pervinc[o] veter. ex signifero leg. III Italicae. Augustae Vindelicorum. III, 5818.

159. Q. Septimio . . . . et signifero legionis IIII Macedonicae domo Foro Iuli. Narbone. Mur. 852, 2.

160. L. Sentius L. f. Ouf. Niger signif. leg. IIII Scyt(h)icae. In agro Mediolanensi. V, 5595.

161. L. Campanius L. f. Pol. Verecundus [ve]teran. leg. IIII Scy. [s]ignifer, (centurio) c(o)ho[rtis] . . . . isipadensium. In agro Rovignensi. V, 8185. De hoc vide quae supra (p. 362) disputata sunt.

162. Ael(ius) Proculinus signif. leg. IIII Fl(aviae felicis). Viminaci. III, 1649.

163. C. Cassius Silvester vet. leg. IIII Fl. ex sig. Poetovione. III, 4056.

164. Aur(elius) Faustinianus sigf. leg. IIII Fl. vix. an. XXXII mil. an. XIII m. I. Singiduni. III, 6305 = Eph. II, 486.

165. [M. Petronius Fortunatus] . . . . . . militavit L annis, IV in leg. III A[ug.] librar., tesser., optio, signifer factus ex suffragio leg(ionis) IV . . . . militavit (centurio) in compluribus legionibus. — Cillii. p. C. 199. — VIII, 217.

166. Ael(ius) Severus agens lust(rationem) Aur(elii) Flav[i] p(rimi)-[p(ilaris)] signif(er?) leg. III[I ?] p. f. . . . . Aquileiae. V, 808.

167. M. Aurel(ius) Valerius sig. leg. V Maced. Concordiae. V, 1881.

168. Ulp(ius) Masculinus vet. ex signif. leg. V M(acedonicae). p. C. 204. Napocae. III, 854.

169. . . . . us ex sign. in laterculo veteranorum legionis V Mac. Troesmi. III, 6179, 3, 18.

170. C. Lucretius signif. leg. VII C(laudiae) p(iae) f(idelis) dom(o) Verona an. XLV stip. XXVI. Salonis. III, 2040.

171. Q. Oppius Q. f. Pol. Foro Corne(li) signifer leg. VII (Claudiae piae fidelis) ann. XXX stip. VIII. Delmini. III, 2716.

172. L. Coelius Q. f. miles leg. VIIII signifer. Ob virtutes p(h)alaris torquibus armillis don . . . . Cherii. V, 7495.

173. L. Duccius L. [f.] Volt. Rufinus Vien(na) signif. leg. VIIII. Eburaci. VII, 243.

174. C. Octavio P. f. Pastori Publ. Verona sig. leg. VIIII, deductus Reate ab divo Aug. [Vesp.] IX, 4685 = Mur. 838, 4.

175. A. Iulius Saturninus signifer leg. X gem. p. f. Reiis Apollinaribus. Donat. 290, 1.

176. C. Vetulius M. f. Qui. signifer leg. X equ(es). Patris. III, 508.

177. P. Felsinius L. f. Fal., Q. Felsinius L. f. Fal. leg. X signifer(i?). X, 3887.

178. . . . . . . us sig. leg. X . . . . . ad Dravum flumen infra Poetovionem. III, 4114 = Eph. II, 855.

179. L. Allius L. f. Fab. signifer leg. XI ann. XXX stip. X. Delmini in Dalmatia. III, 2708.

180. Q. Coelius L. f. leg. XI Actiacus signifer. Ateste. V, 2503.

181. L. Sertorius L. f. signif(er) aquil(ifer) leg. XI Claud(iae) piae fidelis missus curat(or) veter(anorum) leg. eiusdem. Veronae. V, 3375.

182. . . . . . . [s]i[g]ni[f.] leg. XI ann. XLV stip. XX. Burni in Dalmatia. III, 2832.

183. L. Caltius Sex. f. Rom. leg. XII signifer. Ateste. V, 2502.

184. Galerius signifer eius, sc. leg. XII fulmi(natae). Smyrnae. III, 414.

185. Aurel(ius) Marius optio, signif(er) leg. XIII gem. Albae Iuliae. III, 1124.

186. Valer(ius) Valens signif. leg. XIII gem. Aquileiae. V, 808.

187. Vibius Rufi[n]us si[g.] leg. XIII g(eminae). Albae Iuliae. III, 1192.

188. M. Ulp(io) M. f. Flavino optio(ni), signifero leg. XIII gem. [s]ti[p.] XXV. Albae Iuliae. III, 1202.

189. Aur(elius) Maximianus sig., sc. leg. XIII[I] ge. Mursae. III, 3284.

190. Q. Caesio Q. f. Pob. signif., sc. leg. XIIII gemin. Veronae. V, 3360.

191. C. Coponi Crescentis dec. Tuscanensiu(m) quaest(oris) r(ei) p(ublicae), veter. Aug. leg. XIV gemin. signiferi. Tuscanellae. Or. 99.

192. M. Petronius L. f. Men(enia) Vic(etinus) ann(orum) XXXVIII, mil. leg. XIIII gem. militavit ann. XVIII, sign(ifer) fuit. Viroconi. VII, 155.

193. L. Val(erius) Passerianus signifer leg. XIIII g. Carnunti. III, 4407*a*.

194. Vindil(ius?) Cupitus sig. l. XIIII g. A(ntoninianae). Carnunti. Eph. IV, 525.

195. T. Fl(avius) Ingenu(u)s signif., sc. leg. XV Apol(linaris). Carnunti. Eph. IV, 553.

196. Q. Manlio Pap. Vero vet. leg. XV sig(nifero). Sarmizegetusae. III, 1478.

197. Fadieno Tertio signifero leg. XVIII (sic) g. Iader. III, 2915. cuius legionis numerus in XVIII G lateat, incertum est.

198. . . . . . domo Vercel(lis) sig. et veter. le[g.] XXI rap(acis). Bonnae. Bramb. 1983.

199. M. Liburnius M. f. Pol. Saturninus Ancy(ra) sign. leg. XXII (Deiotarianae centuria) Valeri Prisci, M. Valerius M. f. Pol. Saturninus Ancy. signife[r] leg. XXII (Deiotarianae centuria) T. Servi[li R]ufi. Alexandriae in Aegypto. III, 6023 = Eph. II, 1021.

200. T. Florius Saturninus ·vet. ex sig. leg. XXII pr. p. f. Alexandrianae. Moguntiae. Bramb. 1067.

201. T. Albanius Primanus sig. leg. XXII pr. p. f. optio navaliorum. Moguntiae. p. C. 185. Bramb. 1301.

202. L. Septimius Bellus sig. leg. XXII [p]r(imigeniae) optio navali(orum.) Moguntiae. p. C. 198. Bramb. 1302.

203. . . . . . sig. l[eg. X]XII pr. p. f. Moguntiae. Bramb. 1135.

204. M. Albio M. f. Ste. leg. XXX signifero. Beneventi. IX, 1603 = I. R. N. 1442.

205. C. Candidinius Sanctus sign. leg. XXX U. v. Noviomagi. Br. 101.

206. T. Fl(avius) Ulfus. sig. leg. XXX U(lpiae) v(ictricis). Titulus ineditus Lugdunensis.

207. Martius Victor sig. leg. XXX U(lpiae) v(ictricis) Severianae Alexandri(anae) p(iae) f(idelis). Castris Veteribus. p. C. 230. Bramb. 202.

208. T. Quartinius Saturnalis signifer leg. XXX U(lpiae) v(ictricis). Prope Cliviam. p. C. 239. Br. 145.

209. — — missi hon(esta) missione, ex [s]igniff. leg. XXX. Antecedunt nomina complura. Apud Castra Vetera. p. C. 210. Br. 220.

His accedunt signiferi, quorum legiones incertae sunt, hi:

210. Genio Cassi signif. in anulo argenteo. III, 6019, 15.

211. C. Iul(ius) Mac . . . signifer. p. C. 223. Aquinci. Eph. II, 693.

212. G. Iu[l.] Maximianus ve[t.] ex sig. Mursellae in Pannonia sup., p. C. 200. III, 4268.

213. Iul(ius) Victor sig. vix. an. LV. Habitanci. VII, 1011.

214. [M]arcellinius Marce[lli]nus sigf. leg. Castris Reginis. III, 5952.

215. Q. Naevius C. [f.] Vol. Ponticus signif. Burni. III, 2838.

216. Prudencius Revere(n)s o[p]tio signiferorum. Moguntiae. Br. 1048.

217. S[e]sti Nepotis vet[e]rani ex s(ignifero?). Salonis. III, 2050.

218. D. Sextio Victori legionis Minerviae signifero. Arausione. Grut. 561, 10. Hunc titulum interpolatum esse putat, qui denuo editurus est, Hirschfeldius.

219. M'. Tep . . . . signifero . . . curatori. Alexandriae Troadis. III, 389.

220. P. Tutilius P. f. O[uf]. veteranus sign[ifer] aquilifer leg . . . . p. Chr. 29. Mediolani. V, 5832.

221. Se[q]ue(n)s signif(e)r. Miltenbergae in Bavaria. Bramb. 1742.

222. . . Vitali . . . signiferi. Augustae Treverorum. Bramb. 790.

223. . . . . . sig . . . . Alsó-Ilosvae. III, 813.

Inter vexillarios legionum nullus est, quin cum aliis sub vexillo extra castra meruisse existimari aut possit aut debeat. Commemorantur his locis:

224. Vexillari(i) l(eg.) I M(inerviae) f(idelis), l. VI vict., l. X g(em.) p(iae) et al(arum) co(hortium) cl(assis), q(uae) s(ub) [Q.] Acutio su(nt). Antunnaci. Bramb. 680.

225. P. Sextius Donatus vex. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2974 = Ren. 1177.

226. . . . . ius Saturninus v[exillarius]. } leg. III Aug. Castris Lambaesitanis. VIII, 2562, 3. 4 = Ren. 135.

227. Pinarius Primus vex . . }

228. Vexillari(i) leg(ionum) trium, leg. IIII Mac., leg. XXI rap., leg. XXII pri(migeniae). Parmae. De Lama, Iscr. ant. p. 51 n. VII.

229. L. Salvius C. f. Fab. vexillarius veter. leg. IIII. Boarni. V, 4903.

230. Victorinus (centurio) leg. VI vic. p. [f.] pro vex(illario vel -is) l(egionis) eius(dem). Coloniae Agrippinensis. Bramb. 1982.

231. Vexil(larii) l(eg). VI vic. p. f. l. X. g. p. f. et al(arum) coh(ortium) cla(ssis) G(ermanicae) p. f., q(uae) s(unt) s(ub) [Q.] Acutio. Brulae. Bramb. 662.

232. — ob natale(m) aqu[il]ae vexillarior(um) leg. VII Ge(m). sub cura Licini Pater[ni] (centurionis) leg. eiusd . . . etc. in Castro St. Christophori in Gallaecia. p. C. 163. II, 2552.

233. — ob natal[em aq]uilae vexillarior(um) leg. VII sub cura L. Aureli Eutych[etis?] Au[g.] l[ib.] proc(uratoris) et Val(erii) Sempronian(i) pr[aef(ecti)] alae II Flavia[e] . . . . In Castro S. Christophori in Gallaecia. p. C. 184. II, 2554.

234. Vexil(larii) leg. VII Cl. cura C. Licin(ii) Rufini. Ramae in Moesia sup. III, 1643.

235. Cuius viai millia passus sunt CLXVII munit(a) per vexillarios leg. VII et XI. In Dalmatia. III, 3200.

236. Veturius Marcian. [v]ex. le[g.] XIII g. In Dacia. III, 1614.

237. Vexillari le(gionis) XXI ra(pacis) et auxilia eorum c(o)hortes V, qui sunt sub L. Pompeio Secundo le. XXI. — *Norroy près de Pont à Mousson.* — Férussac, *Bull. des sciences historiques* 18, p. 101.

Accedunt pauci, qui num milites fuerint aut in quo genere militiae stipendia fecerint, diiudicari non potest:

238. . . . . [vex]illariorum III [legionum?] in urbe ag[e]n[tium]. VI, 3660.

239. [Q. Cor]nelio M. f. Gal. Valeriano pra[ef. alae] . . . . praef. vexillariorum in Trachia XV [a leg. . . . . V Mace]donica a leg. VIII Augusta, a tribunis la[ticlaviis et . . . . . minor]ibus a praef. chortium statuis coroni[s donato] . . . . inter annos p. C. 43 et 63. Castulone. II, 3272.

240. Appius Eutychianus maritus eiusdem Valerianae scholae vexillarior(um) largitus est XXX (milia) n(ummum). Comi. V, 5272.

241. Genio vexillar(iorum) et imaginif(erorum) Attianus Coresi(nus) vex. Fortionius Constitutus imag. signum cum edicla et tabl. marmoream d. d. d. — p. C. 239. Prope *Neuwied.* Bramb. 693.

242. . . . . . . *Δημητρίου βιξιλλάριος κατεσκευάσαμεν κτλ.* *Sevrihissar* in Galatia. — C. i. Gr. 4093.

Eorum vexillariorum, quos legionarios fuisse constat, nullus eis verbis commemoratur, ut in legione vexillum gessisse putari debeat. pauci

eis, ut possint. Itaque quoniam supra vidimus neque apud praetorianos neque in cohortibus auxiliaribus milites, qui vexilla gererent, vexillarios dictos esse, statuere possumus, etiam a legionibus ea quidem aetate, ex qua tituli exstant, tale munus alienum fuisse. Neque tamen veri simile est hoc superioribus temporibus aliter fuisse. Qua re vexillarii centuriarum, quos Marquardtius p. 335 finxit, nulli umquam fuisse putandi sunt. Neque enim loco Polybii, quem laudat, quidquam in hac re efficitur, quia quos ille (VI, 24, 6) σημαιοφόρους dicit, signiferi potius quam vexillarii Latine dicti esse videntur. Quod si in legionibus milites signa gerentes praeter signiferos nulli fuerunt, incertum manet, quomodo hi per cohortes et centurias distributi fuerint. Nam a scriptoribus veteribus de hac re non plus disci potest quam ex titulis. Nam quamquam signiferum, quem Caesar b. G. II 25 commemorat, signum totius cohortis gessisse facile intellegitur, tamen hoc non obstat, quin etiam centuriis suos signiferos fuisse putetur. Neque haec quaestio solvi poterit, nisi fortuna novis monumentis repertis quaerentes iuverit. Sed priusquam ab ea discedam, facere non possum, quin locum quendam Vegetii afferam, quo id, quod ex illo Caesariano viri docti intellexerunt, confirmetur. Ille enim, cum (II, 20) exponat ab antiquis divinitus institutum esse, ut ex donativis militum peculium castrense apud signa deponeretur, addit decem folles per cohortes singulas positos esse, in quibus haec ratio conderetur; signiferos autem, apud quos ea ratio servaretur, non solum fideles sed etiam literatos homines electos esse. Quod si decem folles per singulas cohortes distributi erant, etiam decem signiferos cohortium fuisse necesse est. Neque puto quemquam illud caput Vegetii legere posse, quin verba scriptoris ita intellegat, ut ille praeter signiferos cohortium nullos alios in legionibus notos habuisse videatur.

[Iam postquam diligenter collecta sunt quae de vexillariis habemus, de propria vocabuli significatione iusta quaestio institui potest. Et primum quidem vexillum cum non in militari re sola adhibeatur, sed collegia quoque sua vexilla habuerint (vita Aureliani c. 34: *vexilla collegiorum atque castrorum*), semovenda est *schola vexillariorum* tituli Comensis (n. 240) omnino a rebus castrensibus abhorrens, similiterque fortasse statuendum erit de titulo reperto Pessinunte (n. 242). — Deinde *vexillarii et imaginiferi* tituli Germanici (n. 241) ita videntur accipiendi esse, ut hic comprehendantur tam aquiliferi et signiferi quam qui proprie vexillarii dicuntur et vocabulum usurpetur non solita et propria ratione, sed latiore et promiscua. — Proprie autem *signum* et *vexillum* ita differunt, ut illud legitimum sit et stabile, hoc extra ordinem et pro tempore plerumque usurpetur. Ita duo sunt genera militum, quibus signa nulla sunt, sed vexilla tantum, scilicet veterani sub signis retenti (n. 229) et vigiles. Et illi quidem cur legitima militia peracta pro militibus magis sint quam milites, quivis intellegit; sed vigiles quoque a legitima militia remotos esse non minus extra quaestionem est. Possunt his addi *vexillarii equitum* duo reperti in cohortibus equitatis (nn. 74. 75); nam equites earum pars cohortis sunt neque ipsi iustum numerum constituunt. Denique iustorum corporum militarium vexillarii qui

inveniuntur, inde originem trahunt, quod milites ob aliquam causam extra castra constituti tamdiu, quamdiu a castris absunt, et duci parent ad hoc facto et sub signo sunt ad tempus iis dato, id est sub vexillo. Quod in cohortibus praetoriis urbanisque eiusmodi vexillarii non inveniuntur, inde explicatur, quod haec genera militum raro extra castra sua merent; contrarium cur eveniat in equitibus singularibus etsi certa ratio reddi non potest, nihil obstat, quominus ob id ipsum instituti sint ut tam Romae quam extra urbem pro re mandata peragerent. Frequentissime autem vexillarii inveniuntur in legionibus et magis etiam in auxiliis, quae satis constat multo magis quam legionarios milites in stationibus collocata esse; sed duplici significatione in his vocabulum usurpatur. Nam vexillarius et is est qui sub vexillo meret (unde vexillarii et vexillatio promiscue ponuntur) et vexillifer. Ad illam significationem ii fere tituli pertinent, qui vexillariorum in genere meminerunt et plurali vocabulum efferunt (nn. 68. 69. 224. 228. 231. 235. 237. 238. 239), ad hanc qui pro munere id ad nomen aliquod adiungunt (coh. aux. nn. 70. 71. 72. 73. 76, eqq. sing. nn. 92—95, al. 100—102, legion. 225. 226. 230. 236). Notabile est uni horum (230) adscribi *pro vexillario* eum fuisse, id est ni fallor non iussu ducis, sed propter casum fortuitum et rei gerendae necessitatem commilitonibus praefuisse. Th. M.]

II.
DE AQVILIFERIS.

Aquiliferos praetorianorum et vigilum, quos Marquardt (*Staatsverw.* II, p. 528) admittit, nullos fuisse iam supra (p. 360) demonstravi. In legionibus singulis singuli fuerunt, qui plerumque ita commemorantur, ut numerus legionis, in qua stipendia fecerint, addatur. Nomina eorum adscripsi ordine legionum.

1. Sex. Sammio Volt. Severo e leg(ione) prima Germanica, qui tempore, quo militare coepit, aquilifer factus est, ann. XIII aquilifer militavit. p. C. 50. Cularone in Gallia Narbonensi. — Or. 3389.

2. [Aur(elius)] Cupi(t)us ve. ex aqu(i)l. l. I. ad(iutr.) inter Savariam et Scarbantiam in Pann. sup. — III, 4231.

3. P. Ferrasius Cl. Avitus Savaria (centurio) [l]eg. VIII Aug. p. f. Co(mmodae) ex aquilifero leg. I adiutricis. p. C. 191. *Aschaffenburg.* — Bramb. 1752.

4. Flavius M. f. Gal. Quadratus aquilifer leg. II. Prope Olisiponem. — II, 266.

5. T. Claudius Martinus aquilif. leg. II ad(iutr.) Aquinci. — III, 6457.

6. P. Elius Vitalis aquilifer leg. III Aug. Lambaesi. — VIII, 2794 = Ren. 242.

7. [C.] Iulius C. fil. domo Arethusa Livianus vet. ex aquilif. leg. III Aug. Severiae translatus ex leg. III Gallic. Lambaesi. — VIII, 2904 = Ren. 767.

8. L. Tullius Felix cas(tris) d. aq. Castr. Lamb. VIII, 2568, 22 = Ren. 129. Idem commemoratur VIII, 2988 = Ren. 1230. Lambaesi: discens aquiliferu(m) leg. III Aug.

Eiusdem legionis fuisse putandi sunt hi quinque:

9. C. Aemilio Demetriano aquilif(ero). Lambaesi. VIII, 2796 = Ren. 254.

10. Fl(avii) Cepruci vet. ex aquilif. Lamb. VIII, 2868 = Ren. 625.

11. Iunius Venustus aquilif. Lamb. VIII, 2928 = Ren. 889.

12. P. Valerius P. f. Ael. Felix Then(is) aquilifer vixit an. L. Lamb. VIII, 2991 = Ren. 1239.

13. L. Licinio ex a[quilifero?]. Lamb. VIII, 2933.

14. Iul(ius) Clemens [a]quilifer leg. III Ita[l]. Augustae Vindelicorum. III, 5816.

15. C. Vetti L. f. Vel. Tusci legionis IIII Macedonicae aquiliferi. vol. IX in schedis = Catalani, orig. e antich. Ferm. p. 37.

16. P. Tutilius P. f. O[uf]. veteranus sign[ifer] aquilifer leg. V . . . . curator veter[an(orum)]. Vixit annis a. Chr. 45 — p. Chr. 29. V, 5832. Mediolani.

17. . . . . ex aq(uilifero) leg. V. Mac. Troesmi. III, 6180, 3, 2.

18. M. Sempronius M. f. Col. Celer aquilifer legionis X Fretensis — militavit annis XX vixit annis XXXX. — VI, 3627.

19. C. Aebutius C. f. Rufus aqui(lif)er legione XI. Ateste. — V, 2495.

20. L. Sertorius L. f. Pob. Firmus signif(er) aquil(ifer) leg. XI Claud. piae fidelis, missus curat(or) veter(anorum) leg. eiusdem. Veronae. — V, 3375.

21. Cn. Musius T. f. Gal. Veleias an. XXXII stip. XV aquilif. leg. XIIII gem. *Zahlbach* in Hassia Cisrhenana. Bramb. 1183.

22. P. Cassi aquil(i)feri leg. XIIII gem. ann. XVIII. *Zahlbach.* Bramb. 1187.

23. L. Vettius L. f. Vol. Reginus aquilif. leg. XXI. Castris Veteribus. Bramb. 196.

24. . . . . aquilif(er) [leg. XXX U]lp. vict. Moguntiae. Bramb. 1078.

Restant pauci, quorum legiones incertae sunt:

25. Val(erius) Iustinus aq(uilifer?). VI, 3638.

26. A. Long[in?]us aqui(lifer). Hunni. — VII, 560.

27. . . . . . . [aq]uilifer leg(ionis). Bonnae. Bramb. 477.

III.
DE IMAGINIFERIS.

Imaginiferi sive imaginarii, qui imperatoris imagines ferunt (Veget. II, 7) in legionibus hi reperiuntur:

1. L. Cornelius [F]ront. vet. ex ima[g. l]eg. [I] Ita(licae). *Sištor.* III, 756.

2. [L.] Titi Valentini quondam [i]mag. leg. I adi(utricis). *Adiai.* III, 4277.

3. M. Aur(elio) Candido q(uondam) vet. ex. imag. leg. I adi. m(isso) h(onesta) m(issione). Brigetione. III, 4313.

4. Solemnio Fido mil(i)t(i) leg. I Minerviae im[a]g[ini]fero. Lugduni. — Boiss. p. 299 = Or. 3478.

5. L. Longeio Felici imag. leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2935 = Ren. 1004.

6. Sallustivo Ianuario imag. leg. III Aug. stip. XXVIIIII (sic). Lamb. VIII, 2971 = Ren. 1142.

7. M. Sulpi[ciu]s Proculus imag. l[eg.] eiusd., sc. III Aug. Lambaesi. VIII, 2814 = Ren. 1338.

8. .... tus .... imag[inifer] leg. III Aug. Lamb. VIII, 2783 = Ren. 223.

9. .... al. Valens ex imag. leg. V Maced. Troesmi c. a. 134. III, 6178, 1, 20.

10. ..... ex imag. leg. V Maced. Troesmi. III, 6180, 3, 3.

11. Ulp(io) Victori im[ag]ini[fer]o leg. VII ex (centuria cohorte) II pr(incipis) post(erioris). vixit ann. XXXVIII, militavit ann. XVI. Cyrrhi. — III, 195; notae quomodo solvendae sint, indicavit Mommsen supra p. 235 n. 48.

12. Lucreti Matern(i) imag. leg. VII ge(minae). p. C. 167 in Castro St. Christophori. — II, 2553.

13. Q. Titius L. f. Vot. veteranu[s] leg. VIII Au[g]. imaginife[r] stipendioru[m] XXV. Aquileiae. V, 937.

14. Aurel(ius) Secundianus imaginifer leg. s. s., sc. XIII gem. — Dertonae. — V, 7366.

Accedit unus incertae legionis:

15. P. Ael(ius) Decoratus imag. [leg.] — Prope Matricam. — III, 3386.

Ex cohortibus auxiliaribus hi commemorantur:

16. Virssuccius si(?), eq. imag. coh. I Brit(tonum) tur(ma) Monta(ni), ann. XXXV sti. XV.
17. Bodiccius imag.
} Acuminci. III, 3256.

18. Aureli Ex[pectati?] im(aginiferi?) [e]x coh. I Da[lmatarum?]. — Bremeni. — VII, 1055.

19. Lucretius Maxim(us) imag. coh. I Fl(aviae) eq(uitatae). *Zarai.* — VIII, 4527 = Ren. 1682.

20. Aur(elius) Iulius mil. chor. I sag(ittariorum) immag. vix. ann. XXX. — Drobetae. — III, 1583.

21. Iul(ius) Pastor imag. coh. II Delmat(arum). Magnis. — VII, 760.

22. .... C. f. ... ulio im[a]g(inifero) [coh.] II Th[r]ac. Aquileiae. — V, 953.

23. Gemellus im[a]ginif. coh. [III] As[t]urum p[e]d(itatae) et vexil(lariu)s coh. eiusdem. Antunnaci. Bramb. 678.

24. Sul[p(icius)] Avitus [m]il(es) imaginifer cohor. III [G]al(lorum) ce[nt(uria)] Tib. Claudi [M]od[e]sti. *Viseu.* — II, 403.

In reliquis exemplis diiudicari non potest, utrum legionum an cohortium imaginiferi intellegendi sint:

25. Ti. Claud[io ima]ginif. vet[erano] stip. XLIX an .... Naronae. — III, 1812.

26. Cresc(entis) imag(i)nif(e)r[i]. — *Plumptonwall.* — VII, 1352.

27. Genio vexillar(iorum) et imaginif(erorum) Attianus Coresi(nus) vex. Fortionius Constitutus imag. signum cum edicla et tab(u)l(am) marmoream d. d. d. — prope *Neuwied.* p. C. 239. Bramb. 693.

Restant nonnulli, qui fortasse imaginiferi fuerunt:

28. T. Tussanius [Resti]tutus Tuder i[m. coh.] XII. urb(anae centuria) Vernas[i]. p. C. 202. VI, 218.

(29.) [i]m. Popili Pergame, centuria Quintini. 3, 3.
(30.) im. Corneli Felicissime, cent. Iuvenis. 4, 5.
} VI, 1056, in laterculo cohortis I vigilum, p. C. 205.

(31.) imc. L. Vibius Maximus, centuria Caeserni Senecionis. 1, 2.
(32.) imc. C. Iulius Zoticus, centuria C. Iuli Rufi. 6, 2.
(33.) ima. C. Rasin(ius) Ianuar(ius), eadem centuria. 6, 5.
} VI, 1057, in laterculo coh. V vigulum.

(34.) imc . . . . centuria Antulli. 1058, 1, 3. p. C. 210.

In adnotatione ad VI, 218 Henzenus alteram quoque explicationem, ut sit im(munis), ferri posse dicit. Et mihi quidem haec magis placet. Neque in ceteris exemplis quae Kellermannus p. 18 exposuit, ut demonstraret non im(munem) sed im(aginiferum) c(ohortis) supplendum esse, prorsus certa sunt. Nam habemus immunes legionum nunc aliquanto plures, quam tum innotuerant, et unum immunem turmae VI, 3236, quem ipse quoque attulit (App. n. 225), quorum immunis cohortis satis similis est. Contra imaginiferorum in militia urbana praeter haec ipsa, de quibus agitur, nulla exempla exstant. Illud enim, quo Kellermannus utebatur, nunc rectius aliter explicatur:

Aurel. Masucius eq. sin. Aug. n. tur. Veri i[n]f(erioris). VI, 3213 = Kell. 223.

Quod si IM et IMC notis immunem cohortis significatum esse putamus, unus restat ima(ginifer) C. Rasin(ius) Ianuar(ius) VI, 1057, 6, 5 (in laterculo coh. V vig.), qui demonstret hoc munus a militia urbana non alienum fuisse. Quamquam ne hanc quidem notam quominus eis, quae in laterculis militaribus incertae sunt, adscribamus, ulla re impedimur.

IV.

DE AENEATORIBVS, BVCINATORIBVS, CORNICINIBVS, TVBICINIBVS.

I. Militum, qui signa canunt, tria[1]) sunt genera: cornicines, tubicines, bucinatores, quorum varia munera discripsit Vegetius II, 22. Accedunt aeneatores, quos eosdem fuisse atque cornicines Festus (Epit. p. 20) affirmat. Neque tamen magis a tubicinibus diversi fuisse putari possunt, quoniam Suetonius (Caes. 32) narrat uni ex aeneatoribus tubam ereptam esse. Itaque veri simile est aeneatorum nomen commune fuisse eoque tria illa genera comprehensa esse. Et huius quidem in titulis unum est exemplum:

---

[1]) Nam, qui in titulo urbano Or. 3519 = VI, 1373* reperitur, liticen leg. III (sic) Parthic., Ligorium auctorem habet. Eiusdem orginis est inscriptio ipsa quoque urbana Or. 3522 = VI, 2667*, in qua cornicines et tubicines commemorantur.

1. aeneatores coh. I Seq(uanorum) et Raur(acorum) eq(uitatae). — *Steinbach* in ducatu Badensi. — Bramb. 1738.

Nam quod praeterea apud Orellium legitur, ex inscriptione Ligoriana repetitum est:

2*. D. Iunius D. f. Vaergulenus aeneator leg. VII. Cl. gem. p. fidel. — Curibus Sabinis. — Or. 1887 = IX, 456*.

II. Bucinatores in laterculis vigilum Kellermannianis singulis terni quaternive reperiuntur, qui laterculi quamquam non prorsus integri exstant, tamen veri simile est eum fere numerum bucinatorum in singulis cohortibus fuisse. Nomina sunt haec:

3. buc. Cn. Statilius Severus, centuria Caeserni Senecionis. 1, 56.
4. buc. S. Upant[i]ni Secunde, eadem centuria. 1, 94.
5. buc. T. Grasid(ius) Severus, centuria Taurisci. 4, 51.
6. bucc. L. Modius Saturni(nus), centuria Aureli Iusti. 7, 8.
} VI, 1057.

7. buc. M. Pompeius Felix, centuria Verini. 4, 10.
8. buc. L. Modius Saturninus, centuria Romuli. 5, 9.
9. buc. C. Iulius Valentinus, centuria Sohaemi. 7, 14.
} VI, 1058, p. C. 210.

Ex vigilibus praeterea huc referendus est

10. buc. in (centuria) M. Nonius Fab(ia) Probus Rom(a), p. C. 113, VI, 221, qui quoniam in numero principalium centuriae C. Iulii Rufi cohortis V vigilum habetur et dicitur bucinator in centuria, cogitari potest in singulis centuriis singulos bucinatores fuisse. At quominus hoc statuamus, obstant laterculi supra allati, in quibus complures centuriae, quorum principales integri servati sunt, bucinatorem non habent. — Vigilibus adnumerandum esse Henzenus verisimile putat etiam titulum, in quo exstat:

11. bu. L. Magilius Probat[us]. p. C. 184. — VI, 2412.

Sequuntur bucinatores praetorianorum:

12. Sex. Pufio Quarto mil. coh. IV pr. bucinatori. VI, 2545.

13. buc. M. Fannius Velox Corton(a). p. C. 120. VI, 2375 *b*, 33.
14. buc. C. Mattius Secundus Ticino. p. C. 144. VI, 2379 *b*, 41.
} in laterculis praetorianorum.

15. buci. C. Manilius C. f. Maec. Faustus N[e]apol(i). p. C. 173. VI, 2382 *a*, 19.

16. buc. M. Ulpiu[s]. centuria Nundini. VI, 2385, 12 = Eph. IV, 896 p. 332.

Equitum singularium unus est:

17. P. Ael(ius) Decimianus eq. sing. Aug. bucinator. VI, 3179.

Neque multo plures ex cohortibus auxiliaribus:

18. P. Fl(avius) Rufinus eq(ues) buc(inator) coh. eiusde(m), sc. I Alpinorum equitatae. — Albae Regiae. — III, 3352.

19. Longi[ni] buc. c[oh. I Batavorum]. Procolitiae in Brit. Eph. III, 105.

20. Ulpio Nepoti mil. coh. VIII volunt(ariorum) bucin(atori) def(uncto) an. XXX stip. X. — Epetii in Dalmatia. Eph. II, 511.

Paulo maior est numerus legionariorum:

21. Lucius Primus buc.
22. Iulius Quintianus buc.
} sc. leg. III. Aug. Castris Lambaesitanis. — VIII, 2564 *b*.

23. . . . quil(ius) ex buc(inatore) leg. V Mac. Troesmi. — III, 6180, 3, 4.
Restat unus incertae militiae:

24. Antonius bucinator. — Intercisae. — III, 3326.
Munus bucinatoris commemoratur etiam in edicto imperatoris Anastasii de ordinandis stipendiis militaribus:

25. [τ]ῷ δεκά[νῳ κ]αὶ σ[ιλ]εντ[ια]ρί[ῳ] κα[ὶ σ]πα[θαρίῳ κ]α[ὶ βου]κινάτορι κα[ὶ] τλ.. — Ptolemaide in Cyrenaica. C. i. Gr. 5187c.

III. Cornicinum exempla certa perpauca sunt:

26. M. Antonius M. f. Ianuarius domo Laudicia ex Suria cornice(n) ex coh. VII pr. (centuria) Appi, vix. ann. XXXII, mil . . . . VI, 2627.

27. M. Simplicinio Superino cornicini mil. coh. X pr. p. v. [(centuria)] Crescentis. — vixit ann. XXXI. — VI, 2752.

28. P. Titio P. l. Ampliato cornici(ni?) cor. I. Grumenti. X, 217 = I. R. N. 319.

In plerisque dubitari potest, utrum cornicines an cornicularii COR nota significentur. Sed quoniam cornicularIis dignitas eius, apud quem hoc munere functi sint, addi solet, praesertim ubi in laterculis militum enumerantur, non parvus est numerus eorum, qui, cum adscriptis COR literis notati sint, aliqua cum probabilitate huc referri possunt. Primo loco commemorandi sunt:

29. Cor(nicines) leg. III Aug. p. v. Castris Lamb. p. C. 203. — VIII, 2557 = Ren. 70,

quorum ipse numerus obstat, quominus eos cornicularios fuisse putemus. Nam triginta sex sunt in una legione. Accedunt ex eadem:

30. L. Aemilius Calianus cor. Castr. Lamb. VIII, 2554*b*, 24 = Ren. 60*D*.

31. Sittius Crescentinus cor. } Castr. Lamb. VIII, 2564*b* = Ren. 90*B*.
32. Sextilius Datus cor. }

33. C. Velcacius Vitalis Sim(ithu) cor. Castr. Lamb. VIII, 2568, 48 = Ren. 129, 4.

Ex legione V Macedonica:

34. Ant(onius) Silvan(us) ex corn. Troesmi. III, 6178, 1, 31.

35. P. Mai(us) Seve(rus) ex c[orn]. Troesmi. III, 6178, 3, 29.

Ex praetorio:

36. cor. M. Aviatius Iustus Arretio. } coh. II. }
37. cor. L. Cominius Verecundus Volsin(iis). } } p. C. 143 et 144,
38. cor. M. Attius Firmus Foro Semp(roni), coh. III. } VI, 2379.
39. cor. Q. Iulius Martialis Ptolom(aide), coh. V. }

40. cor. C. Memorius C. f. Fla. Messor Segus(ione). p. C. 177. VI, 2382.

41. cor. P. Helvius centuria Aemili Val[entis]. VI, 2385, 1 = Eph. IV, 896 p. 330; idem nomen centuria Polli[onis] 26, 6 (add.) = Eph. IV, 896*C*, 7.

42. cor. L. Numisius L. f. Pol. Sabinus Aes(e) Pic(eno). p. C. 141 vel 142. Romae, Eph. IV, 887, II, 4.

43. cor. Q. Paravellius Paullinus. p. C. 126. VI, 2405.

Reliquos, quamquam etiam magis incerti sunt, tamen hoc loco adscribere malui. Sunt ex legionibus:

44. Aelio Restuto c(or?) leg. I [ad]iutricis. Lambaesi. VIII, 2788 = Ren. 236.

45. P. Turran(ius) Firminus vet. ex cornic. leg. II adi. Antoninian(a)e. p. C. 216. Aquinci. III, 3526.

46. C. Iulius Emeritus cor. leg. III. Aug. Lambaesi. VIII, 2898 = Ren. 796.

47. C. M. Iuli[anus] cor. leg. I[II Aug.] Lambaesi. VIII, 2950.

48. M. Ptolomeo Victori cornic., leg. III. Aug. Lambaesi. VIII, 2965 = Ren. 1111.

Ex praetorio:

49. C. Val(erii) Paterniani cornic. coh. VIIII pr. (centuria) Torquati, qui vix. ann. XXVII, fuit stipendiorum IIII. — VI, 2724.

Ex cohortibus auxiliaribus:

50. Marcellinius Marcianus cor. coh. IV Aq(uitanorum). p. C. 210. Moguntiae. Bramb. 1284.

Incertae militiae:

51. Aurel . . . . rinus cor. *Gyalu.* III, 847*a*.

52. L. Iun(ius) Dion[y]sius cornic. — Tarracone. — II, 4159.

53. L. Laberius cornic. Atriae. V, 2345.

54. cornic. L. Placidius Placidinus. *Osterburken* in ducatu Badensi. Bramb. 2067*a*.

IV. Tubicines legionum hi reperiuntur:

55. C. Iul(ius) Victo[r] tub. leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2926 = Ren. 836.

56. C. Iulius Emeritus tub. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2897 = R. 737.

57. P. Longinii Martialis tub. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2936 = R. 931.

58. C. Rutilii Severi tub. leg. III Au[g]. Lamb. VIII, 2969 = Ren. 1134.

59. Pompe(i)us Datus tub. 60. Calabius Fortunatus tub. 61. Iulius Datus tub. 62. Flavius Victor tub.	VIII, 2564*b* = Ren. 90*B*, Castris Lambaesitanis, in laterculo militum leg. III Aug.

63. M. Anneus Saturninus Tha(barca) tub. VIII, 2568, 39. 64. C. Valerius Crescens cas(tris) tub. VIII, 2569, 16.	Castr. Lamb. in laterculo militum leg. III Aug.

65. Sep(timio) Impetrato vet. ex leg. III Ital. m(isso) h(onesta) m(issione) ex t(u)b(i)c(ine?). vix. an. LII. Castris Reginis. III, 5957.

66. Aur(elius) Fronto tubice(n) leg. eiusde(m), sc. IIII Flaviae. Aquinci. Eph. II, 709.

67. M. Hellius Secundus tubicen leg. X g. p. f. *Brohl* prope Confluentes. Bramb. 653.

68. Aur(elius) Salvianus tub. l[e]g. XI Cl., qui militavit annos XIIII vixit annos XXXVI. — Chersonesi Tauricae. III, 782.

69. C. Vettieni(us) C. [f.] Pupinia Urbiqus tubicen exs legione [XX]. Coloniae Agrippinensis. Bramb. 378.

70. [A]el(ius) Primus [t]ub. leg. s. s. (? V Mac.) Potaissae. III, 906.

Huc etiam referendus esse videtur titulus dedicatorius, quem Minervae posuit

71. Scola tubicinum, sc. leg. I adi. p. C. 229, Brigetione. Eph. IV, 503.

Cohortium auxiliarium hi:

72. Sibbaeus Eronis f. tubicen ex cohorte I Ituraeorum, miles ann. XXIV stipendiorum VIII. — Moguntiae. — Bramb. 1289.

73. Primus Titi [f.] tubicen do(mo) Caturix, mil. coh. III Alp(inorum), an. XLIIX stip. XXIII. — Prope *Ljubuški* in Dalmatia. — III, 6366.

74. Apolonio Dionysio mil. co[h]. Na(utarum) tubic. Cemeneli. V, 7884.

Maior est numerus eorum, qui ex militia urbana huc referendi sunt, praesertim ex praetorio:

75. Aur(elius) Vitus tub. coh. V pr. (centuria) Taeodori, vix. an. XXXVIII mil. an. XV, natione Trax domu Sergica. — VI, 2570.

76. Iulio Mercatori tubicini coh. IX pr. (centuria) Vari. VI, 2711.

77. [tub]ic. C. Abursidius Severu[s].
78. [t]u[b]. T. Aurelius Norbanus.
79. tubi. L. Gavius Iustus Florent(ia).

} p. C. 119 et 120, in laterculis praetorianorum. VI, 2375.

80. tub. P. Aelius Tigurinus Roma, coh. III pr.
81. tub. L. Valerius Secundus Arimin(o).
82. tub. L. Valerius Adiutor Savar(ia)
} coh. V pr.
83. tub. L. Calv[isius] . . . . .
84. tub. C. Arminius Probus Volater(ris)

} p. C. 143 et 144 in laterculis praetorianorum, VI, 2379.

85. tub. M. Aurelius M. f. Cla. Avitus Celei(a)
86. tub. C. Iulius C. f. Aem. Valens Durr(achio?)
87. tub. P. Aelius P. f. Vel. Potentinus Aquil(eia).

} p. C. 172—175, in lat. praet. VI, 2382.

88. tu. L. Caesius centuria Polli[onis]. VI, 2385, 26, 4 (add.) = Eph. IV, 896 p. 330 in lat. praet.

89. [t]ub. M. Cocceius Romu[lus] (centuria) Munati Pii. Eph. IV, 896 p. 332.

90. tub. C. Valerius Valens Ro[ma]. p. C. 125. VI, 2405; cf. supra p. 322.

Ex cohortibus urbanis:

91. tub. C. No . . . . p. C. 115. VI, 2404.

Ex equitibus singularibus:

92. P. Aelius Avitus Traianopoli tubicen eq. sing. Aug. turm. Aeli Lucani natione Thrax, v. a. XXXV mil. a. XV. VI, 3176.

Tubicines vigilum nusquam commemorantur neque in laterculis VI, 1057. 1058 ulla nota est, quae ad hoc munus referri possit. In quibus cum principales quintae cohortis paene integri servati sint, tubicinum munus aeque ac cornicinum a vigilibus alienum fuisse putandum est. — Subiunxi pauca exempla incertae militiae:

93. C. Caesius [C. f.] Vel. tubice[n]. prope Interamnam. IX, 5050 (?) = I. R. N. 6173.

94. Aur(elius) Valentinus ex tui(?). — prope Potaissam. Eph. IV, n. 138, 5, 4.

V.
DE BENEFICIARIIS.

I. In magno numero beneficiariorum primum locum tenent ei, qui beneficiarii consularis dicuntur, quia a legatis Augusti pro praetore viris consularibus beneficia acceperunt. Eorum alii ita commemorantur, ut aut addatur legio, in qua stipendia fecerint, aut ex aliis verbis eiusdem tituli cognosci possit, alii ita, ut non addatur.

A) Priores ex ordine legionum enumeravi.

1. Aelius Martianus b. f. cos. leg. I. Ital. Salonis. III, 2023.

2. T. Fl(avius) Sab[inus] b[f]. cos. l[eg. I] Ital. Novis. III, 1906.

3. [M.] Ul[p(ius)] Kalendinus b[f]. cos. leg. [I] Ital. p. C. 225. Naronae. III, 1781.

4. C. Atilius Gen . . . . mil. leg. XIII gem., leg. I ad(iutricis) . . . . b. cos. Novis. III, 1907.

5. Caelius [S]aturninus b. f. cos. leg. I ad. p. f. p. C. 194. Novis. III, 1909.

6. M. Carmeius Maximus bf. cos. leg. I adi. p. f. p. C. 245. In Dalmatia. III, 3161.

7. C. Novetius Restitutus vet. leg. I adi ex b. cos. — Latobicis. — III, 3902.

8. L. Valerius L. f. Cl. Censorinus dec. c(ol.) C(laudiae) S(avariae), item vet. leg. I ad. ex bf. cos. Savariae. III, 4191.

9. G. Vib(ius) Pom. I[a]nu[a]rius bf. cos. leg. I adi. Novis. III, 1910.

10. M. Ulp(ius) Marcellus b. co[n]s. m. leg. I (adi.) Sopianis. — III, 3306.

11. Luci(us) Antisti(us) Bellicus mil. leg. II adiut. bf. cos. Brigetione. III, 4311.

12. M. A[ur(elius)] Severin[us] bf. cos. l[eg. II] adi. — prope Aquincum. — III, 3617.

13. L. Cassius Regulianus vet. leg. II ad. ex bf. cos. Aquinci. III, 3543.

14. T. Cl(audio) Efficaci q(uon)d(am) mil. leg. II (adi.) p. f. bf. cos. domo Luceria Ap[ul]a, q. vixit ann. XXXVII. Aquinci. III, 3544.

15. T. Cl(audius) Procus bf. cos. legionis II ad. pi. [f]id. Antonin. p. C. 213. Intercisae in Pann. inf. Eph. II, 597.

16. C. Cornelius C. f. Pom. Dert(ona) Verus vet. leg. II adi., deduct. c(oloniam) U(lpiam) T(raianam) mission(e) agr(aria?) II, milit(avit) b. cos., annor. L. — Pettaviae. III, 4057.

17. G. Iulius Fabianus [b]f. C. Ant(isti) Vet(eris) cos., m. lg. II Trai(anae) f(ortis), vixit ann. L, mili(tavit) an(n)o(s) XXIII. Sidone. III, 151.

18. M. Aurel(ius) Iustus bf. cos. leg. II Ital(icae) p. f. — p. C. 217. Celeiae. — III, 5189.

19. Vib(ius) Cassius Victorinus bf. cos. leg. II Ita. p. f. Antoninianae. — p. C. 215. Celeiae. — III, 5185.

20. C. Oppius Bebius bf. cos. leg. II Ital. p. f. Sever. p. C. 226. Teutoburgi. III, 3270.

21. M. Rustius P. [f. I]unianus bf. co[s. l]eg. II. Ital. p. f. [Se]v[e-rianae]. — p. C. 230. Boioduri. III, 5690.

22. Q. Sextius Pullaenius bf. cos. leg. II Ita. — p. C. 192. Celeiae. — III, 5178.

23. Tul(lius) Iuvenis bf. cos. leg. II Ital. Antoninian. — p. C. 219. Bedaii. — III, 5580.

24. Vind(ius) Verus bf. cos. leg. II Ital. p. f. Sever. p. C. 226. — Bedaii. — III, 5575.

25. M. Ulpius Acilianus bf. cos. leg. II Ital. — Celeiae. III, 5180.

26. . . . . bf. cos. leg. II Ital. p. f. — p. C. 238. Viruni. — III, 4820.

27. . . . . bf. cos. leg. II Ital. — Atrante in Norico. — Eph. II, 969.

Ex legione III Augusta inter eos,

28. ʻqui imagines sacras aureas feceruntʼ. — Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127 enumerantur triginta beneficiarii consularis

una cum quinque beneficiariis tribuni sexmestris et compluribus aliis principalibus. Eiusdem legionis fuerunt, qui commemorantur in titulis ipsis quoque Lambaesitanis:

29. Stat(uam) Agrippinae coniugis Modi Iusti leg. Aug. pr. pr. consul(ar?)is speculatores et beneficiarii. VIII, 2746.

30. M. Valerio Senecioni leg. Aug. pr. pr. praesidi provin. German. infer. cos. speculator(es) et benefic(iarii) et quaestionari(i) etc. — Lambaesi. VIII, 2751 = Ren. 87.

Accedunt ex aliis titulis:

31. C. Marius Decian(us) Sicc(a) bf. cos. Castr. Lamb. VIII, 2567, 18 = Ren. 133.

32. . . . . genioque s[an]cto scolae b(ene)[f(iciariorum)] Paconius Castus bf. cons. leg. III Aug. cum suis exacta sta(tione) v. s. — Vazanis. Masqueray, *Rev. Afr.* 22 (1878), p. 453.

33. Severius Severianus [bf]. cos. leg. III. Itali[c]. Gordian(ae). p. C. 238—244. Brigantii. — III, 5768.

34. Nonius Sal[o]uinus qui et signo Dalmatis bf. con. leg. IIII Fl(aviae), vix. an. XXXX mes. III die. XVIII, stip. XXIII. — Viminaci. — III, 6300.

35. Q. Ennius Ianuar(ius) bf. cos. leg. V M(acedonicae) p(iae) c(onstantis). — Potaissae. — III, 878.

36. C. Iul(ius) Frontonianus vet. ex bf. cos. leg. V M. — Apuli. III, 987.

37. C. Iul(ius) Maxim[us] bf. cos. leg. V Mac. f. — *Alsó-Kosály.* III, 826.

38. L. Maelonius Aper vet. leg. VI vic(tricis) p. f. an. LXX, militavit b. cos. — Emeritae. — II, 491.

39. C. Ael(ius) Tertiolus bf. cos. leg. VI vict. Thamugadis. VIII, 2401 = Ren. 1546.

40. A[ur]elius Nicomachus [b]f. cos. leg. VII Cl(audiae). p. C. 213, Ratiariae. — III, 6291.

41. M. Aur(elius) Titianus bf. cos. leg. VII Cl. — p. C. 200. Scupis in Moes. sup. Eph. II, 492.

42. Sex. Palpell[io] Sex. f. Regu[lo] veterano l[eg.] VII Claudia[e] ex benefici[ar]. consular[is]. — Polae. V, 48.

43. L. Anteio Flavino bf. cos. civi Asturic(ensi) leg. VII g. p. fel. an. XLV stip. XXIII. — Tarracone. II, 4144.

44. L. Aufidio Felici bf. cos., leg. VII gem. Tarracone. II, 4145.

45. Aureli Severi veterani leg. VII g. fel. [e]x bf. cos. Tarracone. II, 4148.

46. Firmidi Ceciliani bf. cos. leg. VII gem. p. f. Tarr. II, 4153.

47. Cn. Fulv[io C]apratino ex p[rovi]ncia Baetica, probato in leg. VI ferra[t(a)], tra[ns]lato frum(entario) in leg. VII g. p. f., facto [bf.] cos., militavit ann. XXI, vixit ann. XXXX. Tarracone. — II, 4154.

48. Val(erio) Attico bf. cos. leg. VII g. p. f. stip. XXIIII, vixit annis XLI. — Tarracone. — II, 4167.

49. Umidi(i) Aviti milit. leg. VII gemin. felicis beneficiari Iun. Omulli consular. — Nemausi. — Reines. 8, 52.

50. M. Aurel(ius) Cl. Pompeianus mil. leg. VIII Antoninianae Aug., bf. cos. — p. C. 213. *Praunheim* in Nassovia. — Bramb. 1492.

51. [L.] Pom[et]ius Gratinus miles leg. VIII Aug bf. cos. p. C. 179. *Olnhausen* in regno *Wuertemberg*. — Bramb. 1618.

52. Sedulius Iulianus miles (leg.) VIII Aug. Antoninianae bf. cos. *Cannstadt*. Bramb. 1575.

53. Tertinius Severus mil. leg. VIII Aug. bf. cos. — *Vinxtbach* prope Confluentes. Bramb. 650.

54. Aur(elius) Secundianus qui et Itrius (?) bf. cos. leg. X g. Latobicis. — III, 3904.

55. G. Baeb(ius) Marcel[l]inus mil. leg. X g. bf. cos. p. C. 225. Latobicis. — III, 3903.

56. Ti. Claudio Tertio mil. leg. X g. p. f. b. cos. a. XXX. — in valle fluminis *Raab*. — III, 5510.

57. G. Comargus b. cos. leg. X g. in Dalmatia. III, 3158*a*.

58. G. Iul(ius) Dign(us) bf. cos. leg. X g. — p. C. 250. Latobicis. — Eph. II, 818.

59. C. Iul(ius) Im(p)etratus b. cos. leg. X g. 257 p. C. Latobicis. III, 3906.

60. C. Iul(io) Saturnino mil. leg. X gem. bf. cos., def(uncto) ann. XXXVIII. Salonis. III, 6376.

61. Iulius Tere(n)tius b. cos. leg. X gem. Severian. p. C. 224. Latobicis. III, 3899.

62. L. Val(erius) Faventinus mil. leg. X g. A(n)t. bf. cos. p. C. 217. Latobicis. — III, 3907.

63. L. Cominius Pollio miles leg. XIII gem. beneficiarius legati consularis. — prope Comum. V, 5451.

Hoc exemplum est unicum, in quo beneficiarius legati consularis plenius dicatur, cum in omnibus reliquis sit 'beneficiarius consularis'.

64. Fl(avius) Antonius [R]omanus [b]. cos. leg. XI[II] gem. [Anto]nini[a]n(a)e. Troesmi. 218 p. C. III, 6161.

65. L. Val(erius) Rufus vet. leg. XIII g. ex bf. cos. Sarmizegetusae. III, 1485.

66. Val(erius) Valen[tin]us bf. cos. [miles] le. XIII [g]. Gordi(anae). p. C. 239. *Alsó-Kosály.* — III, 827.

67. Val(erius) Vib(ius) Valerianus bf. cos. le. XIII g. *Alsó-Kosály.* III, 823.

68. Acutianus bf. cos. leg. XIIII gem. Gordian. p. C. 239. Novis. III, 1911.

69. M. Aurel(ius) Glabrio vet. leg. XIIII g. ex bf. cos. Sisciae. III, 3970.

70. A[ur(elius)] Marcus b[f]. cos. l. XIIII gem. Neviodnni. III, 3918.

71. M. Aur(elius) Valentinus bf. cos. leg. XIIII g. Latobicis. III, 3905 et 3909.

72. G. Statius Tacitianus bf. cos. leg. XIIII g. p. C. 209. Naronae. III, 1780.

73. Emeritius Sextus miles legionis XXII pr(imigeniae) p. f. Severianae bf. cos. — p. C. 223. *Cannstadt.* — Bramb. 1574.

74. T. Fl(avius) Vitalis Ael. Au[g]. mil. leg. XXII p. p. f. bf. cos. sti. XXVI. — p. C. 186. *Olnhausen* in regno *Wuertemberg.* Bramb. 1617.

75. .... S[e]verus mil. leg. XXII Antoninian b[f]. cos. *Cannstadt.* Bramb. 1576.

76. C. Severinio Viteali veterano honest(a)e missionis ex bf. cos. leg. XXX U(lpiae) v(ictricis). — Coloniae Agrippinensis. Bramb. 373.

77. Iucund[ius] Similis m[il]. leg. XXX [V. v.] bf. cos. p. C. 182. *Dottendorf* prope Coloniam Agrippinensem. — Bramb. 512.

B) Sequuntur ei beneficiarii consularis, quorum legio neque adscripta est neque ex aliis verbis ipsius tituli satis certo cognosci potest. Inter eos sunt nonnulli, quos ut huic vel illi legioni adscribere possimus, origo tituli aliqua cum probabilitate efficit. Sed quamvis firmum hoc subsidium argumentationis sit in laterculis militum, in titulis privatis facile eo fallimur. Quare ut falsam speciem certitudinis evitarem, ex eis beneficiariis consularium, qui sine numeris legionum reperiuntur, paucos, de quibus certius iudicare per proprias causas licebat, in catalogum supra scriptum recepi, reliquos alphabetico ordine infra composui.

78. P. Ael(ius) Fronto vet. ex [bf.] cos. Apuli. III, 1091.

79. P. Aelio Lupo b. cos. Salonis. III, 2001.

80. Aelius Maritimus bf. cos. prope Burgos. II, 2915.

81. L. Aelius Suanus b[f?] cos. Apuli. III, 1185.

82. P. Aelius Verinus. bf. cos. p. C. 213. Celeiae. III, 5154.

83. C. Antistius Threptus b. cos. Latobicis. III, 3900.

84. Antonius Cretianus [b]f. cos. Ventae Belgarum. VII, 5.

85. M. Anton(ius) Iulianus b. cos. Nevioduni in Pann. sup. Eph. II, 821.

86. Antonio Saturnino ex [b.] cos. Tarracone. II, 4149.

87. C. Apul(eius) Sabinus bf. cos. — p. C. 227. Sisciae. Eph. II, 842.

88. L. Arrius Probus b. cos. Apuli. III, 1080.

89. T. Aurelius Firminus bf. cos. Latobicis. III, 3901.

90. M. Aurel(ius) Florentinus bf. cos. qui vixit annis XXXIII. Aquinci. III, 3535.

91. Aur(elius) Florianus vet. ex bf. cos. p. C. 240. Aquinci. III, 3474.

92. Aurel(ius) Quint(ianus) bf. cos. Sisciae. III, 3957.

93. Aur(elius) Superinius bf. cos. p. C. 214. *Dottendorf* prope Bonnam. Bramb. 513.

94. M. Aurelius Ursulus bf. cos. p. C. 223. prope Coloniam Agrippinensem. Bramb. 430.

95. Calventius bf. cos. Intercisae. III, 3329.

96. L. Carantius Gratus b. cos. Nevioduni. III, 3916.

97. Cass(ius) Erotianus bf. cos. agens in m[u]nere stat[o]r. *Alsó Kosály.* III, 825. Ita supplevit Mommsenus. Sed praeferendum videtur stat[ionis], quod infra exemplis collatis confirmabitur.

98. C. Catonius Respectus bf. cos. Asciburgi prope Coloniam Agrippinensem. Bramb. 231.

99. Cl(audius) Alexande[r] bf. cos. Apuli. III, 1190, 2, 8.

100. Cl(audius) Marcellinus b[f]. cos. p. C. 190. Rigomagi. Br. 647.

101. Tib. Cl(audius) Quintianus bf. cos. Vinoviae. VII, 424.

102. Cornelius Claudius bf. cos. Vazanis. Masqueray, *Rev. Afr.* 22 (1878) p. 454.

103. Marc. Didius Provincialis bf. cos. *Lanchester.* VII, 441.

104. C. Fabius Germanus b. cos. *Gundelsheim* in regno *Wuertemberg.* Bramb. 1606.

105. T. Flavius Candidus b. cos. Sisciae. III, 3948.

106. M. G(avius?) Secundinus bf. cos. Habitanci. VII, 996.

107. L. Hilarinius Amabilis bf. cos. p. C. 236. prope Coloniam Agrippinensem. Bramb. 431.

108. M. Ingenuius Ingenuinus bf. cos. p. C. 243. prope Coloniam Agrippinensem. Bramb. 432.

109. L. Iucundinius Maximus b. cos. *Oberwinter* prope Confluentes. Bramb. 643.

110. Genio b(ene)f(iciariorum) co(n)s(ularis) G(ermaniae) s(uperioris) et loci Concord(iae) var(iarum) stat(ionum) C. Iul(ius) Adventus bf. cos. Altae Ripae. p. C. 181. Bramb. 1791. Supplementa sunt Mommseni.

111. C. Iul(ius) Constans bf. cos. — Mursellae. Eph. IV, 496.

112. C. Iulius Flav[us] b. cos. iter(um) stat(ionem) hab(ens). Sisciae. III, 3949.

113. Iul(io) Macriano quondam veterano m. h. m. ex bf. cos. Augustae Vindelicorum. III, 5815.

114. M. [I]ul(ius) Mat[e]rnus bf. cos. *Rheder* prope Col. Agripp. Bramb. 525.

115. [Q. Iul]ius Moderatus b. cos. Sisciae. III, 3950.

116. C. Iul(ius) Quietus b. cos. prope *Boeckingen* in regno *Wuertemberg.* Bramb. 1588.

117. Iulius Rufus [bf]. cos. Apuli. III, 1039.

118. C. Iul(ius) Verus bf. cos. Lambaesi. VIII, 2911.
119. Iul(ius) Victorinus bf. [c]os. Camponae. III, 3397.
120. M. [I]ulius Vitalis bf. cos. Nevioduni. III, 3927.
121. M. I[u]n(ius) Dexter bf. cos. — p. C. 227. Sisciae. Eph. II, 842.
122. M. Licin[i]u[s] Castus b. cos. in agro Sisciensi. III, 3938.
123. G. [Li]cin(ius) Civilis bf. cos. Viruni. III, 4776.
124. Licinio Liciniano bf. cos. Moguntiae. Bramb. 1070.
125. Litorius Pacatianus bf. cos. Borcovici. VII, 645.
126. C. Livius Moderatus b. cos. Sisciae. Eph. IV, 471.
127. C. Lutatiu[s . . . .] b. cos. Tarracone. II, 4160.
128. C. Mariu[s] Saturnu[s] Cetio bf. [cos]. In agro Sisciensi. III, 3940.
129. Pervincius Romulus b. cos. *Nierstein* in Hassia Cisrhenana. Bramb. 920.
130. Cn. Pompeio Fructo bf. cos. Toletano ann. XXXXII. Tarracone. II, 4164.
131. L. Pompeius Ingenu(u)s b. cos. Nevioduni. III, 3919.
132. C. Precius Felix Neapolitanus memor benefici, sc. Sex. Palpelli P. f. Vel. Histri leg. Ti. Claudi Caesaris Augusti pro cos. — ante a. 50 p. C. Polae. V, 35.
133. Rufi(us) Senilis bf. cos. Celeiae. III, 5188.
134. Sattonius Iuvenilis [b]f. cos. prope *Cannstadt*. Bramb. 1577.
135. Secundinio Candidiano bf. cos. Ovilavis. III, 5631.
136. C. Tauricius Verus bf. cos. alicubi ad Rhenum inferiorem. Bramb. 1993.
137. Titi(us) Faustinus bf. cos. — Aquinci. Eph. II, 689.
138. M. Trebi(us?) Vitalis b. cos. — Mursellae. Eph. II, 872.
139. T. [T]ullius Firminus bf. cos. — Latobicis. Eph. II, 817.
140. M. Val(erio) La[e]vino bf. cos. Emporiis. II, 4624.
141. M. Vari(us) Severus b. cos. Dobunis. VII, 83.
142. Q. Varius Vitalis [bf.] cos. p. C. 191. *Thornburgh.* VII, 271.
143. Venusti(us) Valerianus bf. cos. p. C. 222? ad lacum Pelsonem. III, 4147.
144. Vibinius Lucius bf. cos. Langovici. VII, 286.
145. L. Virilius Pupus b. cos. Sisciae. III, 3955.
146. M. Vitalinius Secundus [b]f. cos. Castris Veteribus. Bramb. 205.
147. T. Ulpio Insequenti vet. ex b. cos. Viruni. III, 4860.
148. M. Ulp(ius) Natalis vet. ex bf. cos. Aquinci. Eph. II, 706.
149. Volcacius Martialis b. cosu[l]. Iuennae. III, 5072.

Accedunt nonnulli, quorum cognomina tantum servata sunt:

150. . . . . Aprilis [bf]. cos. Coloniae Agrippinensis. Br. 399.
151. Aurelian(us) ex fru(mentario) bf. co. *Iosephsthal.* III, 3020.
152. . . . Castus be[nef.] cos. *Zahlbach* in Hassia. Br. 1263.
153. . . . . . . Secundus [b]f. cos. incertae originis. Br. 2018.
154. . . . . . . ellinus bf. cos. provinci[a]e superior(is). Lavatris. VII, 280.
155. . . . . . . sius cum Ulaiano f(ilio) b. cos. *Homoród Szent-Márton* in Dacia. Eph. IV, 139.

In aliis omnino nullum certum vestigium nominis exstat:

156. . . . . Augusta[n(o), i. e. Emeritensi] bf. coss. Callippone. II, 344.
157. . . . . . b. cos. Apuli. III, 1059.

158. . . . . . . s [b]f. cos. Sirmii. III, 6440.

159. . . . . . . b. cos. *Oberwinter* prope Confluentes. Br. 642.

Ipsius muneris nota evanuit et per BF supplenda esse videtur in titulo Lugdunensi:

160. [A]urel(ii) Ma . . . . s mil. leg . . . . [bf.] cos. stip. XXII . . . . . Lugduni. Boiss. p. 325.

Praeterea beneficiarii consularium sine nominibus commemorantur in hoc titulo:

161. Cl. Aelio Pollioni leg. Aug. pr. pr. G(ermaniae) s(uperioris) praesidi integerrimo bbff. cos. Moguntiae. Br. 982.

Adiungendus est 'Genius beneficiariorum consularis Germaniae superioris' in titulo iam supra allato 110.

C) Omnes fere beneficiarii consularis, quorum de militiae genere aliquid novimus, legionarii fuerunt, unus (n. 182[1])) miles cohortis auxiliariae. Quam ob rem statuendum est eos aliunde sumi non potuisse. Quod si reperitur titulus:

162. T. Flavio V . . . . . trierar[chae] class(is) Fl[aviae] Pann. ex bf. c[os]. Brigetione. III, 4319,

is, antequam trierarcha fieret, in legione aliqua stipendia meruisse putandus est.

II. Transeo ad beneficiarios eorum legatorum Aug. pr. pr., qui non consulares fuerunt.

A) Et primum quidem, qui beneficiarii leg. Aug. vel. leg. Aug. pr. pr. dicantur, hi reperiuntur:

163. . . . . . . [? legato Aug. pr. pr. provinc]iae [Numidia]e et leg(ionis) III Aug. Gallienae Aemilius Florus bf. domicurius eius. — Lambaesi. — VIII, 2797 = Ren. 260.

164. M. Carantius Macrinus centurio coh. primae urbanae, factus miles in ead. cohorte Domitiano II cos. (p. C. 73), beneficiar. Tettieni Sereni leg. Aug. Vespas(iano) X cos. (? p. C. 80), cornicular. etc. *Carouge* prope Genavam. Inscr. Helv. 78 = Wilm. 1584.

165. T. Iulius Seleucus et Septimius Valerianus bb. et corniculari eius, sc. L. Petronii Veri leg. Aug. pr. pr. Ancyrae. III, 252.

166. P. Septicius Varus mil. benef. leg. Aug. provinc(iae) Belgic(ae). Eporediae. V, 6785.

167. M. Aurelio Cominio Cassiano leg. Augg. pr. pr. c. v. beneficiarii eius. — Lambaesi. — VIII, 2733 = Ren. 80.

168. Gen(io) schol[arum] b(eneficiarii) sub Oc[tavio] Iulian(o) leg[ato] Aug. — p. C. 200. Potaissae. — III, 876.

Praeterea huc referendus esse videtur titulus Britannicus:

---

[1]) [Titulus hic potest scriptus essse eo tempore, quo legione III Augusta soluta legatus Numidiae milites nullos habebat nisi cohortium alarumque. Th. M.]

169. — horreum vetustate conlabsum mi(lites) coh. II Asturum S(everianae) A(lexandrianae) a solo restituerunt — [cur(ante)] Val(erio) Martin[o bf.?] lega[ti Aug?]. p. C. 225. Aesicae. VII, 732.
At quoniam supra vidimus beneficiarios legatorum pro praetore fere omnes legionarios fuisse, hic titulus fortasse aliter supplendus est.

169[a]. Τόνδε νε[ών] οἱ τύ[μ]βον ἀνὴρ [ὀνομ]αστὸς ἔδει[μ]ε
Τρω[ίλ]ος ἀρτιεπής, [πόλεως] φίλ[ο]ς ὄλβιστ[ός τε],
ὅς ποθ' ἡγεμόνος βενεφικιάριος κατὰ ἔθνος
ἔπλετο Φοινίκ[ω]ν Δαλμάτιος κτλ.

Nedjeraun in Palaestina. — C. i. Gr. 4578 *c*.

Apparet beneficiarium legati Aug. Syriam administrantis intellegendum esse.

B) Eodem ei referendi sunt, qui, cum beneficiarii legati legionis aut simpliciter legati dicantur, reperti sunt in eis provinciis, quarum praesides eidem fuerunt legati legionum:

170. C. Iul(ius) Candidianus b. leg. leg. I. adi. [p.] f. Brigetione. III, 4321.

171. M. Ulp(ii) Prisci bf. legati leg. I adi. stip. XXII. Brigetione. III, 4328.

172. Aur(elius) Artemidorus bf. leg. leg. II ad. p. f. S(everianae) agens c(uram) c[arceris?]. — p. C. 228. Aquinci. — III, 3412.

173. M. Aurel(ius) Reditus bf. leg. leg. II adi. p. f. Severianae. prope Aquincum. III, 3624.

Ceteris numeri legionum non adscripti sunt:

174. Aurelius Heuticinus vet. ex b. leg. Brigetione. III, 4318.

175. Aur(elius) Hermias bf. leg. vix. annis XLIIII. Lambaesi. Ren. 4076 = VIII, 2823.

176. C. Caecilius Iovinus b. leg. Lambaesi. VIII, 2828.

177. Q. Cornelius Numerianus bf. leg. VIII, 2854 = Ren. 555.

178. Crispius Saturnin[u]s bf. leg. Apuli. III, 1031.

179. Q. Duronius Primus Kar(thagine) bf. leg. — Castris Lamb. — VIII, 2569, 30.

180. Gemin(ius) Aelianus bf. legati. Apuli. III, 1026.

181. . . . Hostilius . . . f. Arn. Felix [K]arthag. vet. [e]x bf. leg. — Lamasbae. — VIII, 4436 = Ren. 1710.

182. L. Octavius Felix dec(urio) coh. Hispanor., ex b. leg. — *Inter Metkides, Negrin, Krenschela.* VIII, 2226 = R. 3241.

183. M. Pompeius Proculus — benef. Tironis (?) leg(ati). — In Dacia. Eph. II, 452.

184. L. Popilius Felix b. leg. Lambaesi. VIII, 2963.

185. Sempr(onius) Valentinus b[f]. leg. Apuli. III, 1050.

186. Q. Valerius Emeritus vet. ex bf. leg. Lambaesi. VIII, 2990 = Ren. 1237.

187. V(ico) Corneliano b. leg. q. vix. anis XLI. — VIII, 4246.

188. . . . . bf. leg. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2569 *b*, 5.

C) Restat titulus Britannicus incertae interpretationis:

189. C. Mannius C. f. Pol. Secundus Pollen(tia) mil. leg. XX an(n)oru(m) LII stip. XXXI, ben(eficiarius) leg(ati) pr(ovinciae). — Viroconi. — VII, 156.

Huebnerus suppleverat pr(incipem). At neque centurionis ex beneficiario facti ullum certum exemplum exstat, neque, si talis promotio significanda fuisset, brevis illa nota ex Romanorum consuetudine scribendi suffecisset. Itaque Mommsenus 'pr(ovinciae)' supplementum proposuit, ut esset beneficiarius legati consularis.

III. A) A legatis legionum qui beneficia acceperunt, hi sunt:

190. M. Callienio Placidinio benef. legat. leg. I Minervi(ae). VI, 3335.

191. Venconius Crescens et Iulius Felix bbff. leg. [l]eg. [I] M. p. f. — p. C. 252. Bonnae. — Bramb. 500.

192. [Anneiu]s Vi[ctor] bene[f. legati] leg. XX Va[l. vict.] ex provincia Britannia. — prope Thevesten. VIII, 2080.

193. Tib. Iustinius Ael(ia) Augusta Titianus bf. leg. leg. XXII. — p. C. 210. Moguntiae. Br. 999.

194. Aulus Mucatralis (?) b[f]. leg. leg. XXII Alexandri(anae). p. C. 227. Moguntiae. Br. 1060.

195. . . . . ovius L. f. [St]e. Peregrinus [mil. l]eg. XXII pr. p. fid. [bf. l]egat(i), a comment. [prae]f. etc. — [an]nor. XXXIX stip. XX. — Taurinis. — V, 7004.

196. Cogitatinius Iuvenis bf. leg. le . . . . Lugduni. — Boissieu p. 276.

B) Nonnulli beneficiarii legatorum reperiuntur, quibus non adscriptum est, utrum legati praesides an legati legionum intellegendi sint. In eis, quos supra rettuli, haec ambiguitas certo solvi potest. In ceteris veri simile est legatos legionum intellegendos esse, quia hoc non immerito statuere nobis videmur, beneficiarios, si a legatis Augustorum beneficia accepissent, hanc superiorem dignitatem in titulis commemoraturos fuisse. Qua ratione si utimur, inter beneficiarios legatorum legionum hi referendi sunt:

197. Aurel(ius) Philetus bf. le[g]. prope Bonnam. Br. 462.

198. L. Crescentinius Gratinus bf. leg. Moguntiae. Br. 1059.

199. Fl(avius) Valens ex b. leg. Troesmi. III, 6179, 2, 12.

Accedunt, quorum nomina aut non integra servata sunt aut prorsus evanuerunt:

200. . . . . rispus ex b. leg. Troesmi. III, 6180, 1, 6.

201. . . . . . [ex] b. l. Troesmi. III, 6178, 5, 4.

202. . . . . . ex b. leg. Troesmi. III, 6179, 1, 23.

203. . . . . . . us vet. ex bf. leg. prope Potaissam. Eph. IV, 138, 17.

C) In nonnullis eorum exemplorum, quae modo enumeravi, editores inscriptionum dubitaverunt, notas bf. leg. utrum per beneficiarium legati an per beneficiarium legionis supplerent. Haec quaestio aliquanto certius, quam adhuc factum est, solvi posse mihi videtur. Nam beneficiarius legionis ita plene scriptus nusquam reperitur; legati autem beneficiarius praeter ea exempla, in quibus legionis numerus additus est, plene scriptus exstat in titulo supra allato 180 (III, 1026). Accedit quod, cum munus beneficiarii cogitari non possit, nisi referatur ad aliquem superiorem, qui beneficium dederit, beneficiarii aut legionum aut cohortium aut aliarum partium exercitus Romani

dici vix potuerunt[1]). Neque huic argumentationi obstat, quod nonnusquam leguntur beneficiarii huius vel illius legionis aut cohortis, cuius numerus additus est. Nam hac ratione scribendi nihil aliud agitur nisi, ne ignoretur, ubi is, cuius nomen antecedit, stipendia fecerit. Ipsum autem munus beneficiarii, cum ad legionem aut cohortem referri non possit, in alteris ad legatos in alteris ad praefectos aut tribunos referendum esse consentaneum est. Exempla huius generis ex legionibus sunt haec:

204. Aurelius Domitianus bene. leg. I a[d(iutricis)] vixit an. XXXX, militavit an. XX. — Aquileiae. — V, 894.

205. Cassius Vi[c]tor [b]f. leg. I M(inerviae). Duesseldorpii. Br. 293.

206. C. Licinius Bellicianus bf. leg. II Ita. p. f. Celeiae. — III, 5187.

207. Canidius Fortunatus bf. leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2837 = R. 486.

208. Emilius Rogatianus bf. leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2798 = Ren. 264.

209. [I]ul(ius) Flaminalis [b?]en(eficiarius?) leg. III Aug. Calamae. VIII, 5411 = Ren. 2789.

210. [M]odius Cres[centia]nus b. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2945 = R. 1002.

211. — genioque stationis Vazanitanae . . . . . . Saturninus [bf?] leg. III Au[g. ex]pleta [s]tatione pr[o]motus ad . . . . leg. II Italicae. Vazanis. Masqueray, *Rev. Afr.* 22 (1878) p. 454.

212. M. Valerio Flavo [b]f. leg. VII g. ex arm[icu]s(tode) an. LX. Tarracone. II, 4168 (= 3587). Huius tituli lectio incerta est. Itaque Huebnerus aliam quoque emendationem proposuit, ut esset s[p(eculator)] leg. VII.

213. . . . . . be. leg. VIII Aug. antecedit nomen lectu incertum. — Coloniae Treverorum. Br. 777.

214. L. Titulenio L. f. Respecto vet. bf. leg. X gem. — Tragurii. — III, 2677.

215. L. Sper(atius) Ursulus benefic. leg. XX. Inscr. Helv. 132.

IV. Beneficiarios procuratorum hos collegi:

216. Adnamius Flavinus b. Ulpi Victoris proc. p. C. 158. Celeiae. III, 5161.
Adnamius Flavinus b. Us(i)eni Secundi proc. Aug. — p. C. 158. — Celeiae. — III, 5162.

217. T. Aurelius Diocles b. proc. p. C. 161. Ampeli. III, 1295.

218. Ti. Claud(ius) Censor [bf.] proc. Vindobonae. III, 4559.

219. C. Fuscinius Catullus b. Ulp(ii) Victoris proc. Aug. p. C. 158. Celeiae. III, 5169.

---

[1]) [Cum non raro *miles legionis, centurio legionis* in titulis legatur vocabulo legionis omisso et beneficiarii legionis adiecto nomine frequenter reperiantur, hic quoque vocabulum aliquando omitti potuit. Fortasse obstat aliud, scilicet quod legionis vocabulum in milite et centurione solitarium quoque recte adscribitur, cum legionaria militia reliquis honoratior sit, at in beneficiariis supervacaneum foret, cum ii omnes fere in legione mereant. Sed ne hoc quidem plane sufficit; nam praesidibus iis, quibus legio nulla pareret, beneficiarios affuisse ex alis cohortibusve sumptos satis constat. Quam ob rem quamquam interpretationem supra propositam ego quoque magis probo, alteram item admitti posse censeo. Th. M.]

220. Ti. Cl[a]ud[ius] . . . . atu . . . [b.] proc. — Sisciae. III, 3947.

221. Fab(i) Martian(i) b[f]. proc. Augustor. — p. C. 163. in Castro St. Christophori. — II, 2552.

222. Flavi(i) Flavi bf. proc. Augustorum. — p. C. 167. in Castro St. Christophori. — II, 2553.

223. T. Fl(avius) Fabia Romanus Roma b. proc. Aug. — Aquinci. Eph. II, 683.

224. Q. Hostius Fortunatus b. proc. — Aquinci. III, 3441.

225. Iul(io) Men[e]nio Vi[cto]ri b. Corneli D[e]xtri proc[ur]. Gal(liae) et Ger(maniae). — Athenis. III, 553.

226. Q. Iulius Moderatus b. proc. — Sisciae. — III, 3942.

227. C. Iulius Primu[s] b. proc. — Arrubi in Moes. inf. III, 6218.

228. Iul(ius) Superinius Victor bf. proc. — Lugduni. — Boiss. p. 527, 121.

229. Satrius Felix b. (p)ro[c?]. — Ampeli in Dacia. Eph. IV, 171.

230. Terentius Iustus b. pro. Au[g]. — Crumeri. III, 3663.

231. Val(erius) Victor b. proc. — Aquinci. III, 3448.

232. Vibius Augustalis b. pro. Aug. — Aquinci. III, 3449.

233. M. Ulp(ius) Carus b. proc. — Aquinci. III, 3451.

234. M. Ulpius Crescens b. C. Censori(ni) Nigri proc. Aug. — Celeiae. III, 5181.

235. M. Ulpius Ursinus be. proc. Aug. — Aquinci. III, 3454.

Accedunt, quorum nomina non integra servata sunt:

236. Surus b. Memmi Apoll(inaris) proc. Aug. Celeiae. III, 5179.

237. . . . . uconius [P]rimus b. Plauti Caesiani proc. Aug. — Celeiae. III, 5177.

238. . . . ius Iuvenalis b. [p]roc. A[ug]. — Aquinci. — III, 3442.

239. . . . . . . [e]x bf. proc. — Lentiae. III, 5689.

240. . . . . . us ex b. proc. 1, 25. } Troesmi. III, 6179.
241. . . . . intim. ex b. p. 3, 15 }

Decuria beneficiariorum proc. Aug. commemoratur in titulo Ostiensi:

242. Cn. Sentio Cn. f. Cn. n. Ter. Felici — patrono decuriae scribar(um) et multarum aliarum, in his item beneficiarior. proc. Aug. Ostiae. Or. 4109.

Inter hos nonnulli sunt, qui a procuratoribus regnum Noricum administrantibus beneficia acceperunt. Tituli enim supra allati 216. 219. 234. 236. 237 Celeiae, 239 Lentiae in Norico reperti sunt. E quibus quamquam duo, 237. 239, procuratoribus regni Norici non prorsus certo tribuuntur, tamen reliqui quatuor partim propter aetatem Marco imperatore superiorem partim propter nomina procuratorum, qui in eis commemorantur, aliunde nota dubitari non potest quin huc referendi sint. De quibus v. Marquardt, *Römische Staatsverwaltung* I, p. 136. Decuria beneficiariorum tituli Ostiensis beneficia accepit a procuratore annonae, de quo cf. O. Hirschfeld, *Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten* p. 140. Ceteri beneficiarii, quos supra adscripsi, omnes non procuratoribus provincias administrantibus sed eis, qui legatis Augustorum adiuncti erant, ministravisse putandi sunt. Quorum procuratorum cum neutros imperio militari praeditos fuisse constet,

et cum inter beneficiarios eorum nullus sit, cuius aut genus militiae aut stipendiorum numerus commemoretur, forsitan dixerit quispiam hos beneficiarios non milites fuisse. At obstat fragmentum laterculi militum legionis V Macedonicae Troesmi repertum III 6179, in quo B · PROC · et B · P · notae servatae sunt.

Beneficiarius procuratoris coniectura restitui posse videtur in titulo Nemausensi:

243. Iul(ii) Valeriani mil. [leg.] XX [V. v. in] Britanni[a] bene. [proc.] Aug., militavit ann . . X mens. VII dies XXV, vixit ann. XXXI mens. V dies XXVI. — Nemausi. Or. 3512.

Henzenus in additamentis de sinceritate huius tituli dubitationem moverat. At eum falsum non esse affirmat Hirschfeldius, qui totam condicionem eius per literas summa liberalitate mihi descripsit. Testatur ante AVG lacunam paucarum literarum esse eamque per LEG explere mavult quam per PRO(C); contra mihi hoc supplementum magis placet, quia beneficiariorum legatorum Aug. omissis verbis PR · PR etsi nonnulla tamen perpauca exempla, beneficiariorum autem, qui procuratorum Augustorum dicuntur, complura exstant.

V. Beneficiariorum praefectorum varia sunt genera eadem quae praefectorum. Et primum quidem locum obtinent

A) Ei, qui a praefectis praetorio beneficia acceperunt:

244. Aelio Digno bf. p(raefectorum) praetorio e(minentissimorum) v(irorum), qui vixit ann . . . . , militabit an . . . . Grumenti. X, 214.

245. [Aur(elio) T]ertio bf. praef., coh(orte) VIII pr., (centurio?), vix. ann. XLV dieb. VII, mil. in leg . . . [Cl]aud. ann. V, inde tralat. in pr. [mil.] ann. XIIII, natione Pann(onius). — VI, 2673.

246. C. Caesio C. f. Ouf. Silvestri benef. pr. pr., evoc. Aug., (centurioni) leg. II Aug., leg. IIII F. f., leg. III Gall., leg. VI ferr., leg. XXX U. v., p. p., praef. castrorum leg. IIII F. f., [do]nis donato etc. Albacinae. — Fragmentum tituli habet Or. 3176 = Mur. 768, 8, sed integrum dedit C. Ramelli, *Bullettino dell' Inst.* 1845, p. 132.

247. L. Comini(o) L. f. Maximi(no) domu Mantua p(rimo)p(ilo) bis, procuratori M. Antonini Aug., praef. leg. II Traianae fortis, (ducenario), trib. chor. VII praetoriae, XIIII urbanae, III vig[i]l(um), centurio(ni) chortis I pr., X urbanae, V vig., evocato Augustorum, beneficiar. praef. praetori(o), vixit annis LXXX (mens.) II dieb. XVIII. Tibure. Or. 3444.

248. T. Flavio T. f. Pup. Rufo militi coh. XII urb. et coh. IIII pr. — b. praefector. praetor. etc. — Ravennae. — XI, 20 = Or. 3489.

249. L. Iuni Maximi Me(cia) Neapol(i), (mil.) cho. III (pr.), benef. praefectoru(m) pr. an. XXXIIII. — Philippis. III, 645.

250. Sex. Iulius Sex. f. Flavia Augurinus Siscia b. pr. pr. coh. VII (centuria) Appi, vix. ann. XXXXIIII m. II, mil. an. XII m. II. — VI, 2644.

251. C. Ligustinio C. f. Clu. Diserto (centurioni) leg. XX V. v., (centurioni) leg. IIII Scythicae, item (centurioni) leg. XX(X) V. v., evocato Aug., benef. praef. praet. — in agro Calliensi. Mur. 830, 3.

252. Masculinius Valens bf. pr. pr. em(inentissimorum) v(irorum), coh. X pr. p. v. Ant. centuria Marciani. — p. C. 221 vel 222. VI, 323.

253. L. Octavius L. f. Pob. Marcellinus beneficiarius prae[f.] p[r. e]vocatus. Veronae. V, 3371.

254. C. Oppio C. f. Vel. Basso — b. pr. pr. etc. — Auximi. p. C. 137. IX in schedis = Grut. 445, 10 et Or. 3868.

255. M. Vettio M. f. Ani. Valenti mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., donis donato bello Britan. torquibus armillis phaleris, evoc. Aug., corona aurea donat., (centurioni) coh. VI vig etc. — Arimini. p. C. 66. — Henz. 6767 = Wilm. 1617.

Accedunt, quorum nomina evanuerunt:

256. . . . . mil. ann. XXIIII, prob[a]tus hic in leg. VII C[laud]., lectus in praetor[io], factus eq(ues) promot[us] ex bf. praefectoru[m], natus provincia M[oe]sia superiore, reg[io?ne] Scrina Dadan (?) — Moguntiae. Br. 1077.

257. . . . . . everus bf. pr(a)ef. pr(a)et. — *Rheincassel* prope Coloniam Agrippinensem. — Br. 308.

258. . . . . . . [pr]aef., tesser., optio, [si]gnif., benefic. pr[aeff. p]r., evoc. Aug., (centurio) co[h . . .] vig. et statoru[m]. — VI, 2794.

259. [bf.] pr. L. Marciu[s]. Eph. IV, 896 p. 333, in fragmento laterculi militum praetorianorum.

B) Beneficiariorum praefecti urbis exempla perrara sunt. Quamquam Henzenus, quod in adnotatione ad C. VI, 2895 dixit omnino nullum exstare, erravit. Nam in eodem volumine paucis paginis supra legitur:

260. C. De[c]ius Maximianus b. pr. urb. — VI, 2680.

Extrema verba per beneficiarium praefecti urbi supplenda esse confirmatur tribus exemplis ex laterculo cohortis X urbanae nuper edito repetitis:

261. b. pr. ur. P. Servilius P. f. O . . . . } p. C. 138. } coh. X urb.
262. b. pr. ur. C. Statilius C. f. Vel. } Eph. IV, 887
263. b. pr. ur. L. Vib[i]u[s]. p. C. 137. } 13. 15. 22.

Itaque dubitari non potest, quin idem munus etiam in eis duobus titulis agnoscendum sit, in quibus literis non prorsus certis significatum est:

264. P. Herenni(o) Valeriano mil. coh. XI u[rbanae] b. pr. u[r]. VI, 2895,

ubi scriptum est: COH · X · IV | ANNA · B · PR · VI.

265. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh.t(?) urb. ad latus tribunor(um) fuit secutor, optio valetudi(narii), optio carcaris, singularis, benefic. tribuni, a quaestionib(us) factus per Annium Verum praef. urbis, et tesserarius, optio, signif., fisci curator, optio ab act(is), cornicul. trib., benef. Valeri Asiatici prae[f]. urb., missus ab. imp. Hadriano Aug. Serviano III et Vibio Varo cos . . . . p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459,

ubi in lapide scriptum est PRAET · VRB.

Habemus igitur beneficiariorum praefectorum urbi sex exempla, quorum quamquam duo per se non prorsus certa sunt, tamen ea sufficere puto ad mutandam eam opinionem, quam Mommsenus, *Römisches Staatsrecht* II[2]

p. 1020 de hoc genere exposuit[1]). Dixit enim praefectum urbi, quamquam cohortibus urbanis praefuerit, tamen militari imperio caruisse neque eos comites habuisse, qui tribunis, legatis, reliquis viris militari imperio praeditis attributi fuerint. At duos milites a quaestionibus praefectorum urbis Mommsenus (p. 1021) ipse affert, cornicularium infra (X, 32) proferam, neque ulla causa est, cur exemplis beneficiariorum supra adscriptis diffidamus. Nam numerus eorum, quamvis parvus sit et superetur numero beneficiariorum praefectorum praetorio et vigilum, tamen horum multi in laterculis leguntur, quorum e cohortibus urbanis parvae tantum reliquiae exstant. Neque miraremur, si numerus, quo in hoc genere praefectus urbi a praefectis praetorio et vigilum distat, maior esset, quam est, quoniam tituli cohortium urbanarum multo pauciores quam praetorianorum et vigilum servati sunt. Quodsi concedendum esse videtur praefectum urbi beneficiariis non caruisse, tamen inde de militari imperio eius nihil colligi potest, quia etiam procuratores provinciarum ius beneficiorum dandorum habuerunt.

C) Maior est numerus beneficiariorum praefectorum vigilum. Et primum quidem in uno titulo dedicatorio cohortis secundae quinque repperiuntur:

266.	C. Iulius Onesiphorus b. pr.	p. C. 210 VI, 1059,
267.	C. Valerius Iulianus b. pr.	
268.	S. Valerius Karicus b. pr.	
269.	T. Septimius Felicissimus b. pr.	
270.	M. Iulius Ingenuus b. pr.	

qui pro tota cohorte titulum dedicaverunt una cum septem centurionibus, corniculario tribuni et quatuor medicis. — Deinde in laterculis vigilum haec habes exempla:

271. b. p. Blossi Felix, coh. I vig., centuria Victoris. p. C. 205. VI, 1056, 2, 14.

272.	b. pr. C. Cornelius Varronian(us), centuria Caeserni Senecionis. 1, 2.	coh. V vig. VI, 1057.
273.	b. pr. Q. Vettius Achilleus, eadem centuria. 1, 57.	
274.	b. pr. P. Naevi Philon, centuria Aelii Torquati. 2, 4.	
275.	b. pr. M. Pontius Diodorus, centuria Ulpii Rutiliani. 3, 24.	
276.	b. pr. T. Aelius Florus, centuria C. Iulii Rufi. 6, 1.	

---

[1]) [Mihi e contrario mea opinio iam videtur certa esse. Scilicet quod in titulo Beneventano perscriptum est *praet. urb.*, id confirmat alter n. 260, fortasse tertius quoque n. 264 licet corruptus; nam diligenter, maxime in urbanis titulis, compendia praetoris et praefecti distinguuntur, exceptis scilicet militum laterculis, qui alia lege reguntur. Quod in uno eorum ter reperitur *b. pr. ur.* cum per se et de praefecto urbi et de praetore urbano accipi possit, hi beneficiarii ad reliquos tres interpretationis certae explicandi sunt. Iam igitur negari non potest beneficiarios praefecti urbi nullos fuisse, fuisse beneficiarios praetoris urbani sumptos ex cohortibus urbanis. Eorum officialium ratio et usus quamquam non perspicitur, ipsa res non magis offendit quam offendunt beneficiarii procuratorum Augusti sub praeside constitutorum, qui ab imperio militari pariter alieni erant atque in urbe praetor urbanus. Th. M.]

277. b. pr. . . . . centuria Antulli. 1, 1. — p. C. 210
278. b. pr. M. Pont(ius) Diodorus, centuria Valentis. 3, 2.
279. b. pr. S. Cincius Callippus, centuria Verini. 4, 2. — coh. V vig.
280. b. pr. C. Aurelius Hermogen(es), centuria Romuli. 5, 1. — VI, 1058.
281. b. pr. Q. Mulleius Saturnin(us), eadem centuria. 5, 8.

Praeterea hi singuli commemorantur:

282. C. Percennio Regino b. praef., coh(orte) II vig. (centuria) Veri. — militavit ann. XXII, vixit ann. XLIIII mens. X. — VI, 2966.

283. T. Sextio Iuliano cohort. V vig. benef. praef., qui vix. ann. XXVIIII mens. VI dieb. VIII. — Ostiae. — Kellerm. n. 74.

284. P. Tuticanio Hermeti b. pr. VI, 220. [In titulo ad laterculum formato, quapropter PR de praefecto non offendit. Th. M.]

Hoc loco addendi sunt beneficiarii subpraefectorum vigilum, qui in laterculis non semel reperiuntur.

285. b. s. Messori Victor, centuria Victoris. 2, 1. — coh. I vig. p. C. 205.
286. b. s. Iuli Chariyime (?), centuria Iuvenis. 4, 8 — VI, 1056.

287. b. spr. C. Masculin(ius) Chresi(mus), centuria Aelii Torquati. coh. V. vig. VI, 1057, 2, 1.

288. b. spr. Ti. Claudius Speratianus, coh. V vig., centuria Sohaemi. p. C. 210. VI, 1058, 7, 2.

Accedit ex titulo dedicatorio principalium eiusdem cohortis

289. b. spr. Q. Marius Arn. Proculus Hist(onio). p. C. 113. VI, 221.

D) Etiam praefecti castrorum beneficiarios habebant, quorum hoc exstat exemplum:

290. Iul[io] . . . ndidio bf. pra[efecti ca]str. — Castris Reginis. III, 5953.

In reliquis exemplis, quippe quae posterioris aetatis sint, non praefectus castrorum dicitur sed praefectus legionis aut simpliciter praefectus, ubi numerus legionis supra commemoratus est. Huius munus idem fuisse atque praefecti castrorum, novam autem rationem dicendi inde a Domitiani aetate usurpari coeptam esse et inde a Septimii Severi aetate solam mansisse exposuit Wilmanns, Ephem. epigr. I. Hoc igitur loco adiungendi sunt, qui sequuntur:

291. C. Petil(ius) Firmus ve[t]. ex bf. praef. leg. II ad[i]. p. f. — Aquinci. III, 3559.

292. L. Arruntius Saturninus b. praef. leg. III. Aug. — Lambaesi. VIII, 2813 = Ren. 356.

293. Q. Aelio Minuciano bf. praef. leg., sc. III. Aug. — Lambaesi. VIII, 2784 = Ren. 227.

294. L. Veratius Speratus bf. praef. leg. XIII g. — Apuli. III, 1056.

Neque dubitari potest, quin eis addendus sit hic:

295. Iul(io) Apricio mil. leg. s. s., sc. II. Italicae, bf. praef., stip. VI, o(bito) an. XXV. — Fafianae. — III, 5671.

In reliquis, cum mere praefectus dictus sit, quoniam de aetate eorum nihil constat, incertum est, utrum praefectus castrorum an legionis intellegendus sit. Sed haec ambiguitas non magni momenti est.

296. C. Iulius Severus cas(tris) bf. pr. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 84 = Ren. 129.

297. Manilius Fortunatus bf. pre. Lambaesi. — VIII, 2937 = R. 953. [Potest item accipi de beneficiario praesidis. Th. M.]

298. . . . . bf. pr. — Castr. Lamb. — VIII, 2568, 1 = Ren. 129.

Restat unus titulus incertae originis, in quo commemoratur

299. M. Aurelius Veronius Verus pe. praefecti. — Br. 1969, qui si recte a Brambachio et emendatur ita, ut sit be. (potius quam Brambachii bf.) praefecti, et repertus esse putatur prope Castra Vetera, is, a quo Aurelius beneficium accepit, praefectus castrorum fuisse existimandus est.

E) Praefecti cohortium auxiliarium utrum beneficiarios habuerint necne, incertum est. Duo tamen exstant tituli, quibus hoc probari videatur:

300. . . . . [Calp]urnio L. [f.]? ubasni, mil. coh. I Tungror. b[f.] praef. Borcovici. VII, 691.

301. Geminius Saturninus b. praef. stip. XVIIII. — Auziae. — VIII, 9057 = Ren. 3585. Nam cum beneficiarius praefecti legionis III Augustae in Mauretania constitutus magnopere offendat, praefectum alae cohortisve intellegendum esse Mommsenus censet. [Hic et alter n. 298 cum veniant ex laterculo, pr. de praefecto recte accipitur. Th. M.]

VI. Beneficiarios tribunorum primo loco posui eos, qui a tribunis legionum, altero, qui a tribunis cohortium beneficia acceperunt.

A) Tribunos legionum, quamquam eorum quoque varia genera sunt, in enumerandis beneficiariis non distinxi, quia non veri simile est etiam ius beneficiorum dandorum penes eos diversum fuisse[1]). Neque enim, si quis in hanc rem inquirere volet, ei difficile erit exempla, quorum numerus parvus est, novo ordine componere. Initium feci ab eis beneficiariis tribunorum, quorum legiones adscriptae sunt.

302. Ael(io) Valeriano bf. trib. leg. I adi. stip. XVIII, vixit ann. XXXVIII. Iul(ius) Oratianus bf. trib. leg. eiusdem. — p. C. 243. in Syria. III, 196.

303. Iul. Tatuloni mil. leg. II ad. [bf.?] tribun. — vix. ann. XLV. Aquinci. III, 3553.

304. Cornicularius et b(ene)f(iciarii) trib. laticlavii mil. leg. tertiae Aug. p. v. ex arca sua fecerunt, quorum nomina subiecta sunt. — Sequuntur no-

---

[1]) [Immo sunt quae probare videantur non omnibus legionum tribunis beneficiarios attributos esse, sed solis ordinis senatorii, id est laticlaviis vel semestribus, si quidem hos sumere licet nomine solo differre. Movet me, quod in laterculo Lambaesitano n. 307 praeter beneficiarios praesidis soli tribuni semestris enumerantur, cum, si reliquis quoque legionis tribunis beneficiarii affuissent, ii cur omissi sint causa nulla appareat. Simile quiddam obtinet de titulis duobus n. 304. 305 a beneficiariis dedicatis tribuno laticlavio. Quod in titulis beneficiariorum tribuniciorum saepenumero tribunus solus nominatur, non obstat: nam senatorii ordinis diu eodem nomine atque reliqui utebantur neque unquam laticlavii semestrisve appellatio ita invaluit, ut communis tolleretur. Causa eius differentiae quaenam fuerit si quaeris, crediderim laticlavios in rebus administrandis magis versatos esse quam in militibus regendis et ita factum esse, ut ii soli beneficiariorum opera indigerent. Simile quiddam evenit in corniculario. Th. M.]

mina cornicularii et duodecim beneficiariorum. — p. C. 198. Castris Lambaesitanis. VIII, 2551 = Ren. 57.

305. . . . . io Tauro [tribu]no laticla[vio le]g. III Aug. [statua]m aeream [corn(icularius) et b]enef(iciarii) posuer(unt). Lambaesi. VIII, 2774 = Ren. 124.

Accedunt ex laterculis legionis eiusdem:

306. Iulius Dexter bf. tr.
Pettius Rogatus b. tr. } Castris Lambaesitanis. VIII, 2564, *b*, 17. 18.

307. bb. sexm.
Turfanius Felix
C. Iulius Felix Tham(ogadis).
Valerius Daphnus.
L. Clodius Concessus Kart(hagine).
Q. Iulius Victor Thel(epte). } Enumerantur inter eos, qui imagines sacras aureas fecerunt, una cum binis cornicularis et commentariensibus, quatuor speculatoribus, triginta beneficiariis consularis, quinque quaestionariis, uno haruspice. — Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127.

308. [M]ummius Atticus Cir(ta) b. tr. — Castr. Lamb. — VIII, 2567, 49 = Ren. 133.

309. C. Aponi Luciani b. tribuni semen(stris) leg. III Cyr(enaicae). vix. ann. XLVII, mil. ann. XXV. — Bostrae. — III, 101.

310. C. Val(erius) Victorinus vet. leg. V M[a]c. ex bf. trib., vix. an. LV. Drobetae. III, 1584.

311. Nom(ina) b(ene)f(iciariorum) in latere tituli in honorem tribuni mil. leg. X g. p. [f.] dedicati. Ipsa nomina legi non possunt. p. C. 249. Vindobonae. III, 4558.

312. Aurel(ius) veteranus benef. (trib.) laticlavi leg. XIII gem., in aciae (sic) desideratus, qui vixit annis XXVI, menses VII, dies XV. Dertonae. V, 7366.

Numero legionis non addito reperitur:

313. P. Florio P. fil. Vol. Praenestino mil. legion. in Norico Ael(ia) Obilab(is) b. trib., vixit annis XXIII. — Terventi. IX, 2593.

Restant ei, qui, quamquam neque numerus neque ipsum nomen legionis adscriptum est, tamen legionarii fuisse putandi sunt. Quorum plerosque, cum in titulis Africanis reperiantur, in legione III Augusta stipendia fecisse veri simillimum est.

314. C. Agrius Dext(er) vet. ex bf. trib. Lambaesi. VIII, 2800 = Ren. 276.

315. Aufidius Amarantus b. tr. — Lamb. VIII, 2815 = Ren. 371.

316. M. Aurelio Epap(h)rodito bf. trib. — Lamb. — VIII, 2822 = Ren. 395.

317. Cervius Bassus b. trib. — Lamb. VIII, 2839 = Ren. 1161.

318. Comidius Vitalis bf. trib. — Lamb. VIII, 2846. 2847 = Ren. 534. 535.

319. A. Didius Fructus b[f]. (trib.) lat[ic]l[a]v. — Lamb. VIII, 2861. 2862 = Ren. 582. 583.

320. T. Flavius Rest(it)utus bf. tribuni. Lamb. VIII, 2876 = Ren. 645.

321. C. Iul(ius) Clarus vet. ex bf. (trib.) latic. — Lamb. — VIII, 2892 = Ren. 728.

322. Sempronius Donatus bf. trib. — Lamb. — VIII, 2972 = Ren. 1157.

323. C. [T]illius M. f. Pol. Vitalis Ast(a) vetera[n]us, militavit in [leg . . . .] ann. XXII[II] . . . ., ben[ef]i[ci]arius tr[i]buni [l]a[tic]lavi ann. XXI men. VI. — Hastae. — V, 7559.

324. Vale[r(ius)] Modest[us] bf. tribun[i]. — Lambaesi. — VIII, 2993. Subiunxi duos, qui utrum in legionibus an in cohortibus auxiliariis militaverint, incertum est. Quos, quamquam beneficiarii tribunorum cohortium non desunt (cf. infra sub D), tamen huc in maiorem numerum legionariorum referre malui:

325. Aur(elius) Ianuarius bf. tribuni. — Brigetione. III, 4314.

326. Aur(elius) Iulius ex be. tr. — prope Potaissam. Eph. IV, 138, 5.

B) Sequuntur praetoriani, cohortes urbanae, vigiles. *α*) Et primum quidem ex laterculis praetorianorum haec habes exempla:

327. bf. tr. T. F[laviu]s Domitian. Gadar(a) B, 26	Eph. IV, 896
328. bf. tr. L. Sep[t]im(ius) Gaianus Caesa(rea) B, 41	
329. bf. tr. L . . . . . . D, 14	= C. VI, 2385.
330. bf. tr. T. F[la]vius Maxi[mus] D, 37	
331. bf. tr. C. Flavius Atilia[nus] D, 38	

Maior est numerus eorum, qui in aliis titulis servati sunt:

332. bene[f]iciario tribuni cohor. V [p]r. C. Attio C. f. Arn. Crescenti. Anxani. IX, 2999 = I. R. N. 5293.

333. Aurelius Herodes — bf. t. chor. X prae. VI, 2734.

334. Aur(elius) Marcus b[n]f. tribuni chor. VII praet. — VI, 2633.

335. Aurelio Rufino bf. trib. ex coh. IIII pr. (centuria) Bacchivi, qui vix. ann. XXVI m. III d. XV. — VI, 2527.

336. M. Cato M. f. Anies. Crem(ona) miles chor. VI pr., milita(vit) annos XVIII, vixsit (sic) annos XXXIIX, benific. tribuni fuit. Aquileiae. V, 8274.

337. C. Lucilius C. f. Vel. Vindex miles chor. VI praet., vixit ann. XXX, militavit annis XII principalis beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria. — Recanneti. — IX in schedis = Or. 3461.

338. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr., beneficiario tribuni, tesserario etc. — Compostellae. — II, 2610.

339. A. Saufeius P. f. Ca[m. E]max (?) Ansio miles c[oh.] VIIII pr. (centuria) Firmi Ter[tulli], militavit annis . . . . . ., [bene]ficiarius t[rib., tes]serarius etc. — Corinii. — III, 2887.

340. C. Titius Marcellinus b[f]. trib. coh. eiusdem, sc. I pr. p. vind. — prope Genuam. — V, 7740.

341. [Virius] Celer mil. c[oh]. . . . pr. cornic(l)ar. . . . [bene]fici(arius) trib. Alexandriae Troadis. — III, 385.

342. Q. Volcacio Q. f. Celeri militi coh. VIIII pr. beneficiario tribuni (centuria) Attici, militavit annis VII, vixit annis XXV. — Burgi in Etruria. — Grut. 569, 13.

Accedit unus, qui mortuus est paulo ante, quam beneficiarius fieret:

343. C. Coelio Aniceto mil. coh. II pr. sing. trib. spe beneficiatus. huic ordo sanctissimus decur(ionum) ob spem processus eius honorem decurionatus gratuitum obtulit. qui vixit ann. XXIII m. V d. II. — Volceis. — X, 410 = I. R. N. 218.

β) Ex cohortibus urbanis perpauca sunt exempla:

344. b. tr. L. Hostorius L. f. Pal. Crescentianus Pute(olis), coh. XIIII urb. centuria Felicis, in laterculo militum aa. 197 et 198 dimissorum. VI, 3884, 3, 24.

345. C. Aeci Similis benef. trib., optio coh. V vig., mil(es) coh. XI urb. (centuria) Brutti. Capuae. X, 3880.

346. Cornelio Marciano militi chort. XII urb. benef. tribuni, qui vixit annis XXV. — VI, 2909.

γ) In laterculis vigilum beneficiarii tribunorum hi reperiuntur:

347. b. t. Laberi Celer,	centuria Ingenui.	coh. I vig. p. C. 205. VI, 1056.
348. b. t. Petili Marcelle,	centuria Victoris.	
349. b. t. Castrici Agathope,	eadem centuria.	
350. b. tr. Munati Hermes,	centuria Quintini.	
351. b. tr. C. Valerius Raeticus,	centuria Caeserni Senecionis.	coh. V. vig. VI, 1057.
352. b. tr. M. Iuli(us) Victor	centuria Aelii Torquati.	
353. b. tr. L. Aemil(ius) Maximus		
354. b. tr. C. Glebon(ius) Saturnin(us),	centuria Ulpii Rutiliani.	
355. be. tr. L. Iul(ius) Quintianus	centuria Taurisci.	
356. be. tr. P. Muc(ius) Superstes		
357. b. tr. Siston(ius) Cominian(us)	centuria C. Iuli Rufi.	
358. b. tr. T. Flav(ius) Faustin(us)		
359. b. tr. C. Audenius Iustus,	centuria Antulli.	coh. V. vig. p. C. 210. VI, 1058.
360. b. tr. C. Vett(ius) Primus,	centuria Valentis.	
361. b. tr. L. Cassius Urbanus	centuria Sohaemi.	
362. b. tr. L. Iulius Geminus		
363. b. tr. C. Aurelius Gorgias		

364. b. tr. Petroni Secun[dine?]. VI, 2406. laterculi vigilum fragmentum esse veri simile putat Henzenus.

Ex reliquis titulis vigilum haec sunt exempla:

365. Gresio Facundo b. trib., sc. T. Flavii Priami trib. coh. V vig. p. C. 111. VI, 222.

366. Q. Iulius Q. f. Galatus Thysdro mil. coh. VI vigil. (centuria) Lucani Augurini milit. ann. XIV, in eis secutor tribuni ann. II, beneficiarius eiusdem ann. II, vexillarius ann. III, vix. ann. XXXVII. VI, 2987.

367. L. Liburni Rom. beneficiari trib. coh. VI vigil., militavit an. VIIII, vix. an. XXX. VI, 2988.

368. b. trib. L. Postumius Pom. Maxim(us) Dert(ona), coh. V vig., centuria C. Iuli Rufi. p. C. 113. VI, 221.

Restant duo, qui cui generi militiae adscribendi sint, diiudicari non potest:

369. Q. Aemilius Vibianus b. trib. coh. III . . . . . . VI, 336.

370. Aurelius Claudianus beneficiarius tribuni. — VI, 3570.

C) Eum, quem postremo loco posui, etiam in numerum equitum singularium referre licet. Nam ne horum quidem tribunis beneficiarii defuerunt.

371. T. Aurel(io) Vict[orino] Ael. Murs[a], vix. [annis] XXX, m. an. XII eq. s[ing]. Aug. b. trib. tur. Fl(avii) Iu[sti?]. VI, 3235.

372. Aurel(ius) Vital(is) t(rib.) b. equ. sing. turm. Lupionis nat. Dacus ala Campa[n]o[r]., vix. ann. XXX mes. II die. V, mil. ann. XII. VI, 3238. Accedunt, qui, quoniam equitibus singularibus titulos sepulcrales dedicaverunt, ipsi quoque equites singulares fuisse putandi sunt:

373. T. Aur(elius) Faustinianus b. tribuni. — VI, 3190.

374. Fl(avius) Iustinus b. trib. — VI, 3192.

Item veri simile est eos, qui inter equites singulares commemorantur:

375. Ael(ius) Victor bf. } turma Iulii Mascelli, p. C. 200.
376. Iul(ius) Vindex bf. } VI, 225.

377. L. Apollon(ius) Apollodorus bf. — p. C. 198. — VI, 3314.

378. T. Aur(elio) Gaio b. eq. sing. imp. n. tur. Emeriti Fl. Scupis, nat. Bessus, vix. ann. XXXIII, mil. ann. XIII. — VI, 3205.

379. Aurel. Victorinus bf. equ. sing. VI, 3345.

380. Iul(ius) Severinus b. — VI, 3280,

beneficiarios tribunorum fuisse. Nam praefectum praetorio, cui equites singulares parebant, etiam ex eis beneficiarios sumpsisse vix putaverim.

D) Etiam tribunos cohortium auxiliarium ius beneficii dandi habuisse confirmatur duobus exemplis, quae adscripsi:

381. [Au]re[l(ius)] Moca militavit in (coh.) Claud(ia) miliarense an. [VIII?, f]ac[t]us bf. trib. ann. I[II], inde translatus in l(eg). Au(gustam?) etc. — Aquileiae. — V, 898.

382. Iulio Aprili b. t. cohort. I Asturum stip. XXII. — Viruni. — III, 4842.

Quibus adiungendus est, qui mere beneficiarius dicitur:

383. Aemilio Forti beneficiario c[o]hor. VIII voluntariorum. Naronae. III, 1808.

Nam cohortibus voluntariorum non praefectos sed tribunos praefuisse constat.

VII. Beneficiarii, qui praesidum dicantur, duo reperiuntur:

384. Aurel(ius) Severianus bf. offici praesid(is) Pann(oniae) inferiori[s] leg. s. s., sc. II adiutricis. — Aquileiae. — V, 8275.

385. Iul(ius) Valerius vet. ex bf. praes. — Caesareae. VIII, 9380 = Ren. 3934.

[Praesides provinciarium posterioris aetatis, scilicet ii qui nec legati nec procuratores fuerunt, sed praesidis nomine tamquam legitimo utuntur, beneficiarios habuisse nullo testimonio constat. Contra meliore aetate non raro tam legati quam procuratores sub praesidum nomine commemorantur, nec mihi dubium est n. 384 significari legatum Pannoniae inferioris, n. 385 procuratorem Mauretaniae Caesariensis. Th. M.]

VIII. Restat numerus non ita parvus eorum beneficiariorum, qui a quibus beneficia acceperint non adscriptum est. Quorum quamquam in nonnullis coniectura id, quod desideratur, suppleri potest, tamen hoc facere nolui et omnes hoc extremo capite comprehendi. Et primo quidem loco posui eos, qui, cum in titulis Africanis commemorentur, milites legionis III Augustae fuisse putandi sunt.

386. P. Baebius Fortunatian(u)s bf. Kar(thagine). — Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 38 = Ren. 129.

387. C. Caelius Saturninus vet. ex bf. — Lambaesi. — VIII, 2829 = Ren. 466.

388. M. Calvisius Felix bf. — Lamb. VIII, 2835. 2836 = Ren. 483. 484.

389. L. Cornelius Felix bf. — Lamb. — VIII, 2849 = Ren. 545.

390. T. Flavius Domitianus b. — Lamb. — VIII, 2870.

391. C. Iul(io) Felici bf. — Lamb. — VIII, 2901 = Ren. 751.

392. Iulius Rusticus bf. — *Ain-Bessem.* — Delaporte, *Rev. Afr.* XXII (1878) p. 80. 160.

393. L. Nonius Martialis Vag(a) bf . . . . . Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 26 = Ren. 129.

394. Publicius Rufus bf. — Lamb. — VIII, 2966 = Ren. 1113.

395. . . . . . . lianus bf. [et] exceptores [ex]pleta statione cum suis omnibus v. s. l. a. — Vazanis. Masqueray, *Rev. Afr.* 22 (1878) p. 453.

Sequuntur milites aliarum legionum:

396. Ti. Cl(audius) Valens b. — Aquinci. III, 3439.

397. . . . . us ex b. — 1, 22.
398. . . . . us ex b. — 3, 2.
399. . . . . ter ex b. — 3, 13.
400. . . . Faustus ex b[f]. — 5, 3
} leg. V. Mac. Troesmi. III, 6179.

401. . . . . . . be . . . . . [leg.] X g. — p. C. 232. Latobicis. — III, 3912.

Ex militia urbana haec exstant exempla:

402. L. Calpurnius L. f. Cam. Memor Tibur(e) mil. coh. I pr. (centuria) Visini beneficiar., mil. ann. VIIII vix. ann. XXVI. — VI, 2427.

403. Aur(elius) Iulianus evok. ex bnf. salarior. VIIII, chor. III, vix. ann. XXXXVIII, mil. ann. XXVIIII, nat. Dacia. — VI, 3419.

Ex cohorte auxiliaria, cui incertum est utrum praefectus an tribunus praefuerit:

404. M. Iul(ius) miles ex cortis (sic) singularium beneficiarius, mil. an. XX, v. a. LX. Auziae. VIII, 9058 = Ren. 3586.

Ceteros alphabetico ordine enumeravi:

405. Aelio Tertio b. — Viruni. — III, 4852.

406. Ael(ius) Victorinus vet. Augg. nn. ex bf., ab imp. n. missus hon. missione. VI, 716.

407. Aur(elius) Iu[li]anus bf. — Brigetione. — III, 4301.

408. [Q. Aur]el[ius] Macer vet. ex bf. — Viruni. — III, 4833.

409. Aurelius Paterc(u)lus bf. — Celeiae. — III, 5160.

410. Aur(elio) Pisto, militavit annis XXVII bf., vixit annis LXXIII. — Bononiae in Moesia superiore. — III, 6292.

411. Aur(elius) Vic[t]or bf. — Potaissae. — III, 893.

412. C. Cassius Valens benif. ex impe[r]. (?) Salonis. III, 1956.

413. Cla(udius) Marc[ellus?] fac. ex option. . . . . . beneficia[r]. Naronae. III, 1783.

414. T. Fl(avius) Campester . . . bf. — Sisciae. Eph. II, 841. Mommsenus coniecit: [o]b b(ene)f(iciatum).

415. Fla(vius) Decoratianus b. — Celeiae. — III, 5221.

416. Liccaio Vano n. b. f. (?) anor. LV. — Crumeri. — III, 3665.

417. Saio (?) bf. — *Thornborough, Yorkshire.* — VII, 272.

Subiunxi nonnulla fragmenta incerta:

418. . . . . . factus bf. . . . . VI, 3924.

419. [Opp]onio Pater[no] p(rincipali?) [b(eneficiario?)] ex ca(rcerario?) leg. I. prope Bonnam. — Bramb. 452.

420. . . . . . q. vet. bff. — *Seligenstadt* in Hassia ad Rhenum. Br. 1405.

Addendus est ex titulis Graecis hic:

421/2. Μάρ(κος) Μέμμ(ιος) Λόνγος βενεφ(ικιάριος). — Albae Iuliae. — C. i. Gr. 6815.

IX. Beneficiarios imperatorum esse non potuisse docuit Mommsenus, *Staatsrecht* II[1], p. 240. Tamen exstare videtur unum exemplum eorum:

423. Sex. Cetri Sev[e]ri spec. benificiari Getae ab com(m)entaris custodiaru[m]. Pisauri. Or. 3206.

Titulum sincere ita traditum esse mihi affirmavit Bormannus, qui eum ipse vidit et descripsit. Idem putat non Getam imperatorem sed Lusium Getam praefectum praetorio aa. 48—51 intellegendum esse.

X. Iam quoniam exempla beneficiariorum epigraphica, nisi quae oculos meos effugerunt, omnia collegi, quaerendum videtur, cui tandem usui hoc munus destinatum fuerit. At in tanto numero titulorum, in quibus beneficiarii commemorantur, perpauci sunt, ex quibus de hac re aliquid disci possit. Inter hos maximi momenti sunt ei, in quibus munus beneficiariorum refertur ad stationes militares. Quos quo facilius inter se comparare possis, hoc loco iterum adscripsi:

424. . . . . . genioque s[an]cto scolae b(ene)[f(iciariorum)] Paconius Castus bf. cons. leg. III Aug. cum suis exacta sta(tione) v. s. — Vazanis. — *Masqueray, Ref. Afr.* 22 (1878) p. 453.

425 (= 112). C. Iulius Flav[us] b. cos. iter(um) stat(ionem) hab(ens). — Sisciae. — III, 3949.

426 (= 395). . . . . . lianus bf. [et] exceptores [ex]pleta statione cum suis omnibus v. s. l. a. — Vazanis. — *Masqueray, Ref. Afr.* 22 (1878) p. 453.

His exemplis usus Mommsenus in titulo mutilo ipso quoque Vazanitano, qui in vol. VIII corporis inscriptionum mox edetur, beneficiarii munus supplevit:

427 (= 211). — genioque stationis Vazanitanae . . . . . . Saturninus [bf.] leg. III Au[g. ex]pleta [s]tatione pr[o]motus ad [ordinem?] leg. II Italicae. — Vazanis. — *Masqueray.* l. l. p. 454.

Neque dubitari potest, quin eadem ratio adhibenda sit titulo Dacico:

428 (= 97). Cass(ius) Erotianus bf. cos. agens in m[u]nere stat[ionis]. — *Alsó-Kosály.* — III, 825, ubi Mommsenus scripserat: 'stat[o]r'.

Accedit titulus Germanicus, in quo variae stationes militares commemorantur:

429 (= 110). Genio b(ene)f(iciariorum) co(n)s(ularis) G(ermaniae) s(uperioris) et loci Concord(iae) var(iarum) stat(ionum) C. Iul(ius) Adventus bf. cos. — Altae Ripae. p. C. 181. — Bramb. 1791.

Omnes hi, qui stationes egisse dicuntur, beneficiarii consularium dicuntur

praeter beneficiarium legionis III Aug., quem legato legionis supra (p. 388) tribuimus (n. 427 = 211), et militem eiusdem legionis, qui mere beneficiarius dicitur (n. 426 = 395). Legionis autem III Augustae legatus idem pro praetore Numidiam provinciam administrabat. Itaque statuendum est legatos Augustorum pro praetore et consulares et praetorios beneficiarios suos in stationes mittere solitos esse. Sed hoc negotium, quod eis mandaretur, non unicum fuisse documento est titulus Lambaesitanus, si quidem Wilmanns eum recte supplevit:

430 (= 164). . . . . . [legato Aug. pr. pr. provinc]iae [Numidia]e et leg(ionis) III Aug. Gallienae Aemilius Florus bf. domicurius eius. — Lambaesi. — VIII, 2797 = Ren. 260,

ex quo videtur colligi posse officia beneficiariorum etiam ad vitam privatam legatorum pertinuisse.

Restat beneficiarius legati legionis, cui curam carceris mandatam fuisse Mommsenus coniecit:

431 (= 168). Aur(elius) Artemidorus bf. leg. leg. II ad(iutricis) p. f. S(everianae) agens c(uram) c[arceris]. — p. C. 228. — Aquinci. — III, 3412.

VI.
DE SINGVLARIBVS.

Singulares beneficiariis inferiores fuisse confirmatur titulo Volceis reperto X, 410 = I. R. N. 218, in quo C. Coelius Anicetus miles coh. II pr. dicitur 'singularis tribuni spe beneficiatus'. In exemplis enumerandis initium feci a singularibus consularium.

I. Munus singularis consularis plerumque significatur per notas SING·COS; sed non desunt lapides, in quibus cum S·C· scriptum sit, quamvis veri simile iam pridem visum sit etiam his duabus literis idem munus significari, tamen hoc certis argumentis nunc primum a Mommseno confirmatum est. Itaque duorum generum exempla inter se distinxi et priore loco ea, de quibus dubitari non potuit, alphabetico ordine composui.

1. Faustinio Faustino Semauci Florionis fil. mil. coh. I F(laviae) D(amascenorum) ped(iti) sing(ulari) co(n)s(ularis). *Alsheim* in Hassia Cisrhenana. Bramb. 914. Brambachius suppleverat ped(itatae); ped(iti) est Mommseni.

2. Ianuarius Potens decurio alae I Scub(u)lor(um) sin. cos. Moguntiaci. Bramb. 1125.

3. Iul(ius) Bassus m. leg. III P(arthicae) s. cos. — Viminaci. III, 1651 add.

4. Mucasenus Cesorini (?) aeques (sic) ex [sin]gul(aribus) cos. vixit annis XX. Apuli. III, 1195.

5. Petitor Pirobori (?) mil. coh. II Var(dulorum?) sing. cos. Coloniae Agrippinensis. Bramb. 315.

6. Simplex Sepli (?) eques a. aecr (?) sing. cos. Coloniae Agrippinensis. Bramb. 317.

7. M. Vir(ius) Marcellus dec. al. I F(laviae) s(ingularium) A(ntoninianae?) sing. cos. p(rae)p(ositus) k(astris?). — Castris Reginis. III, 5938.

8. Ti. Ulpius Acutus du[p(larius)] al(arius) Sulp(icianae) sing. cos. p. C. 187. Coloniae Agrippinensis. Bramb. 314.

Sequuntur ea exempla, in quibus S · C · notae exstant:

9. P. Ael(ius) Crescens du(plarius) s(ingularis) c(onsularis) eq. sing. Apuli. III, 1160.

10. L. Genuc(ius) Exsoratus (sic) s(ing.) c(os.) eq. sing. co(n)s(ularis). — Carnunti. — III, 4471.

[Collatis titulis Africanis duobus vol. VIII n. 2911: *C. Iul. Nepotis domo Ammedara ped. sing.* et n. 9393: *Vereius Victor miles chortis quarte Sucambrorum pedis sing.* intellegitur significari peditem singularem, quod munus adhuc non agnitum recte componetur cum equitibus singularibus exercituum provincialium. Ita iam solvuntur difficultates quas superare non potui vol. III p. 1158; nam apparet peditem singularem item appellari potuisse singularem nude et solvendum esse n. 9 *s(ingularis) c(onsularis), eq(ues) sing(ularis),* item n. 10 *s(ingularis) c(onsularis), eq(ues) sing(ularis) co(n)s(ularis).* Th. M.]

11. Ael(ius) Martius s. c. coh. I Ael(iae) Brit(tonum). p. C. 238. Viruni. III, 4812.

12. Corn(elius) Victor s. c., mil. ann. XXVI, civ. Pann(onius) fil(ius) Saturnini p(rimi)p(ilaris), vix. an. LV d. XI. — Vindolariae. VII, 723.

13. Fl(avius) Tacitus s. c. alae Aug. p. C. 238. Viruni. III, 4812.

14. Iul(ius) Carantus s. c. — Bremeni. VII, 1033.

15. L. Iul(ius) Maximus s. c. alae Sar(matarum). — Cocci. VII, 229.

16. Si(lius?) V[e]tustin[us] s. c. *Brougham* in Britannia. Eph. III n. 85.

17. T(erentius) Irdas (?) s. c. — *Thornburgh.* VII, 271.

18. M. Ulp(ius) Super dec. alae praetoriae c(ivium) R(omanorum) ex s(ing). c(os). alae I c. R., an. XXXII, stip. XVI. — Teutoburgi. III, 3272.

Accedunt fragmenta prorsus incerta:

19. .... enus s. c. Uxelloduni. VII, 412.

20. ..... b(eneficiarius?) s. c. Potaissae. III, 890.

II. Singularem legati extare putaverunt viri docti in titulo admodum mutilo:

21. P. Corn[elio] . . . o leg. Aug. pr. [pr.] . . . coh(ors) I Helve(tiorum) et Brit(onum) Aure(lianensium) sub cur(a) C . . . . . titi s. leg. ex cor. — prope *Oehringen* in regno *Wuertemberg.* — Bramb. 1559.

At singularem ex corniculario factum esse non posse infra demonstrabitur, neque ex cornicine factum esse veri simile est. Itaque literae S · LEG aliter explicandae erunt. Sed nescio an singulares legati dici possint, qui legato Aug. pr. pr. titulum dedicaverunt,

22. e[q(uites)] sing(ulares) exerc(itus) Arab(ici) etc. Bostrae. III, 93.

Nam cum non turma vel numerus equitum singularium sed equites singulares dicantur, veri simile est eos singulares legati fuisse.

III. A) Singularis praefecti praetorio in laterculis reperitur unus:

23. sing. pr. pr. C. Romanius C. f. Iul. Italicus Emon(a). p. C. 172. VI, 2382.

Praeterea in aliis titulis:

24. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr. equiti coh. eiusdem, donis donato etc. — singulari praefectorum pr., tesserario etc. Matilicae. Henz. 6771.

25. Aur(elio) Domitiano singulari pr(ae)ff. pr., coh. VII pr. (centuria) Septimini. VI, 2634.

B) Singularis praefecti vigilum fortasse exstat in laterculo cohortis primae:

26. s. pr. Aproni Primitive, centuria Quintini. p. C. 205. VI, 1056, 3, 1.

C) Equitum singularium praefecti cohortis auxiliariae exemplum exstare videtur in titulo Perinthiaco:

27. ....[una cum] Tropaiophoro fratre ex provinc. Pannonia in amplissimum ordinem adsumpto, praef. coh. I[II] Br[e]ucorum equites singular(es) eius. Perinthi. III, 73.

At Mommsenus putat virum, cui hic titulus dedicatus est, eo tempore, quo dedicatus sit, legatum fuisse, antea autem, cum in equestri dignitate etiamtum esset, cohortem III Breucorum rexisse.

IV. Singularem tribuni nisi in militia urbana nullum repperi. Ex cohortibus praetoriis hi sunt:

28. Q. Caecilio Q. f. Maecia Maximo mil. coh. VII pr. singulari tribuni. Aquileiae. V, 901.

29. C. Coelio Aniceto mil. coh. II pr. sing. trib. spe beneficiatus. Volceis. X, 410 = I. R. N. 218.

Ex cohortibus urbanis duo:

30. Ti. Iulius Ti. f. Cla. Ingenuus Viruno mil. coh. XII urb. (centuria) Naevi sing. trib., mil. ann. VI, vix. ann. XXIV. — VI, 2914.

31. C. Luccius C. f. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb. ad latus tribunor. fuit secutor, optio valetudi(narii), optio carcaris, singularis, benefic(iarius) tribuni etc. p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

Quae in laterculis vigilum saepius legitur S · T · nota, eam non singularem tribuni sed secutorem significare eo probatur, quod nomina, quibus ea praescripta est, eundem infimum locum dignitatis inter munera militaria tenent, quem nominibus per SE aut SEC notatis tributum esse videmus.

V. Singulares legionum duo reperiuntur, qui num legatis legionum addicti fuerint, admodum dubium est.

32. Q. Aemilius Marinus singular. leg. eiusd., sc. II Aug. VI, 3339.

33. M. Messius M. f. Col. Pudens singularis leg. X Fretensis (centuria) Volusi Magni, domo Ancyra, milit. an. XX, vixit ann. XXXVIIII. VI, 3614.

VI. Qui nonnumquam in titulis non urbanis breviter dicuntur equites singulares (velut III, 2011. 2047. 2061), aut in numero equitum singularium Augusti (cf. VII, 264) aut in aliqua turma singularium fuisse putandi sunt. Restant tamen nonnulli, quorum condicio alia esse videtur.

34. Aur(elio) Secundino quond(am) dec. corti[s] I Ulp. Pann. e[x] sing., stip. XX, vix. an XLIIII. — Albae Regiae. III, 3350.

35. Cornelius Genctivos decurio ex sing. — p. C. 189. Aquinci. III, 3494. Fortasse hi quoque inter pedites singulares referendi sunt.

36. Vettius Martinus sing. VI, 3280.
Quamquam Vettius e numero equitum singularium dominorum nostrorum fuit, tamen ipse hic titulus, in quo commemoratur una cum Iul(io) Severino b(eneficiario), ita comparatus est, ut SING nota munus aliquod significari veri simile sit.
[Mihi equites peditesque singulares legatis provinciarum et praefectis tribunisque praetorii eadem officia praestitisse videntur, quae praetoriani milites praestant duci legitimo, itaque tam pedites hos quam equites quodammodo numerum formasse a reliquo exercitu segregatum; nam et saepe pro numero dant dedicantque et tuetur hanc explicationem equitum singularium imperatoris comparatio. Hoc probabilitate non caret secutores a singularibus re non diversos fuisse, sed honore inferiores; ita enim recte explicatur, quod praesidum et praefectorum praetorio secutores non magis reperiuntur quam singulares tribunorum vigilum, cum medio loco positi tribuni praetoriani utrumque genus admittant. Th. M.]

VII.
DE SECVTORE TRIBVNI.

Cum singulares ei dicti sint, qui aut legatos aut tribunos comitarentur eisque mandantibus semper praesto essent, difficile est intellectu, quid interfuerit inter eos et secutores tribunorum. Itaque non sine aliqua probabilitate Lange in Historia mutationum rei militaris Romanorum p. 50 coniecit singulares et secutores nihil aliud nisi diversos gradus in eodem genere obtinuisse. Haec coniectura eo maxime commendatur, quod secutores nisi tribunorum nulli sunt, singulares autem legatorum satis multi, tribunorum perpauci. Itaque his illos inferiores fuisse apparet; quod confirmatur ordine munerum in titulo Beneventano IX, 1617 = I. R. N. 1459 servato. Sed miro casu, si is casus fuit, factum est, ut secutores praeter militiam urbanam fere nulli servati sint.

I. Et primum quidem in cohortibus praetoriis duos repperi:

1. se. (?) M. Lollius. Eph. IV, 896 *B*, 6 = C. VI, 2385, in laterculo militum.

2. M. Sil(ius) Romulianus mil. coh. VII pr. (centuria) Victoris, secutor trib., vixit ann. XXVII, mil. ann. VII. — VI, 2659.

II. Totidem in cohortibus urbanis:

3. M. Antoni M. f. Fab. Phoebi mil. coh. XIV urb. (centuria) Perennis stipendiorum IIII, secutor tribuni, vix. ann. XX m. VI dieb. XX h. III. — VI, 2931.

4. C. Luccius C. f. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb. ad latus tribunor(um), fuit secutor, optio valetudi(narii), optio carcaris, singularis, benefic. tribuni, etc. p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

III. Multo plures sunt in cohortibus vigilum:

5.	s. t. Cameri Basse	centuria Ingenui.	coh. I. vigilum. p. C. 205. VI, 1056.
6.	s. t. Pollenti December		
7.	s. t. Caecili Ianuari	centuria Victoris.	
8.	s. t. Aureli Popili		
9.	s. t. Blossi Urbane,	centuria Quintini.	
10.	s. t. Aeli Quintio	centuria Iuvenis.	
11.	s. t. Veheni Calliste		
12.	s. tr. L. Tannonius Felix	centuria Caeserni Senecionis.	coh. V. vigilum. VI, 1057.
13.	s. tr. T. Pompeius Felix.		
14.	s. tr. C. Audenius Iustus		
15.	se. tr. C. Firmius Firmian(us)	centuria Aelii Torquati.	
16.	se. tr. C. Vessidi(us) Onirus		
17.	se. tr. L. Baebid(ius) Verus		
18.	s. t. L. Titi(us) Saturninus	centuria Ulpii Rutiliani.	
19.	s. t. C. Ve[t]tius Primus		
20.	s. tr. L. Iul(ius) Geminus.	centuria Taurisci.	
21.	s. tr. Q. Nutr(ius) Paulin(u)s.		
22.	s. t. P. Monni(us) Sucessu(s),	centuria Auluporis.	
23.	s. t. P. Sedi(us) Tertullu(s),	centuria C. Iulii Rufi.	
24.	s. tr. M. Heleni(us) Saturnin(us),	centuria Aurelii Iusti.	
25.	s. tr. L. Avidius Gaetulicus,	centuria Antulli.	coh. V. vigilum p. C. 210. VI, 1058.
26.	s. tr. ....n(us)	centuria Rufini.	
27.	s. tr. T. Aelius Mucianus		
28.	s. tr. C. Iulius Dignus,	centuria Valentis.	
29.	sec. tr. L. Papirius Festus	centuria Verini.	
30.	s. tr. C. Hostilius Optatus		
31.	s. tr. M. Sergius Salvianus	centuria Romuli.	
32.	s. tr. L. Minucius Donatus.		
33.	s. tr. L. Iulius Donatus		
34.	s. tr.	centuria Severi.	
35.	s. tr. T......................		
36.	s. tr. M. Annalenius Primus.	centuria Sohaemi	
37.	s. tr. P. Octavius Saturianus.		
38.	s. tr. C. Iulius Maximus		

Haec exempla non omnia prorsus certa sunt, praesertim cum nota muneris saepe non separatis ST literis scripta sit. Potest etiam cogitari de singulari tribuni. At, quod supra iam dixi, huius muneris in cohortibus vigilum nullum certum exemplum exstat, cum secutoris complura sint. In ipsis quidem laterculis habemus notas SE (1057, 2, 36. 72. 107) et SEC (1058, 4, 11) scriptas, quae aliter explicari non possunt. Accedunt exempla ex aliis titulis collecta:

39. sec. tr. M. Terentius Pap. Callistus Tic(ino).
40. sec. tr. Ti. Claudius Men. Latinus Surr(ento) } coh. V. vig. centuria C. Iulii Rufi p. C. 113. VI, 221.

41. Q. Iulius Q. f. Galatus Thysdro mil. coh. VI vigil. (centuria) Lucani Augurini, milit. ann. XIV, in eis secutor tribuni ann. II, beneficiarius eiusdem ann. II, vexillarius ann. III, vix. ann. XXXVII. VI, 2987.

Ceterum non praetereundum est pleraque eorum exemplorum, quae ex laterculis sumpsimus, non inter nomina ceterorum principalium ab initio singularum centuriarum posita, sed per nomina militum gregariorum dispersa esse. Unde, quod supra significavimus, denuo elucet, hoc munus plerisque aliis inferius fuisse.

IV. Ex legionibus quae exstare videntur exempla aut corrupta aut nondum recte explicata sunt.

42. ...arius sec. (t)r. — Apuli (?). III, 1190, 1, 7 in laterculo legionis XIII geminae.

43. Iulius Victor seq(utor) d(uplarius). Castris Lambaesitanis, in laterculo leg. III Aug. — VIII, 2564 *b*, 58 = Ren. 90 B.

Accedit, qui ab Henzeno (ad Orell. 2129) ita suppletus est:

44. Clod(ius) Marcellinus s[e]c. trib. mil. leg. II a. p. f. Ant., translat(us) ex leg. X Fr(etensi) Ant. — Aquinci. III, 3472.

At Mommsenus (ad III, 3272) titulum aliter explicandum et fortasse s(ub)-c(ornicularium) intellegendum esse putat.

VIII.

DE STRATORIBVS.

Ut apud ipsos imperatores Augustos ita apud legatos eorum stabulis equorum stratores praeerant. Quorum exempla secundum dignitatem eorum, quibus attributi erant, disposui.

I. Stratores legatorum pro praetore consularium non pauci repeririuntur. In nonnullis eorum notatum est, in quibus legionibus stipendia meruerint:

1. T. Fl(avius) Dubitatus strat(or) eius, sc. legati Germaniae inferioris et Hispaniae citerioris, mil. leg. I. Minerviae. — *Hersel* prope Bonnam. Bramb. 453.

2. M. Aurel(ius) Sa[lvi]anus vet. leg. II It. p. f. Severian(a)e e[x st]ratore cos. — in valle fluminis *Mur.* III, 5449.

3. M. Aurelius Secundinus mil. leg. II Ital. str. cos. — Viruni. — III, 4836.

4. Refrius Maximus (centurio) leg. III Aug. strator eius (sc. legati Aug. pr. pr. leg. III Aug. viri consularis). — Lambaesi. — VIII, 2749 = Ren. 26.

5. M. A[u]r(elius) Va[l]e(ns) mil. leg. III[I] str. cos. — Naissi. III, 1675.

6. M. Ulp(ius) Martinus str. cos. leg. VII C[l(audiae) Se]v[e]r(ianae). p. C. 225. Naissi. — III, 1676.

7. Aur(elius) Gaius mil. leg. VII str. cos. — Naissi. III, 1674.

8. Maternius Perletus mil. [l]eg. [XX]II p. p. f. strator cos. Moguntiaci. Bramb. 983.

Accedit unus ex militia auxiliaria:

9. Statil(ius) Pulcher mil. coh. I Belg(arum) ex strat(ore) cos. — dupl(icarius). — Salonis. III, 2067.

Reliquos, quorum genus militiae recognosci non potest, alphabetico ordine enumeravi:

10. Anicius Saturus strator cos. — Dobunis. VII, 78.

11. Aur(elius) Latinianus strator cos. — Arrabonae. III, 4365.

12. Aur(elius) Mucianus ex v(oto?) strator cos. — Albae Iuliae in Dacia. — Eph. IV, 164.

13. Aur(elius) Victorin[us] strator [cos]. — Aquinci. — Eph. II, 686.

14. Caesern(ius) Paulin(u)s strator cos. — Salvae. III, 3654.

15. Cl(audius) Pertinax strator cos. — Camponae. — III, 3395.

16. Iul(ius) Sev[er . . . .]s strator c[os. an -oniugi?]. — Scarbantiae in Pannonia superiore. — Eph. II, 871.

17. Maternius Nemausus strator cos. — Moguntiaci. Br. 1089.

18. Ulp(ius) Candidus str. cos. — Carnunti. — III, 4440.

II. Stratores legatorum Augustorum pro praetore virorum praetoriorum pauci exstant:

19. [M. D]urmius Felix primi[pi]laris leg. III Cyren[a]icae [st]rator in Arabia maioris [te]mporis legationis eius, sc. P. Iulii Geminii Marciani, qui aa. 163—166 leg. Aug. pr. pr. provinciae Arabiae fuerat. Titulus positus Cirtae non ante a. 171. VIII, 7050 = Ren. 1818 = Wilm. 1191.

20. Silius Hospes hastatus leg. X gem. strator eius, sc. Ti. Claudii Candidi leg. Aug. pr. pr. — Tarracone. — II, 4114.

21. — stratores, sc. C. Pomponii Magni legati Aug. pr. pr.; nam Aeliae Prosperae uxori eius titulum posuerunt. — Lambaesi. — VIII, 2748.

Unus incertum est cuius generis legato attributus fuerit:

22. C. Offelius Honoratus istr(ator) (sic) leg(ati). — Lambaesi. VIII, 2957 = Ren. 1045.

Ceteri legatorum legionum stratores fuerunt:

23. . . . . . Marinus s[t]ra[t(or) le]g. [leg. I ad]i. — Brigetione. III, 4317.

24. M. Aurel(ius) Eptacentus strator leg. leg. II adi. p. f. S. — Aquinci. Eph. II, 682.

25. Aurelio Monimo strat(ori) — leg. leg. II adi. — Intercisae. III, 3334.

26. Vitalis strator le. leg. XIIII g. Se(verianae). — Carnunti. Eph. IV, 527.

III. Unum habes stratorem praefectorum praetorio:

27. M. Ulp(io) Silvino stra(tori) pr. pr. cc. vv. ex leg(ione) II P(arthica) p(ia) f(elice) f(ideli) a(eterna). — VI, 3408.

IV. Etiam procuratoribus Augustorum iis, qui provinciae praesides essent [id quod etiam in procuratorem Augusti a censibus cadit Th. M.], stratores fuisse docent tituli, qui sequuntur:

28. P. Cornelius Primus d(ecurio) [ala]e Thrac(um) ex [str]atore [e]ius, sc. procuratoris Augusti a censibus. Caesareae. — Ren. 3893 = Wilm. 1283.

29. Q. Monianius Pollio dec(urio) et strator eius, sc. procuratoris Augusti praef. prov. Sardiniae. Calari. — Mur. 682, 4 = Wilm. 1251.

His adiungendi esse videntur:

30. Iulii Sabinus [a mi]litiis, Pontianus [ex de]curione a[mici] et strator[es], sc. T. Flavii Sereni [p. v. a co]gnitionib[us Aug.] utrubique p[raesidis]. — VIII, 9002 = Renier, *Compte rendu* 1862 p. 231. 232. Prava supplementa Renieri Mommsenus ita correxit: a[diutor vel -ssessor] et strator, ut Sabinus adiutor, Pontianus strator fuisse dicatur; cf. quae infra ipse adnotavit.

V. Restant ea exempla, in quibus cognosci non potest, apud quem stratores munere suo functi sint. Inter quae primo loco posui ea, quae in laterculis legionis III Augustae reperiuntur.

31. [Iul]ius Martialis Pa. Tel(epte) str(ator). Castris Lambaesitanis. VIII, 2565 *b*, 12 = Ren. 134.

32. C. Aelius Vitalis cas(tris) stra(tor). — Castr. Lamb. VIII, 2567, 32 = Ren. 133.

33. Fuficius Primianus cas(tris) strat(or).
34. C. Domitius Martialis August (?) str.
35. Q. Domitius Victor cas. str.
} Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 15. 30. 37 = Ren. 129.

36. P. Sittius Fatalis Cir(ta) str. — Castr. Lamb. VIII, 2569, 18.

Etiam cetera exempla, quae huc referenda sunt, legioni III Augustae attribuenda esse videntur, quia in titulis Lambaesitanis exstant:

37. P. Aelio Tauro stratori. — Lambaesi. VIII, 2792.

38. Sex. Pomponius Caecilianus vet. ex strat. — Lambaesi. — VIII, 2597.

Dubitari non potest, quin hi omnes stratores legati Augusti pro praetore provinciae Numidiae fuerint, qui idem legioni III Augustae praeerat.

VI. Marquardt, *Staatsverw.* II p. 531 dicit eos, qui stratorum munere fungerentur, plerumque aut centuriones aut decuriones fuisse. Nec desunt tituli, quibus haec sententia confirmari videatur. At obstant ei, in quibus stratores simpliciter milites dicuntur (3. 5. 7. 8. 9) aut veterani (2) nulla addita mentione centurionatus aut decurionatus. Accedit, quod per se veri parum simile est curam equorum centurionibus mandari solitam esse. Ergo videndum est, an eis titulis, in quibus munera centurionis et stratoris coniuncta sunt, alia ratio adhibenda sit. Et primum quidem, qui in titulo Caesariensi (28) dicitur decurio alae Thracum ex stratore, eum ad superiorem gradum decurionatus promotum esse apparet. Itaque credi non potest Iulium Pontianum (n. 30) ex decurione stratorem factum esse. Neque, qui in eodem titulo commemoratur, Iulii Sabini dignitatum seriem eam fingere licet, ut, postquam quattuor militiis equestribus functus esset, stratoris munus susceperit. Verum uterque stratoris et nomen et ipsum munus, quod sibi honori esse putaret, etiam tum retinuisse existimandus est, cum ad superiores gradus dignitatis militaris ascenderet. Et ea ipsa est explicatio, qua omnis haec difficultas solvi possit. Quicumque igitur simul centuriones aut decuriones et stratores fuerunt (4. 19. 20. 29), eos, antequam centurionatum aut decurionatum adipiscerentur, stratores factos esse et postea eadem condicione mansisse probabile est. Nam munus stratoris

in praecipuo honore fuisse etiam inde intellegitur, quod cum nullo usquam alio munere militari coniunctum reperitur. Itaque etsi nonnulli, postquam ad centurionatum promoti sunt, stratores manserunt et fortasse unus et alter, cum iam centurio esset, strator factus est, tamen hanc tamquam legem valuisse nequaquam concedi potest. [Neque ego video, cur inter stratores, quos numero plures fuisse tituli n. 21. 33—35 ostendunt, qui summo loco essent, non sumi potuerint ex centurionibus adeoque ex primis ordinibus. Sane strator amicus praesidis et a militiis (n. 30) risum movet, at is non antiquus est, sed Renierianus. In lapide probabile est fuisse sic fere: *a[dsessor] et strator eius* et prius officium ad Sabinum pertinere equestris loci virum, posterius ad Pontianum ex decurione. Th. M.]

IX.
DE IMMVNIBVS.

Quamquam omnes principales, quippe quibus propria munera mandata essent, gravioribus muneribus militum gregariorum liberati erant, tamen in titulis reperiuntur, qui ante alios 'immunes' dicantur. Hi igitur non ipso iure muneris alicuius, quo fungebantur, immunitatem lignandi et aquandi adepti sunt, sed peculiari beneficio a legatis dato. Itaque qua ratione a beneficiariis distincti fuerint, equidem non video. Alii sunt, in quibus cum immunitas commemoretur, ea non ipsam principalitatem, si hoc vocabulo ita uti licet, efficit, sed alicui alii vocabulo addita significat principalitatis hoc vocabulo notatae id genus intellegendum esse, quod cum immunitate coniunctum sit. Librarios quidem non omnes sed certa genera eorum immunitatem habuisse intellegitur ex catalogo immunium, qui Dig. 50, 6, 7 traditus est. Quod si legimus militem aliquem immunem librarium fuisse, hoc quid significet facile intellegimus. — In exemplis enumerandis varias notas, quibus immunitas accuratius definiri solet, secutus sum.

I. A) Immunes consularium hos repperi:

1. Aurel(ius) Victorinus mil. leg. XXI(I) p(rimigeniae?) im. cos. Germ(aniae) superioris. — p. C. 226. in urbe Lingonum. Or. 2105.

2. T. Fl(avius) Sanctinus mil. leg. XXII p. p. f. imm. cos. p. C. 230. *Heddernheim* in Nassovia. Bramb. 1444.

3. Pat(ernius?) Sanctinus (i)mm. cos. — p. C. 183. Moguntiae. Br. 1325.

4. T. Vetti Decimini veterani leg. VIII immuni(s) consularis. Lugduni. Boissieu p. 324, 19.

5. ....ilius Restio m[il. l]eg. XXII Antoni[ni]anae p. p. f. immu[ni]s cos. — 219 p. C. *Solothurn.* Inscr. Helv. 219.

Fortasse huc etiam referendus est.

6. L. Septimius Lister ve. al(a)e [I]tur(a)eorum ex i(mmuni?) c(onsularis?). — Aquinci. III, 3446.

B) Immunes legati Augusti viri praetorii fuisse videntur, qui sequuntur:

7. P. Aelio Severiano Maximo leg. Aug. pr. [p]r. cos. desig. imm(unes). Bostrae. III, 91.

Praeterea hoc loco commemoranda est C · I · nota, quae exstat in titulo Tarraconensi:

8. L. Tadio Simili c. i. leg(ati) Aug. pr. pr(ovinciae) H(ispaniae) c(iterioris). Tarracone. II, 4166.

Eam Huebnerus per c(ornicularium) i(mmunem) supplendam esse putavit. At cum cornicularii per se immunitatem haberent, fieri vix poterat, ut nota eius notae cornicularii adderetur; neque ullum exemplum talis rationis scribendi exstat. Itaque illae literae aliter supplendae sunt. [Mihi videtur pro eo quod scribendum fuit *L. Tadio Simili c(larissimo) i(uveni) leg(ati) Au-g(usti) pr(ovinciae) H(ispaniae) c(iterioris) c(larissimi) v(iri) f(ilio) Tadia Honorata* quadratarius *filio* vocabulum male collocasse in titulo extremo. De munere militari cogitari non potest, cum in indicando eo magistratus sic plene nusquam enuntientur. Th. M.]

C) Quae in titulo etiam alioquin difficili exstant verba,

9. — i[m]munis Caesaris. a. Chr. n. Trumplinis. V, 4910,

satis habui afferre.

II. Immunes librarii quomodo interpretandi sint, supra iam dixi. Exempla eorum haec sunt:

10. Aur(elius) Sedatus imm. lib. Potaissae. III, 885.

Idem commemoratur in fragmento laterculi ibidem reperto et nuper edito Ephem. IV, n. 138, 5, 9, ubi dicitur EX ĪL · B ·

11. Sept(imius) Licinius imm. libr. leg. II Par. VI, 3395.

Ubi quare Henzenus libr(atorem) suppleverit, non video.

12. M. Ulp(ius) Flaminus (?) imm. librar. Potaissae. Eph. IV, n. 137.

13. Dasimius Firmin(us) corn(icularius) leg(ati) et Aur(elius) Victorin(us) actar(ius) cum imm(unibus) libr(ariis) et exactis, legionis II Parthicae. VI, 3401.

III. Sequuntur ei immunes, quibus praeter numerum certae legionis vel cohortis vel turmae nihil additum est.

14. Ael(ius) Messius imm. leg. [I] ad(iutricis). Aquinci. III, 3531.

15. Iul(io) Pusinio imm. leg. II [a]d. [p.] f. Aquinci. III, 3489,

cui addere licet titulum eiusdem originis:

16. C. Cornelius Felix cornicular. praef. leg. eiusdem, sc. II adiutricis, et immunes et discent(es.) Aquinci. III, 3565.

17. Aurelius Ursinianus immunis leg. s. s., sc. II Italicae. Fafianae. III, 5673.

18. P. Annius Optatus imm. leg. III Aug. Serianae. VIII, 4375.

19. C. Calpurnio Clementi imm. leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2831 = Ren. 476.

20. Homullius Ianuarius imm. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2883 = Ren. 704.

21. Iulius Extricatus immu. leg. III Aug. p. v. Lamb. VIII, 2899 = R. 743.

22. C. Manilius Saturus imm. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2940 = R. 960.

23. Q. Tul(lius) Celsus immunis leg. III Aug. Lamb. VIII, 2987 = R. 1229.

24. M. Aurel(ius) Crescentinus imm[u]. leg. XIII g. Antonini[a]nae. p. C. 211|222. Apuli. III, 1038.

Ex equitibus singularibus unum exemplum est:

25. Aurelius Victorinus eques singulari(s) d. n. castris prioribus turma Sabiniani immunis tur. natione Daqus domum (sic) coloni(a) Zermiegete, vix. anos XXXV, militavit anos XI. — VI, 3236.

Item unum ex militia auxiliaria:

26. Cl(audius) M[o]ntanus imm. ex n(umero) Sur(orum) sag(ittariorum). — prope *Karakal* in Dacia. III, 1593.

Praeterea ex laterculis vigilum ea exempla im(munium) c(ohortis) huc referenda esse puto, quae supra enumerata sunt, ubi de imaginiferis egi (p. 374).

IV. Restant ei, qui simpliciter immunes dicuntur nulla explicatione addita. Primo loco posui eos, quos ex maioribus fragmentis laterculorum militarium collegi.

27. Rutilius Iulianus ex immune. *b*, 7. 28. L. Licinius Ianuarius ex immune. 12 29. Valerius For(tunatus) ex immune. *c*, 2	leg. III. Aug. p. C. 211. 212. Castris Lambaesitanis. VIII, 2618 = Ren. 100.
30. Decimus Maximus im. — 12. 31. Staberius Marcianus im. — 13. 32. Aemilius Fuscianus im. — 14. 33. Petronius Castus im. — 15. 34. Titinius Laurent. im. — 22.	leg. III Aug. Castris Lambaesitanis. VIII, 2564 *b* = Ren. 90 *B*.

Ceteros ordine alphabetico composui:

35. Apil[us] Arqu[ii im]mun[is] . . . . . [sti]pend(iorum) . . . . . . (centuria) A[g]rip[pae] . . . Bracavae. II, 2433.

36. Aur(elius) Flavianus ex imm. 4, 8. 37. Aur(elius) Domnio ex imm. 4, 15.	Potaissae. Eph. IV, n. 138.

38. Aur(elius) Geminianus im. ex equitibus singularibus. p. C. 205. VI, 228.

39. Aur(elius) Seran . . . immuni[s]. prope Bonnam. Br. 465.

40. Iul(ius) Proculus ex imm. leg. V Maced. Troesmi. p. C. 134. III, 6178, 1, 9.

41. L. Munnius imnis. Naronae. III, 1779.

42. immu. L. Septimius Avin . . . ., in laterculo praetorianorum. VI, 2385 = Eph. IV, 896 *D*, I, 2.

43. . . . . . . O[ptati]ani immun. — Camponae. III, 3406.

44. . . . . ex immun. leg. V Mac. Troesmi. III, 6179, 1, 11.

Restat titulus Palatinus, in quo complures nominantur

45. Immunes. Altae Ripae. Bramb. 1793;

sed nomina, quae sequuntur, admodum mutila sunt.

V. Qui in titulis sacris (VI, 196. 197. 198. 541. 2191. VIII, 2714) reperiuntur, immunes perpetui huc omnino non pertinent.

X.
DE OFFICIO CORNICVLARIORVM.

Legatis, tribunis, praefectis in iudiciis exercendis cornicularii aderant. Eis, qui in titulis commemorantur, aliis adscriptum est, apud quem munere functi sint, aliis, in qua parte exercitus, aliis neutrum. Secundum hanc diversitatem catalogum exemplorum composui.

I. A) Cornicularii consularium hi sunt:

1. Celerin[ius] Valerian[us] cornicul[ar]. cos. Apuli. III, 1106.

2. C. Iulio Comato cornicul. cos. an. XXXXVIII. Tarracone. II, 4155.

Accedunt duo tituli, in quibus adiutores officii corniculariorum commemorantur:

3. L. Cassio Pudenti quond. mil. leg. [II a]d. adiutori offici(i) corniculariorum cos. stip. XIII, qui vixit ann. XXXII. Aquinci. III, 3543.

4. T. Statilio Maximo mil. coh. VIII vol., adi(utori) corn(iculariorum) cos., def(uncto) an. XXV. Salonis. III, 2052.

Ex priore horum titulorum intellegitur cornicularios plures quam singulos apud singulos consulares fuisse. Subiunxi duos titulos, in quibus qui commemorantur legati Aug. pr. pr. quamquam consulares non dicuntur tamen fuisse putandi sunt, quia Pannoniam superiorem et Hispaniam citeriorem provincias administraverunt.

5. Q. Caecili(us) L. f. Arn. Felix c[or]n[iculari]us (?) leg. pr. pr. Carnunti. III, 4412.

6. Q. Hedio — leg. [Augg.] pr. pr. p(rov.) [H(isp.) c(it.)] praesidi o[ptimo] cornicula[rii] eius et com[mentar.] et specul[atores] leg. VII gem. [p. f.], cornicul. Pompeius Agri[ppa], Iulius Avitus. Tarracone. II, 4122.

B) Cornicularios legatorum Aug. pr. pr. non consularium hos repperi:

7. M. Antonius Gemellus cornicul., sc. C. Allii Fusciani leg. Aug. pr. pr. — Gerasae. III, 118.

8. M. Carantius Macrinus centurio coh. primae urbanae, factus miles in ead. cohorte Domitiano II cos. (p. C. 73) — (post alia munera) cornicular. Corneli Gallicani leg. Aug. equestrib. stipendis Domit(iano) VIIII cos. (p. C. 83). Inscr. Helv. 78.

9. L. Con[sidius Pau]lus cor[nicular.], sc. M. Valerii Senecionis leg. Aug. pr. pr. praesidis prov. Numidiae. — Lambaesi. VIII, 2750.

10. Titius Crispu[s] cornicul. eius, sc. leg. Aug. pr. pr. Tomis. III, 767.

Accedunt tituli, in quibus bini commemorantur:

11. T. Iulius Seleucus et Septimius Valerianus bb. et corniculari eius, sc. L. Petronii Veri leg. Aug. pr. pr. — Ancyrae. III, 252.

Addendus est ex titulo Lambaesitano

12. . . . . . . cornicul. leg. Lambaesi. VIII, 2793.

C) Sequuntur cornicularii legatorum legionum.

13. L. Anton(ius) Sabinianus corni. leg. leg. I ad. p. f. Se[v]. Arrabonae. III, 4363 = Eph. IV, n. 514.

14. T. Paternius Perpetuus cornicular. leg. leg. XXX U. v. prope Cliviam. Br. 149.

His addendi videntur, qui simpliciter cornicularii legatorum dicuntur:

15. Dasimius Firmin(us) corn. leg. VI, 3401,

quem in legione II Parthica militavisse veri simile est propter locum, quo lapis effossus est. Ceterum incertum est, utrum cornicularius an cornicen fuerit.

16. M. Gallius Celsinus cornicul. legati. Carnunti. III, 4405.

17. Iucundius Iuvenal[i]s cor. leg. Potaissae. III, 887.

D) Corniculariorum procuratorum haec exempla sunt:

18. P. Aelio P. f. Agrippino corniculario proc. provinciae Belgicae. — Puteolis. X, 1679 = I. R. N. 2611.

19. Q. Marcius Donatianus eques cornicularius eius, sc. L. Marii Perpetui procuratoris provinciarum Lugdunensis et Aquitanicae. Lugduni. Henz. 6642.

20. C. Vettius Mercurius corn. eius, sc. P. Bassilii Crescentis proc. ludi matutini, proc. ann. Aug. Ostis. — Ostiis. Henz. 6520.

21. M. Ulp(ius) Ianuarius corn. proc. — Mursae. III, 3275.

22. . . . . cornuc . . . . proc. Au. — Castulone. II, 3323.

E) Corniculariorum praefectorum varia genera sunt. Initium faciam a praetorio.

23. Q. Albio Q. f. Hor. [Fe]lici (centurioni) leg. XX V(aleriae) v(ictricis), corniculario pr. pr., donis donato etc. — in civitate Castellana. Or. 3488.

24. Q. Caecili M. f. Martialis cornic. praef. [pr.] — VI, 2775.

25. Sex. Campanio Clementi cor. pr. pr., vix. ann. XXXII m. II d. XII. VI, 2776.

26. Ti. Claudius Firmus p. p. ex cornicular. ipsius, sc. M. Gavii Maximi praef. praet. — Firmi. IX, 5358 = Or. 3157.

27. Flavius Flavianus v. p. p(raeses) p(rovinciae) N(umidiae) e[x] cornic[ul]ario praeff. praett. em(inentissimorum) v(irorum). — Casis. VIII, 4325.

28. [M. Titius M.] f. Sabatina [Rufus p. p.] leg. VII g. Sever. [Alexandr(ianae)] p. f. ex corni[culario praef. pr]aet. — *Leon.* p. C. 234. — II, 2664.

29. M. Titio M. f. Cl. Ti. Barbio Titiano decurioni Emonae (centurioni) leg. II adiutric. item leg. X Fretens., hastato in leg. II Traian., ex cornicular. pr. pr. — Emonae. III, 3846.

30. . . . C. f. . . . ninus mil. chort. VI [pr. ta]b. tesser. [carc]er. fisci [cur. co]rnicul. [praef]ec. praet. [(centurio) l]egion. Puteolis. X, 1763 = I. R. N. 6348.

31. — corn. praef. pr. in fine catalogi munerum, quae miles, cuius nomen periit, ex corniculario adeptus est. VI, 1645.

Cornicularii praefecti urbi unum exemplum exstat:

32. [L. Annio Vero . . . . praef.] ur[b]is cons. ter[tiu]m Cl(audius) Marcellinus cornicularius patrono. VI, 1340.

Hoc exemplum in numerum eorum referendum est, quae cum ad praefectum urbi pertinere videantur, a Mommseno *Staatsrecht* II^2 p. 1020 tractata sunt, quorum supra p. 391 sq. mentionem fecimus. [Titulus licet recte expletus esse videatur, inde nequaquam efficitur praefectum urbi suos cornicularios habuisse; nam quivis alius ex cornicularis propter certam causam tali viro statuam ponere potuit. Th. M.]

Plura sunt in cohortibus vigilum:

33. cor. pr. C. Hortens(ius) Martial(is), centuria Taurisci. VI, 1057, 4, 2.
34. cor. pr. P. Decim(ius) Macrinus, centuria Valentis. VI, 1058, 3, 1.
35. cor. pr. C. Rasinius Ianuar(ius), centuria Verini. VI, 1058, 4, 1.

(33–35: in laterculis coh. V vig. aa. 205 et 210.)

36. Sex. Aetrio S[ex. f.] Ouf. Feroci centurioni leg. II Traianae fortis. Huic primo omnium ex cornicul. praef. vigil. imp. Caesar Antoninus Aug. Pius p. p. ordinem Alexandriae dedit, quod per gradus militiae suae tam industrie se administraverit etc. Fabriani circa a. 141 (cf. Henz. 7170). Or. 3456.

37. M. Caecilius M. f. Iul. Rufus Concord(ia, centurio) leg. III Cyrenaicae, ex corniculario Aeli Iuliani pr. vig. p. C. 191. VI, 414.

Fortasse idem munus latet in nota, quae mutila esse videtur:

38. [c]or. pr. L. Septim(ius) Aequoreus, centuria Aelii Torquati, in laterculo coh. V vig. VI, 1057, 2, 9 (cf. Kellermann p. 17).

Praeterea apud vigiles etiam subpraefectus cornicularium habebat, cuius duo exempla exstant:

39. cor. spr. M. Clodius Verecundus, centuria Sohaemi, in laterculo coh. V vig. VI, 1058, 7, 1.

40. At[h]en[a]eus Firmus cornicularius suppraef. vigil. VI, 2997.

Ex militia urbana addendus est cornicularius praefecti annonae:

41. T. Flavio T. f. Pup. Rufo militi coh. XII urb. et coh. III pr., ordinato architec(to), tesserario in (centuria), b. praefector. praetor., cornicular. praef. anno., (centurioni) leg. etc. Ravennae. XI, 20 = Or. 3489.

Cornicularios praefectorum castrorum vel legionum hos repperi:

42. P. Ael(ius) Rufinus [a]diutor off(icii) rat(ionum) vovit, co[r]nic. prae[f.] kastr. leg. XIII g. v. l. p. Apuli. III, 1099.

43. C. Octavio C. f. Cla. Valenti mil. leg. XXII (centuria) Critti Firmi, corniculario Castrici Proculi praef. castror. — Alexandriae in Aegypto. III, 6023, *a*.

44. C. Cornelius Felix cornicular. praef. leg. eiusdem, sc. II adiutricis. — Aquinci. III, 3565.

His exemplis usi idem munus restituere possumus in fragmento, quod sequitur:

45. Aemilius .... f. milit. tesse[rar. .... cor]nuc. praef. c[oh.] .... prope Philippos. III, 644.

Quamquam etiam de praefecto c[astrorum] cogitari potest, quia cornicularii praefecti cohortis nullum certum exemplum exstat.

F) Cornicularios tribunorum primo loco posui eos, qui legionarii sunt:

46. M. Ann[i]olenus Faustus veter. ex cornicular. trib. leg. III Aug., quod miles voverat, miss[u]s honesta missione sua pecunia posuit. — Thagorae. VIII, 4642.

47. Cornicularius et b(ene)f(iciarii) trib. laticlavi mil. leg. III Aug. p. v. ex arca sua fecerunt, quorum nomina subiecta sunt. M. Annius Honoratus cor. sequuntur duodecim nomina beneficiariorum. — p. C. 191. Castris Lambaesitanis. VIII, 2551.

48. M. Aur(elio) Amando corn. trib. leg. III Ital. stip. XXIIII, vix. an. VL (?) inter castra Regina et Boiodurum. III, 5974.

49. T[i.] Cl(audius) Valentinu[s] cornicula[r]. trib. mil. leg. X g. p. [f.] p. C. 249. Vindobonae. III, 4558.

50. M. Iul(io) Proculo vet. leg. I ad. mil. an. XXVI corni. trib. an. XVI, vixit an. LXXX. — Brigetione. III, 4322.

51. Q. Laelius Faustus cornicul. (tr.) laticl. — Lambaesi. VIII, 2930 = Ren. 893.

Veri simile est huc etiam referendum esse exemplum, quod sequitur, per se incertum:

52. T. [C]l(audius) Valerianus c[o]rnicul. trib. — Naissi. III, 1681.

Sequuntur tribuni cohortium praetoriarum, urbanarum, vigilum. Initium feci a praetorianis.

53. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr. equiti coh. eiusdem, donis donato etc., post alia munera cornicul. tribuni, evocato Aug. etc. Matilicae. Henz. 6771.

54. T. Aur(elio) Alexandro corn. trib. coh. V pr., q. vix. ann. XVIII m. III d. II. VI, 2560.

55. L. Naevi L. f. Cam. Paullini evoc. Aug., militavit in cho. I pr. eques, optio equitum, cornicular. tribuni, militavit in caliga ann. XVI, evocatus fuit ann. III. — VI, 2440.

56. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr., post alia munera corn. trib., evoc. Aug. Compostellae. II, 2610.

57. A. Saufeius P. f. Ca[m. E]max (?) Ansio miles c[oh.] VIIII pr. (centuria) Firmi Ter[tulli], militavit annis . . . . [bene]ficiarius t[rib? tes]serarius, co[rnicular.], donis do[natus] etc. Corinii. III, 2887.

58. [Virius] Celer mil. c[oh] . . . pr(aetoriae), cornic(ul)ar(ius) . . . . . . [bene]fici(arius) trib. Alexandriae Troadis. III, 385.

59. . . . . . corn. trib . . . . in fragmento tituli, in quo complura munera enumerata sunt militis aut praetoriani aut urbani. VI, 3661.

E cohortibus urbanis haec exempla servata sunt:

60. M. Cocceius Rogatus cornicularius Iuli Proculi trib. coh. X urb. VI, 2869.

61. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb. etc., post multa alia munera cornicul. trib. — p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = Or. 3462.

62. cor. tr. A. Saenius A. f. Papir. Roscius Sutr(io) p. C. 197, in laterculo coh. XIIII urb. VI, 3884, 3, 12.

Totidem in cohortibus vigilum repperi:

63. C. Burchi Iovini mil. coh. VI vig. corniculario trib. VI, 2984.

64. cor. t. L. Corvin(ius) Stratian(us), centuria Auluporis, in laterculo coh. V vig., p. C. 205. — VI, 1057, 5, 1.

65. Q. Cottius Rufus corn. tr., coh. II vig., p. C. 210. — VI, 1059.

Quae in laterculis vigilum saepius recurrunt, C · TR · et C · T · notas non cornicularios sed codicillarios tribunorum significare iam Kellermannus vidit.

Restat unus titulus, qui in quod genus militiae urbanae referendus sit diiudicari non potest:

66. Aur(elius) Marcianus corn. trib. — VI, 3573.

II. Transeo ad ea exempla corniculariorum, quibus non apud quos hoc munere functi sint, sed in qua legione aut cohorte stipendia fecerint, adscriptum est.

A) Initium feci a legionibus. Primo loco commemorandus est titulus Carnunti repertus in Pannonia superiore, quem anno p. C. 212 (?) posuerunt 'corniculari(i), commentariens(es), speculatores legionum (trium) Antoninianar(um) p(iarum) S(everianarum)', ...

67. cornic(ularii) Anton(ius) Probus, Claren (?) Marcellinus, Moget(ius) Paulinus. Carnunti. III, 4452.

Legiones, in quibus militaverunt, sunt: X gemina Vindobonensis, XIV gemina Carnuntina, I adiutrix Brigetionensis. Quae cum numerum corniculariorum aequent, in singulis singuli fuisse putandi sunt. — Reliqua exempla ex ordine legionum enumeravi.

68. C. Luc(ilio?) Marciano q(uon)d(am) cornic(u)l(ario) leg. [II] adi. Aquinci. III, 3611.

69. Sep(timius) [L]ongin[us] cornic[u]l. leg. II adi. p. f. Sever. Aquinci. III, 3496 = Eph. II, 646.

70. T. Dindius . . . . . cornicula[rius] leg. VII Cl(audiae). — Scupis in Moes. sup. Eph. II, 1058.

71. C. Sempron(io) Severo cornicul. leg. XIII[I] a(nnorum) XXXI. Sisciae. III, 3972.

72. Iul(ius) Faustinus cornicul. [l]eg. XIIII gem. Sev. — Carnunti. Eph. IV, 526.

73. C. Iulio Flaviano corniculario leg. XXII p. p. f. stipendiorum XVII, qui vixit annos XXXV m. XI d. XXV. — Moguntiaci. Bramb. 979.

Huc referendum esse videtur etiam fragmentum, quod sequitur:

74. . . . . . . [miles legionis I Mi]nerviae, qui militavit (centurio) ann. VII ex cornicl. — Lugduni. — Boissieu p. 300.

Cornicularium legionis dictum non addito numero repperi unum:

75. Iulius Pro[bi]nus obiit in Gallia morte. — la[t]eribus Germaniae meruit specul[a]t. et cornicul[ar]. legionis. initium vitis vitae fuit finis. Chusirae. VIII, 702.

B) Cornicularios cohortium hos habes:

76. Soemus Severus cornicul. coh. [I] Fl(aviae) Damas(cenorum miliariae) eq(uitatae) sag(ittariorum). — *Strassheim* in Hassia ad Rhenum. Bramb. 1412.

77. L. Sucio Velaci f. militi cornicla. cohort. Ligur. Cemeneli. V, 7897.

Cornicularios, qui legionum dicuntur, apud legatos legionum hoc munere functos esse veri simile est. De auxiliariis res incerta est. Nam etsi uno titulo supra allato n. 4 (III, 2052) probari videtur cornicularios a consularibus non ex solis legionibus sed etiam e cohortibus auxiliaribus sumi potuisse, tamen neque hoc argumentum prorsus certum est, quoniam miles cohortis octavae voluntariorum illic commemoratus non cornicularius fuit sed adiutor officii corniculariorum consularis, neque per se veri simile est in corniculario consularis aut legati Augusti notam huius dignitatis omissam esse. Tribunorum vero cohortium auxiliarium nullus cornicularius exstat, praefecti unus et is in titulo mutilato n. 45 (III, 644), cuius supplementa admodum dubia sunt. Attamen si in re ambigua coniecturam facere licet, cornicularios, quorum nomina modo attuli (n. 76. 77), alterum tribuno alterum praefecto cohortis potius tribuendos esse quam legato Augusti puto.

III. Restant pauci, quorum nominibus nulla omnino nota addita est. Quorum duo commemorantur in titulo Lambaesitano in numero principalium quorundam legionis III Augustae, 'qui imagines sacras aureas fecerunt':

78. corniculari(i) L. Considius Paulus Rusic(ade), C. Calventius Ianuar(ius) Cas(tris). Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127.

Proxime sequuntur nomina duorum commentariensium, quorum posterior dicitur (commentariensis) trib(unorum); ad priorem pertinere videtur LEG nota post TRIB scripta, ita ut legato Augusti pro praetore provinciae Numidiae, qui legioni praeerat, addictus fuisse existimandus sit. Fortasse eadem ratione duo illi cornicularii distributi erant.

Ceteros ordine alphabetico adscripsi:

79. Ael(io) Mercuriali cornicul. — Aesicae. VII, 739.

80. M. Aur(elius) Ma..... [vete]ran[u]s coh...... te ex cornuc..... Aquinci. III, 3536.

81. Caecili(i) Concessi corniculari(i). Lambaesi. VIII, 2739 = Ren. 32.

82. C. Pomponio Maximo vet. ex corniculario, vix. an. LXXXI. — Lambaesi. VIII, 2962 = Ren. 771.

Idem esse videtur, qui patri titulum sepulcralem posuit,

83. L. (?) Pomp. Max. ex cornic. — Lambaesi. VIII, 2961 = Ren. 1080.

Accedunt nonnulla fragmenta incerta ex titulis Germanicis:

84. Aureli Titian(us) [et Ver]us [(centuriones)] leg. VIII An[to]ninian(ae) ex corn(iculariis), Paternius Avitus et [An]ni(us) Petianus cornic(ularii). Bramb. 1304. Supplementa sunt Mommseni.

CORNIC· notam in hoc lapide non cornicinem sed cornicularium significare veri simile videtur propter commentarienses qui in eodem commemorantur. Cornicularii enim et commentarienses, ut munera eorum inter se similia sunt, ita ipsi non semel in titulis coniuncti reperiuntur. — Aliter se habent duo fragmenta inter se prorsus similia titulorum, quos P. Cornelio leg. Aug. pr. pr. provinciam administrante posuit

85. coh(ors) I Helve(tiorum) et Brit(tonum) Aure(lianensium) sub cur(a) C. . . . . . titi s(ing). [l]eg. ex cor. — prope *Oehringen* in regno Wuertemberg. Bramb. 1559. 1560.

Nam in his incertum est utrum cornicularii an cornicines commemorentur.

Iam si quaerimus, qua ratione cornicularii per partes diversas exercitus Romani distributi fuerint, cavendum est, ne eis titulis decipiamur, e quibus certa ratio distributionis elucere primo obtutu videtur. Nam cum titulum Carnuntinum n. 67 (III, 4452) posuerint trium legionum tres cornicularii cum tribus commentariensibus et triginta speculatoribus, hoc quidem certum est, in singulis legionibus singulos et denos fuisse. At obstat titulus Tarraconensis n. 6 (II, 4122), quem ipsum quoque cornicularii cum commentariensibus et speculatoribus posuerunt; et hi quidem decem sunt, commentarienses autem et cornicularii bini. Huius diversitatis ea causa est, quod, qui titulum Pannonicum Caracallo posuerunt, cornicularii legionum dicuntur, qui Hispaniensem Q. Hedio Lolliano legato Augustorum pr. pr. provinciae Hispaniae citerioris, dicuntur cornicularii eius. Quod si verum est, quod probabile videtur, beneficiarios et cornicularios qui simpliciter legionum dicuntur hoc munere apud legatos legionum functos esse, praeter duos illos, qui in titulo Tarraconensi commemorantur, cornicularios legati Augusti pr. pr. unus cornicularius legati in legione VII gemina, in Pannonia autem praeter singulos singularum legionum duo vel plures cornicularii legati Augusti pr. pr. fuisse putandi sunt. Nam legatos Augustorum plures quam singulos cornicularios habuisse docet etiam titulus Aquincensis n. 3 (III, 3543), in quo commemoratur 'officium corniculariorum consularis'. Restat titulus Lambaesitanus n. 78 (VIII, 2586), in quo inter eos, qui imagines sacras aureas fecerunt, primo loco enumerantur duo cornicularii. Hos ambos legato pr. pr. provinciae Numidiae addictos fuisse vix crediderim; nam veri simile est, quod iam supra dixi, eos eadem ratione distributos fuisse qua commentarienses, qui sequuntur. Quorum alter commentariensis trib(unorum) fuit, alter legati. Et quoniam in Africa una tantum legio castra habuit, cui legatus Aug. pr. pr. provinciae Numidiae ipse praeerat, cogitari potest eum propter hanc ipsam causam uno corniculario contentum fuisse. Sin hoc viris doctis harum rerum peritis non probatur, etiam alia ratio adhiberi potest explicando parvo numero corniculariorum, qui in titulo Lambaesitano, de quo agimus, exstat. Nam in eo neque omnes principales totius legionis neque eorum, quae reperiuntur, generum omnes commemorari docet numerus speculatorum, qui non decem sunt sed quatuor. Ergo si e speculatoribus sex afuerunt, fieri potuit, ut etiam e cornicularis unus et alter ad imagines aureas faciendas nihil conferret[1]).

In militia urbana et praefecti et tribuni et vigilum subpraefectus cornicularios habuerunt, qui apud singulos singuli fuisse videntur. Nam quod

[1]) Ab his, quae exposui, sententia Marquardtii non multum differt; qui apud eum (*Staatsverwaltung* II, p. 529) affertur C. Sallius Primio cornicular. leg. III Aug., Or. 3522 = VI 2667*, cum falsum esse iam supra commemoravi.

Kellermannus p. 17 monuit fortuitum credi non posse, quod in altero laterculorum Caelimontanorum cornicularius subpraefecti (VI, 1058, 7, 1), in altero tribuni (1057, 5, 1), nusquam autem utrumque munus in eodem lapide reperiatur, hoc vereor ut recte iudicatum sit. Tribuni quidem singuli singulos cornicularios habuerunt, e quibus unum cum corniculario subpraefecti eadem cohorte coniunctum fuisse necesse est.

Cornicularii adiuncti erant principales inferioris gradus, qui adiutores aut eorum aut officii eorum dicebantur. Exempla huius muneris pauca sunt.

86. M. Aur(elius) Licinius adiutor offici (corniculariorum) co(n)s(ularis). — p. C. 229. Aquinci. III, 3510.

87 (= 3). L. Cassio Pudenti quond. mil. leg. [II a]d. adiutori offici corniculariorum cos. — Aquinci. III, 3543.

88 (= 4). T. Statilio Maximo mil. coh. VIII vol. adi(utori) corn(iculariorum) cos. — Salonis. III, 2052.

89. [τὸ μνημεῖον τοῦτο] ἀφιέρωτε Αἰμιλίῳ Ῥηγείνῳ τῷ ἐξ Οὐλπίας Ῥηγίλλης καὶ Αἰμιλίου Πτολεμαίου, στρατευσαμένῳ ἔτη $\overline{\epsilon}$ βοηθῷ κορνικουλαρίων ὑπατικοῦ, ζήσαντι ἔτη $\overline{\kappa\alpha}$ μῆνες $\overline{\delta}$ μέχρι πανήμου $\overline{\kappa}$ τοῦ $\overline{\gamma\mu\sigma}$ ἔτους. — p. C. 174? — prope Beroeam. — C. i. Gr. 4453.

Sequuntur ei, quibus non adscriptum est, apud quem hoc munere functi sint. Quamquam, cum officium corniculariorum legati legionis disertis verbis nusquam commemoretur, veri simile est eos officio corniculariorum legati provinciae attributos fuisse.

90. Ael(ius) Sept(imius) Romanus mil. leg. XIII g. [a]diut(or) offic(ii) cornicul(ariorum). — Sarmizegetusae. III, 1471.

91. Fl(avius) Ianuarius adiutor ofici cornicularioru(m), leg. III Aug. Theveste. VIII, 1875.

Legionarium fuisse veri simile est etiam eum, quem subiunxi:

92. Aurel(ius) Vetus(?) adiutor offici corniculariorum. leg. V Mac. Potaissae. III, 894.

Ex militia urbana qui apud Marquardtium affertur adiutor tribuni cohortis alicuius urbanae, delendus est, quia titulus (Or. 3462 = C. IX, 1617) nunc rectius aliter legitur. At adiutor cornicularii tribuni cohortis VII praetoriae fuisse videtur

93. Vettonius Proculus adiutor cornicul. VI, 2659.

Nam secutori tribuni contubernali suo titulum se posuisse dicit. — In alio titulo urbano adiutor (cornicularii?) praefecti praetorio exstare Mommseno visus est:

94. Aur(elius) Brinursius eq. (sing.) cast. prior. tur. Maximi adiutor prae[f]. nat. Trax civis Bero[e]ensis, vixit ann. XXXVIII mil. ann. XVIII. VI, 3196.

De quo vide quae l. l. Henzenus adnotavit. Restat ex cohorte IV vigilum

95. adiut. L. Cassius L. lib. Agor(ianus?) Lepidus Regio, m(iles) f(actus) IIII K. Ian. etc. p. C. 199. VI, 220, 22.

Quem etsi cogitari potest adiutorem officii corniculariorum fuisse, tamen neque diiudicari potest, utrum ad cornicularium praefecti an tribuni refe-

rendus sit, neque id ipsum certum est, utrum adiutor cornicularii fuerit an centurionis, cuius apud vigiles unum exemplum (VI, 3069. 3076) exstat.

Praeter hos nonnulli sunt, qui simpliciter adiutores dicantur:

96. Spani(i) Victoris ex adiutore. — Lambaesi. VIII, 2978 = Ren. 1198.

97. Cn. Tannonio Maiori adiutori. — Lambaesi. VIII, 2981.

98. .... us mil. leg. XXII adiutor (?). — Inscr. Helv. 82.

Hi quoque adiutores corniculariorum fuisse putari possunt. At quoniam in legionibus etiam adiutores centurionum (VIII, 4332 = Ren. 1371) fuerunt, rem in dubio relinquere oportet. Magis etiam incertum est, quale fuerit munus adiut(oris) praeter(itorum?), quod in titulo militis legionarii III, 4030 reperitur.

Adiutori officii corniculariorum etiam aliud nomen fuisse videtur, quod fortasse servatum est in titulo urbano:

99. T. Flavius Proculus [t]rib(uni) subcornicularius. VI, 3596.

Militia eius incerta est. Hoc exemplo Mommsenus usus est, cum s(ub)-c(ornicularium) tribuni dubitanter suppleret in titulo Aquincensi, quem supra (p. 406) iam attuli:

100 (= VII, 44). Clod(ius) Marcellinus s. c. trib. mil. leg. II a. p. f. Ant., translat(us) ex leg. X Fr(etensi) Ant. — Aquinci. III, 3472.

XI.
DE CODICILLARIIS.

Munus codicillarii nisi in cohortibus vigilum nusquam reperitur. Ac ne in eis quidem utrum fuerit necne certum est. Kellermannus, qui p. 17 COD· notam primus ita explevit, putat hoc munus idem esse, quod commemoretur apud Gruterum 1108, 4, ubi tum legebatur 'scriba subcornicularius', nunc rectius (VI, 3596) 'trib(uni) subcornicularius'. Inter eum et cornicularium tribuni quae aut similitudo aut diversitas intercesserit, diiudicari non potest. Exempla, quae omnia laterculis debentur, haec sunt:

1. c. t. Sexti Chrysogone. 2. c. t. Vari Mercuri.	centuria Victoris.	coh. I vig. p. C. 205. VI, 1056.
3. co. Aemili Basse 4. c. t. Iuni Laurenti	centuria Iuvenis.	
5. c. tr. P. Cornelius Niger 6. c. tr. M. Gavidius Natalis 7. c. tr. L. Avidius Gaetulicus	centuria Caeserni Senecionis	coh. V vigilum. p. C. 205. VI, 1057.
8. c. tr. C. Iulius Dignus 9. c. tr. M. Iuli(us) Ctesippus	centuria Ulpii Rutiliani.	
10. c. t. M. Anto(nius) Oronta 11. c. t. T. Flav(ius) Attalus. 12. c. t. C. Stati(us) Rhodon.	centuria Auluporis.	
13. co. tr. C. Casin(ius) Fortunat(us) 14. c. tr. L. Papir(ius) Festus	centuria C. Iulii Rufi.	
15. c. tr. P. Aelius Liberali(s),	centuria Aurelii Iusti	

16.	cod. tr. Q. Annius Novellus,	centuria Antulli.	coh. V vigilum. p. C. 210. VI, 1058.
17.	cod. L. Sediu[s Fir]mus.	centuria Rufini.	
18.	c. tr. C. Concord(ius) Quintin(us)		
19.	c. tr. M. Annius Maximus		
20.	c. tr. P. Agellan(ius) Rufus	centuria Valentis.	
21.	c. tr. T. Aelius Felician(us)		
22.	cod. tr. L. Aponius Honoratus	centuria Verini.	
23.	cod. tr. M. Statilius Severus		
24.	cod. Q. Cornelius Saturn(inus),	centuria Romuli.	
25.	cod. tr. L. Ru.........,	centuria Severi.	
26.	cod. tr. Q. Duranius Felix,	centuria Sohaemi.	

Munus codicillariorum inter inferiora fuisse et numerus eorum docet, qui in utroque lapide undenarius est, et eo confirmatur, quod nomina eorum per nomina gregariorum in singulis centuriis dispersa sunt eadem ratione, quam supra in secutoribus repperimus. Accedit, quod ex eis codicillariis, qui in laterculo anni 205 nominantur, tres in posteriore secutores tribunorum facti sunt: L. Avidius Gaetulicus, C. Iulius Dignus, L. Papirius Festus.

XII.
DE QVAESTIONARIIS.

Iudiciis militaribus praeter eos principales, quos modo tractavi, quaestionarii intererant. Hos non ab eo dictos esse, quod in quaestione reis tormenta admoverint, Marquardt, *Staatsverw.* II, p. 534 argumentis confirmare studuit. Nam quoniam in cives Romanos tormentis adhibitis inquiri non licuerit, quaestionarios, quorum nonnulla exempla in legionibus Romanis reperiantur, hoc genus quaestionis administravisse putari non posse dicit. [At quaestionarii ex legionibus cum non reperiantur nisi apud legatos eos, qui provinciae praeessent, ad sola iudicia de militibus facienda non recte referuntur, ut mittam vel inter milites multos fuisse non cives Romanos. Th. M.]

Exempla ex legionibus haec collegi:

1. In numero eorum, qui imagines sacras aureas fecerunt, post cornicularios, commentarienses, speculatores, beneficiarios cos. enumerantur quaestionari(i): C. Iulius Donatus Castr(is), I. Marcius Gemellus, T. Aemilius Victor Kart(hagine), Q. Salonius Repentinus Tha(mugadi), P. Aelius Tauriscus Sufet(ula). — leg. III. Aug. Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127.

2. M. Valerio Senecioni leg. Aug. pr. pr. praesidi provin. German. infer. co(n)s(ulari) speculator(es) et benefic(iarii) et quaestionari(i) curante Agilio Felice quaestore. — Lambaesi. VIII, 2751 = Ren. 87.

3. Iulio Flavino com(mentariensi) l(eg). VII g. f. quaestionario. Tarracone. II, 4156.

Ex praetorio unum:

4. L. Tros[i]us L. f. Pup. Maximus Tergeste (centurio) coh. XI urb., militavit (centurio) coh. II vig., evoc. Aug., a quaestion(ibus) pr. pr., speculator Aug. in coh. X pr., vix. an. LV, mil. an. XXXIII. VI, 2755.

Nam dubitari non potest, quin 'a quaestionibus' idem sit atque 'quaestionarius'. Pari modo hoc munus significatum est in eis exemplis, quae ex cohortibus urbanis servata sunt:

5. C. Luccius C. f. Stell. Sabinus — militavit in coh. t(?)urb., post alia munera a quaestionib(us) factus per Annium Verum praef. urbis. — p. C. 134, Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

6. C. Sallusti(i) Martialis mil. coh. X urb. (centuria) Festi a q(uaestionibus) praef. urbis. vix. ann. XXVIIII militavit ann. X. — prope pontem viae Salariae. VI, 2880.

Similes notae AQ· P vel AQ· PR etiam in laterculis vigilum non semel reperiuntur:

7. a q. p. M. Neroni(us) Processus } centuria Ulpii Rutiliani. VI, 1057,
8. a q. p. P. Memmi(us) Firmian(us) } 3, 1. 70.

9. a q. pr. C. Iulius Zoticus, centuria Verini. } VI, 1058, 4, 3. 5, 2.
10. a q. pr. Montan(ius) Pudens, centuria Romuli }

His notis munus quaestionarii significari Kellermannus p. 15 sq. explicavit, neque id veri dissimile est. Tamen, quominus prorsus certum sit, illud obstat, quod aq. co., aqa., aqu., aq. notae, quae ipsae quoque in laterculis vigilum leguntur (1057, 2, 8. — 1058, 5, 13. — 1057, 6, 12. — 1056, 1, 2), hac explicatione comprehendi non possunt. Et Kellermannus quidem eas per aquarium cohortis supplevit. At mirum videtur notis inter se tam similibus diversa munera significari.

Duorum exemplorum, quae in cohortibus auxiliaribus reperiuntur, neutrum prorsus certum est:

11. M. Septim(io) Dasi(o) co[h]. I Belgic. quaestuario in Dalmatia. III, 3162 *b*,

ubi 'quaestuario' fortasse corruptum est ex 'quaestionario'.

12. Atilius Tertius ex coh. II Aug. q(uaestionarius?). — *Heddernheim* in Nassovia. Bramb. 1456.

Restat unus, cuius genus militiae incertum est:

13. Q. Gavius Q. f. Arn. Clemens Clusii evok. Aug. a quaestionibus. Clusii. Or. 3503.

XIII.
DE CARCERARIIS.

Quoniam rem iudiciariam attigi, hoc loco subiungam carcerarium. Huius muneris significatio plene scripta nusquam reperitur. Tamen KARC et CAR notas ita explendas putavit Kellermannus eumque alii viri docti secuti sunt in his exemplis:

1. karc. C. Calpurniu(s) Severus, coh. V vig., centuria Aurelii Iusti. VI, 1057, 7, 4.

2. car. C. Mammius Vitalis, coh. V vig., centuria Rufini. VI, 1058, 3, 7.

Accedit titulus Germanicus:

3. [Opp]onio Pater[no] p(rincipali?) b(eneficiario?) ex ca(rcerario) leg. I. — *Lessenich* prope Bonnam. Br. 452.

Sed cum carcerarii legionis nullum certum exemplum exstet, Lerschii sententia praeferenda esse mihi videtur, qui supplevit: ex ca(ndidato). — Omnibus reliquis locis, quibus is commemoretur, qui carceri militari praefuerit, non carcerarius dicitur, sed alius generis principalis carceri praepositus. Hanc curam agentes reperiuntur beneficiarius, frumentarius, optiones:

4. Aur(elius) Artemidorus bf. leg. leg. II ad. p. f. S(everianae) agens c(uram) c(arceris?). — p. C. 228. Aquinci. III, 3412.

5. Elpinius Festianus frumentarius leg. I adiutricis agens curam carceris. — Ephesi. III, 433.

6. M. Aurelius Romanus optio karc. chor. XII urb. Gordianae. VI, 531.

7. C. Luccius C. f. Stell. Sabinus — militavit in coh. t(?)urb. — post alia munera optio carcaris etc. p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

8. M. Aquini Verini op[t]ionis karceris ex cohort. XIII urban. — Lugduni. Boiss. p. 355, 43 = Henz. 6808.

9. opt. car. Noni Blande. In fragmento laterculi vigilum. VI, 2406.

His exemplis collatis veri simile fit proprium munus carcerarii antiquitus nullum fuisse, sed curam carceris aliis principalibus mandari solitam esse. In quo genere cum potissimum optiones centurionum adhiberentur, paulatim ea consuetudo orta esse videtur, ut optiones carceris breviter dicerentur. Fortasse etiam haec ratio dicendi posteriore aetate mutata est ita, ut pro optione carceris diceretur carcerarius, qui in laterculis vigilum karc. nota significatus est. Sed cum haec nota extra laterculos nusquam reperiatur, potest etiam ita res se habere, ut, qui a nomine carcerarii abstinerent, eidem optionem carceris breviore nota in solis laterculis scripserint. Nam nomen carcerarii omnino numquam usitatum fuisse probabile fit titulo Beneventano IX, 1617, in quo C. Luccius optio carcaris dicitur, quamquam carceri praefuit, antequam optio centurionis fieret.

Quod si recte disputatum est, [carc]erarius, quem in titulo Puteolano (X, 1763 = I. R. N. 6348) Mommsenus supplevit, delendus est. Idem alia de causa probabile est. Nam cum . . . . ER literae inter notas tesserarii et fisci curatoris positae sint, [signif]er(um) inserere maxime placet, cuius munus inter duo illa intercessisse compluribus titulis confirmatur (VI, 2794. 3661).

Subiungendi sunt duo tituli, in quibus qui commemorantur milites a commentariis custodiarum, ipsi quoque carceri praefuisse putandi sunt:

20. Sex. Cetri Sev[e]ri spec. beneficiari(i) Getae, ab com(m)entari(i)s custodiaru[m]. — Pisauri. — Or. 3206.

21. M. Apicio T. f. Cam. Tironi — (ante varios centurionatus) evoc(ato) a comment. cust., optioni, evoc(ato) salar(iorum) etc. Ravennae. XI, 19 = Or. 3464.

XIV.
DE COMMENTARIENSIBVS.

Commentarienses in tribus titulis (II, 4122. III, 4452. VIII, 2586), cum cornicalariis pari inter ambos numero coniuncti reperiuntur. Unde veri simile est eos eadem ratione atque cornicularios distributos fuisse. Exempla eorum non multa sunt.

I. Commentarienses consularium sunt hi:

1. Q. Cassius Facundus a com(mentariis) co(n)s(ularis). — In monte Sancti Bernhardi. V, 6867.

2. Tib. Cl(audio) Ianuario spec(ulatori) leg. XIIII g(eminae) comm(entariensi) cos. prov. Delm(atiae) stip. XIII. — Salonis. III, 2015.

3. . . nius Attianus, Resp(ectius) . . . sinus, Constant(ius) Restitutus comm(entarienses) cos. — Moguntiaci. Br. 1304.

Eiusdem generis fuisse putandi sunt

4. Q. Caecili(us) L. fil. Arn. Felix c[o]mme[nt]a[rien]s(is) leg. pr. pr. Carnunti. III, 4412,

itemque qui titulum Tarraconensem supra iam commemoratum posuerunt una cum duobus cornicalariis leg. Augg. pr. pr. p(rov). H. c. et cum decem speculatoribus legionis VII geminae:

5. comm(entarienses) C. Iulius Crassus, P. Publienius Lupus. Tarracone. II, 4122.

II. Commentarienses legati et tribunorum legionis exstant in titulo Lambaesitano, quem ipsum quoque supra tractavimus, in numero eorum principalium, qui imagines sacras aureas fecerant:

6. comment(arienses)
Aufidius Rufus Lamb(aesi) leg
L. Orbius Felix trib. — Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127.

Mommsenus (apud Henzenum 6792[a]) docuit LEG· notam ad priorem versum referendam et cum nomine Aufidii Rufi coniungendam esse.

III. Legatis legionum etiam eos commentarienses attribuendos esse puto, qui in legionibus commemorantur non addito nomine aut dignitate eius, apud quem commentarios administraverint. Exempla praeter Aufidium Rufum haec sunt:

7. comm(entarienses legionum trium Antoninianarum, sc. X gem. Vindobonensis, XIV gem. Carnuntinae, I adi. Brigetionensis):
Iul(ius) Augurinus.
Sept(imius) Rest(it)utus.
Ulp(ius) Sabinus. p. C. 212 (?) Carnunti. III, 4452.

8. Iulio Flavino com. l. VII g. f. quaestionario. — Tarracone. II, 4156.

IV. Commentarienses praefectorum praetorio, qui numquam ita sed semper 'a commentariis praefectorum' dicuntur (cf. Mommsen, *Staatsrecht* II, 1066), hos repperi:

9. L. Titinio C[lodiano e. v.], a commentar(iis) pra[ef. praetorio em. v.], praesidi et proc[uratori provinciae] Alpium maritimaru[m] etc. — *Cuicul.* VIII, 8328 = Ren. 2548.

10. ..... [? Quinct]ilio C. fil. [adlecto in amplissimum] ordinem inter praetorios iudici[o .... ab epist]ulis Latinis, procuratori summarum ratio[num ......, procuratori prov. A]siae, iuridico Alexandreae, ab epistulis [Latinis adiutori?, procuratori prov.] Macedoniae, ab commentariis Corneli(i) Re[pentini pr. pr.] — VI, 1564.

11. ....a commentariis praefectorum praetorio e. v., patrono provinciae Mauretaniae Caesariens(is), patrono civitatis Aepesinor(um), sacerdoti et pontifici Laurentium Lavinatium. Caesareae. Ren. 3896.

Apparet munus quod dicitur a commentariis praefectorum praetorio summae dignitatis fuisse, quoniam ex eo procuratores facti sunt. Itaque coniectura, qua Kellermannus in laterculis vigilum munus a c(ommentariis) pr(aefecti vigilum) supplevit, nequaquam certa est.

12. acpr. Q. Silvius Anatellon, centuria Aelii Torquati. VI, 1057, 2, 62.

13. ac. pr. L. Aur(elius) Donatus, centuria Valentis. VI, 1058, 3, 3.

Hi enim a ceteris principalibus praecipuo honore distincti non fuerunt. Nam quamquam alter ex optione centuriae factus tertium locum inter milites centuriae suae obtinet, tamen alterius, Silvii, nomen post omnium fere principalium et inter nomina militum gregariorum et secutorum tribuni scriptum est.

Principalis a commentariis praefecti legionis exstare videtur in titulo Taurinensi:

14. .....ovius L. f. [St]e. Peregrinus [mil. l]eg. XXII pr. p. fid., [bf? l]egat., a comment. [prae]f., optio, centurio etc. Taurinis. V, 7004.

V. Reliqua exempla quo referenda sint, incertum est.

15. .... coh. II Fl(aviae) comm. in Dacia. III, 1619.

16. M. Sulpic(ius) Marcellus a c[om?] p(raesidis provinciae?) Inscr. Helv. 55.

17. M'. Aquilius M'. f. Anies. Proculus Arimin(o) commentar(iensis). Lambaesi. VIII, 2812 = Ren. 343.

18. Q. Ennius Sabinianus f(ilius) opt(io?) com(mentariensis?). VI, 13.

19. Irenei commentar(i)e(n)s(is). VI, 775.

In nonnullis horum exemplorum ne id quidem certum est, utrum ad milites pertineant necne.

XV.
DE LIBRARIIS.

Quid interfuerit inter commentarienses et librarios, facile est intellectu. Nam cum commentarienses ei essent, qui acta diurna in commentarios referrent, librarii libris praeerant, in quibus rationes pecuniae, frumenti, hordei componebantur. Hoc non solum apud Vegetium traditum est, qui (II, 7)

librarios ab eo dictos esse narrat, 'quod in libros referrent rationes ad milites pertinentes', sed confirmatur etiam loco, quem ex Digestis iam supra laudavimus, 50, 6, 7, ubi librariorum varia genera distinguuntur: horreorum librarii, librarii depositorum, librarii caducorum. Erravit igitur Marquardtius, cum *Staatsverw.* II, p. 532 librarios cum exceptoribus et codicillariis inter scribas enumeraret. Tria illa genera et praeterea eos librarios, qui docere possent, immunes habitos esse Tarrutenius Paternus in libro primo militarium scripserat. Ceteri librarii hoc commodo caruisse putandi sunt. Et immunitas quidem praeposita IM· nota in titulis, in quibus librarii commemorantur, nonnumquam (III, 885. VI, 3395. 3401. Eph. IV, 137) significata est, reliqua autem discrimina, quae inter varia genera librariorum intercedunt, prorsus neglecta sunt. Hanc ob causam librarios eodem ordine quo plerosque alios principales enumeravi.

I. A) Librarii consularium hi sunt:

1. P. Helvio Prim[a]no mil. leg. XIII gem. lib. [c]os. — Ampeli. III, 1318.

2. Iul(io) Amando mil. leg. III Ital. librari[o] cos., vixit annis XXX. — Augustae Vindelicorum. — III, 5814.

3. Iul(io) Exorato lib. cos. ob(ito) an. XX. — Ovilavis. — III, 5631.

4. G. Sempro(nio) Secundino libr. cos. an. XVIIII. — In valle fluminis *Mur.* — III, 5435.

5. C. Tocerni Maximiani mil. leg. II Ital. stipendior. V, libr. cos., annor. XXIII, mensium VIII, dier. VI. — Neapoli Histriae. V, 375.

6. V[al(erii)] Veri quondam mil. leg., librari cos. — Aquinci. Eph. II, 710.

7. . . . . . . mil. [le]g. X[III] gem. Antoninian[ae] libr. cos. n(ostri). *Szamos-Ujvár.* — III, 6246.

8. Eutychus lib(rarius?) cos. — Bremeni. VII, 1038.

B) Librarii legatorum legionum hi reperiuntur:

9. M. Aureli Melliti librari leg. leg. II adi., vix. ann. XVIII (sic), stip. IIII. Aquinci. III, 3538.

10. Aureli(i)s Monimo strat(ori) et Regi[lli]ano l[ib]r(ario) leg. leg. II adi. — Intercisae. III, 3334.

11. M. Mociuncius Valentinus lib. legati leg. XIII g. vixit ann(i)s XXVIII. Apuli. III, 1194.

Accedunt duo, qui, cum simpliciter librarii legatorum dicantur, apud legatos legionum hoc munere functi esse putandi sunt.

12. Tib. Iulius Novianus libr. leg. — Apuli. III, 1105.

13. M. Marcellus librarius leg. Apuli. III, 1166.

C) Librariorum praefectorum munus coniectura ab Henzeno (add. ad. 3511) insertum est titulo Cliviensi:

14. Tertinius Vitalis mil. leg. XXX U(lpiae) v(ictricis) S(everianae?) A(lexandrianae?) i(mmunis?) lib. praef. — p. C. 232. Prope Cliviam. Br. 146, ubi praefectum legionis intellegendum esse apparet.

Librarium subpraefecti vigilum fortasse habemus inter principales centuriae C. Iulii Rufi cohortis V vigilum:

15/16. lib(rarius) ur(banus?) s(ub)pr(aefecti) C. Antistius Mae. Earin(us) Neap(oli). — p. C. 113. — VI, 221. Mommseno nunc magis placet lib(rarius) ur(bicorum).

D) Librarium tribuni ex militia urbana habes hunc:

17. Aur(elius) Zinama libra. tri[b. mi]lex (sic) cohor. VII preto. q. [v. a......]. VI, 2638.

18. lib. tr. C. Vaccellius C. f. Ann. (sic) Iustian(us) Arimi(no). p. C. 177, in laterculo praetorian. — VI, 3882 *b*, 18.

E) Restat librarius principis, qui titulum dedicatorium posuit una cum optione principis:

19. T. Celsius Victorinus libr. principis. p. C. 201. Argentorati. Br. 1883. De quo cf. quae exposuit Mommsenus supra p. 232 sq. (n. 18).

II. Sequuntur ei librarii, quibus nihil nisi numeri aut legionum aut cohortium aut alarum, in quibus stipendia fecerunt, adscripti sunt.

A) Ex legionibus hi sunt:

20. Sept(imius) Licinius imm(unis) libr(arius) leg. II Par(thicae). VI, 3395.

Supra iam dixi causam nullam esse mihi videri, cur Henzenum secuti libratorem pro librario suppleamus.

21. Hosidius Felicissimus libr. leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2884 = Ren. 708.

22. Kalemerus Maurus lib. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2929 = Ren. 891.

23. Q. Numisio Iuvenali lib. leg. III Aug. — Lamb. — VIII, 2954 = Ren. 1030.

24. M. Servili(i) Rustici librarii leg. III Aug. p. v. — Lamb. VIII, 2973 = Ren. 1170.

25. Tonneius Martialis lib. leg. III Aug. — Lamb. — VIII, 2985 = Ren. 1223.

26. ......[? libr]arius leg. III Aug. — Lambaesi. — VIII, 2686 = Ren. 181.

27. Iulio Aeliano libr. leg. III Ital., qui vix. a[nn]. XLV. — Castris Reginis. — III, 5953.

28. [Aebutius?] Communis lib. leg. IIII. — Viminaci. — III, 1648.

29. Aureli(us) Vic[t]or librarius [l]eg. V Ma[c]. vix. an. XXXIIII. Potaissae. III, 909.

30. C. Iu[l(ius)] Sabinus miles leg. XIII g., libr. a ration(ibus), vixit annis XXX. — Sarmizegetusae. III, 1477.

31. .... s. lib. leg. XIII g. — Apuli. III, 1205.

32. Aemili(i) Venusti mil. leg. XXX U. p. f. interfecti — (in fine tituli addita sunt verba:) librarius eiusd. leg(ionis), Lugduni. Boissieu, 335, 32.

B) Ex cohortibus vigilum unus:

33. lib. coh. C. Occius Arn. Similis Bler(a), coh. V vig. p. C. 113. — VI, 221.

C) Ex alis equitum duo:

34. Aurel(ius) Themaes librar. ale (I Tungrorum) Fronto(nianae), vixit annis L. Alsó-Ilosvae. III, 804.

35. Marcus Ulp(ius) Faustinus librar. ale Britt[on(um)] vet(e)ran(orum) [mil(liariae)] sti. XII, vi[x]. a. XXXII. — *Arzew.* Ren. 3835.

III. Reliqui simpliciter librarii dicuntur nulla determinatione addita. In eorum numero primo loco posui eos, quorum munus ad legiones pertinuisse veri simile est propter conexum verborum, quibus commemorantur:

36. [M. Petronius Fortunatus] . . . . militavit L (?) annis IV in leg. III A[ug]. librar(ius), tesser(arius) etc. p. C. 199. VIII, 217.

37. M. Aurel(ii) Antonini mil. leg. XIII gem., vixit an. XXII mens. XI diebus II, militavit ann. V librar. — Ampeli. III, 1317.

Ceteros ordine alphabetico enumeravi:

38. P. Aelio Stefano libr. i(nstrumentorum?) d(epositorum?). p. C. 203, coh. V vigilum. VI, 220. Supplementa a Mommseno proposita incerta sunt.

39. . . . . . nus Sedulus, Aurelius Peregrinus librari(i). — ad Rhenum inferiorem. — Br. 1977.

40. Aur(elius) Sedatus imm. lib. — Potaissae. III, 885.

41. Aur(elio) Victori civ(i) Sisc(iano) libr(ario) Macrinus et Maturinus c(ommunicipes) et coll(egae). — In Dalmatia. III, 3166; quamquam prorsus incertum est, num hic miles fuerit.

42. Cl(audius) Victorinus lib. p. C. 200. VI, 225.

Hoc nomen reperitur in laterculo equitum singularium turmae Iulii Mascel(li), unde veri simile est Claudium librarii munere apud tribunum functum esse.

43. C. Iulius Faustinus cas(tris) lib. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 61.

44. Petr(onius) Marcianus ex lib. — Potaissae. Eph. IV, 138, 5, 13.

In eodem laterculo militum, qui legionis V Macedonicae fuisse putandi sunt, commemoratur etiam Aurelius Sedatus ex im. l(i)b., qui iam ex n. 40 (III, 885) notus est.

45. A. Vib(ius) Mercurialis libra. — prope *Heddesdorf* in Borussia Rhenana. Br. 695.

46. M. Ulp(ius) Flaminus(?) imm. librar. — Potaissae. Eph. IV, 137.

47. librari(i) posuerunt titulum dedicatorium. *Neckarburken* in ducatu Badensi. Br. 1727.

48. — cum imm(unibus) libr(ariis) et exactis. — VI, 3401.

49. . . . . . pequari, librarius et discentes capsario[rum] . . . . . . Castr. Lamb. p. C. 199. VIII, 2553 = Ren. 63.

Accedit magnus numerus veteranorum ex librariis legionis III Augustae, qui exstat in titulo Lambaesitano VIII, 2626 = Ren. 102. In eo 31 nominibus EX · L · notae praescriptae sunt. Quae num recte ad munus librarii referantur, dubium est. Sed magis etiam dubia sunt supplementa earum notarum, quae ante nonnulla nomina L literae additae sunt. Omissis ceteris haec nomina cum variis coniecturis virorum doctorum adscripsi:

50. ex l(ibrario) l(egati) Stenius Flavianus. *a*, 6.

51. ex l(ibrario) l(a)t(iclavi) Pomp(eius) Pontius. *a*, 17. Ita Mommsenus. Renierus suppleverat: ex l(ibrario) l(egionis et) t(ribuni).

52. ex l. f. Elius Liberalis. *a*, 19.

53. ex l. t. M. Aurel(ius) Claudianus. *b*, 2.

54. ex l(ibrario) c(apsario) Valerius Victor. *b*, 13. Ita Wilmanns in indice Exemplorum Inscr. lat. (n. 1489). Henzenus suppleverat: ex l(ibrario) c(ohortis).

55. ex l. ar. e. Perelius Donatu[s]. *b*, 14.

IV. Munus librarii alieno nomine significatum esse puto in titulo, quem iam in cornicalariis commemoravi:

56. P. Ael(ius) Rufinus adiutor off(icii) rat(ionum) vovit, co[r]nic(ularius) prae[f(ecti)] kastr(orum) leg. XIII g. v(oto) l(ibens) p(osuit). Apuli. III, 1099.

Nam quamquam mirum est adiutorem officii, qui alioquin nisi inter cornicularios nusquam reperitur, hoc uno loco librariis tribui, tamen officium rationum alii tribui non posse videtur. Accedit, quod in titulo Sarmizegetusensi supra allato III, 1477 libr(arius) a ration(ibus) scriptus est.

XVI.
DE ACTARIIS.

Librariorum muneris id simile fuisse putandum est, quo actuarii sive actarii fungebantur. Significari enim videtur a Vegetio II, 19, ubi dicit: 'sed in quibusdam (sc. tironibus) notarum peritia, calculandi computandique usus eligitur. Totius enim legionis ratio, sive obsequiorum sive militarium munerum sive pecuniae, cotidie adscribitur actis maiore prope diligentia, quam res annonaria vel civilis polyptychis adnotatur'. Hoc loco quae commemorantur rationes quomodo diversae fuerint ab eis, quae a librariis conferebantur, equidem non video. Actarios autem non solum rationes perscripsisse sed etiam comparandae et distribuendae annonae praefuisse aliunde constat. Nam ut eos locos omittam, quibus in codice Theodosiano et in aliis monumentis infimae aetatis actuarii commemorantur, iam ante Diocletianum munus eorum tale fuisse probatur loco Aurelii Victoris, Caesar. 33, ubi caedes Victorini ab Attitiano actuario patrata narratur. Dicit enim id genus hominum fuisse 'nequam, venale, callidum, seditiosum, habendi cupidum atque ad patrandas fraudes velandasque quasi ab natura factum; annonae dominans eoque utilia curantibus et fortunis aratorum infestum, prudens in tempore his largiendi, quorum vecordia damnoque opes contraxerit'. Haec si etiam in actarios secundi et ineuntis tertii p. C. seculorum cadunt, eadem fere eis curae fuisse putanda sunt quae bonorum privatorum et publicorum actoribus. Quamquam qua ratione etymologica actarii nomen ab actis seiungi et ad actorem referri possit, non video. — In catalogo exemplorum primo loco posui actarium legati legionis:

1. Iul(ius) Alexander actarius l(egati) l(egionis) XIII g(eminae). — Albae Iuliae in Dacia. Eph. IV, 160.

Actarii legati non addito numero legionis nullum certum exemplum exstat. Sed fortasse ita supplendi sunt actarii 'leg'. vel 'l.', qui passim reperiuntur.

2. T. Flavius Surus act. leg. — Castris Lambaesitanis. — VIII, 2564, *b*, 25 = Ren. 60 *D*, in laterculo legionis III Augustae.

3. ex a(ctario?) l(egati?) Varius Felix.
4. ex a(ctario?) l(egati?) .... us
} VIII, 2626, *a*, 24. *b*, 6 = Ren. 102, Lambaesi, inter veteranos legionis III Aug.

Quamquam hi etiam a(ctarii) l(egionis) fuisse putari possunt. Nam etsi haec nota numero omisso nusquam reperitur, tamen id casu factum esse potest. Addito vero numero actarios legionum hos habes:

5. Urso act[ario? l]e[g. e]ius[dem], sc. II Augustae. — Iscae. — VII, 103.

6. — equites, in his actarius, leg. VII gem. Ant. p. f. — p. C. 216. *Leon.* — II, 2663.

7. P. Ael(ius) Romanus ve(teranus) ex act(ario) leg. X. g(em). — Scarbantiae. — III, 4232.

Sequuntur duo exempla ex militia auxiliaria repetita:

8. Iul(ius) Ger[ma]nus actar[ius] coh. IIII Br[ittonum?] Antoninia[nae]. *Ebchester.* — VII, 458.

9. Aur(elius) Regulianus actarius al(a)e. — Camponae. — III, 3392.

Ei milites, qui simpliciter actarii dicuntur, cum fere omnes legionarii sint, dubitari non potest, quin munus eorum ad legionem pertinuerit. Exempla exstant haec:

10. Aur(elius) Victorin(us) actar(ius), leg. II Parth. — VI, 3401.

11. ex a(ctario), ante decem nomina in laterculo veteranorum legionis III Augustae. — Lambaesi. VIII, 2626 = Ren. 102.

12. ex a(ctario?) e(vocatus?) Aurel(ius) Florentin(us). ibid. b, 12.

13. Claudius Secund(us) ex ac(tario)
14. .... s ex ac(tario).
} leg. V Macedonica, Troesmi. III, 6179, 2, 10. 3, 10.

Dubium est, num huc referendi sint actuarii protectorum et lancceariorum:

15. Valerio Vincentio ac[t]uario protectorum. — Nicomediae in Ponto. III, 6059.

16. Φλάβ(ιος) Παῦλος ἀκτωάριο[ς] λανκιαρίων. — Iconii. C. i. Gr. 4004.

Accedunt quatuor ex militia urbana, qui cum 'ab actis' dicantur, fortasse ab actariis non diversi fuerunt:

17. opt. ab a(ctis) P. Aelius P. f. Pal. Lucianus Ost(ia), coh. XII urb. centuria Marcelli, p. C. 198. VI, 3884, 1, 12.

18. opt. ab ac(tis) C. Iulius C. f. Mae ..... in laterculo coh. urb., p. C. 138. Eph. IV, 887 *b*, 16.

19. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh. t(?) urb. — (inter alia munera) optio ab act(is) etc. — p. C. 134, Beneventi. — IX, 1617 = I. R. N. 1459.

20. C. Oppio C. f. Vel. Basso —, qui ex beneficiario praeff. praet. factus est evoc. Aug. ab act(is) fori. — p. C. 137. Auximi. IX, in schedis = Grut. 445, 10. cf. Or. 3868.

21. C. Vasidius C. f. Palat. Bellicus miles cohort. X urbanae, optio centuriae, signifer, fisci curator, optio ab actis urbi, veteranus Aug. — Thubursici Numidarum. — VIII, 4874 = Wilm. 1565.

Qui apud Renierum legebatur,

(22.) Ampliatus act[arius]. Lambaesi. Ren. 282 = Wilm. 591,

eum rectius act(orem) fecit Wilmanns, VIII, 2803.

XVII.
DE EXACTIS.

Si actarii munus ad acta militaria recte rettulimus, Marquardtio assentiri necesse est, qui *Staatsverw.* II, p. 533 dicit ab actario exactum non diversum fuisse. Nam hunc quoque proprie militem 'ab actis' sive 'ex actis' dictum, inde autem nomen exacti eadem ratione derivatum esse, qua Aboriginum nomen et similia facta sint, exposuit Mommsenus, *Annali* 1853 p. 73 sq. In epigraphicis exemplis exactorum variae sunt rationes, quibus hoc munus accuratius circumscribitur:

I. Exactos consularium hos habes:

1. T. Fl(avio) Clementi mil. leg. III Italic. exacto cos., qui vixit annis XXIIII. — Augustae Vindelicorum. III, 5812.

2. Iulius Emeritus mil. leg. VIII Aug. Severianae [Al]ex[andr]ian[ae] exactus cos. — p. C. 223. Mogontiaci. Br. 996.

3. L. Antistius Bellicianus mil. leg. s. s. (sc. II adiutricis) exactus off(icii) pr(a)esidis, sc. leg. cons. Pannoniae superioris — Brigetione. III, 4311.

Exactos procuratorum hos:

4. Celerini Fide[lis] civis Batavi mil. l[eg.] XXX exacti proc. p(rovinciae) L(ugdunensis), [q]ui vixit ann. XXXXI. Lugduni. Henz. 6816 = Boiss. p. 334, 31.

5. Pompeio Felici ex acta procuratoris. — Boissieu p. 253.

II. Exactus legionis exstat in titulo Lambaesitano:

6. C. Octavius Caecilianus mil. exactus leg. III Aug. — Lambaesi. — VIII, 2956 = Ren. 1034.

Hunc apud legatum legionis munere suo functum esse veri simile est. Idem Wilmannsius putat in eum cadere, qui exactus ad praetorium dici videtur:

7. C. Florio Honorato mil. leg. III Aug. exacto ad praet(orium). Verecundae. VIII, 4240.

Potest etiam cogitari de 'exacto ad praet(erita)'. Itaque quamvis verisimile tamen non certum est eundem virum doctum recte iudicavisse, cum huic adiungeret titulum Aquincensem incertae lectionis:

8. P. Ael(io) Iustino mil. leg. II ad[i]. exacto ad pra[e]t[oriu]m. prope Aquincum. III, 3634,

ubi ADPRAATICOM traditum est.

III. Exacti legionum vel legatorum legionum etiam ei fuisse putandi sunt, qui simpliciter exacti dicuntur:

9. C. Aponius Vitalis Tipas(a) exac(tus). In laterculo militum legionis III Aug. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2567, 54 = Ren. 133.

10. Aur(elius) Victorinus actar(ius) cum imm(unibus) libr(ariis) et exactis, leg. II Parth. VI, 3401.

IV. Restat unus titulus, cuius supplementa incerta sunt:

11. Sirifius Candidus exac(tus) c(larissimi?) v(iri?), [fortasse praesidis provinciae consularis. Th. M.]. — Lambaesi. VIII, 2977.

XVIII.
DE VARIIS GENERIBVS SCRIBARVM.

Marquardt *Staatsverw.* II, p. 532 sq. enumerat complura munera, quae ad officium scribendi pertinuisse putat. Ex eis nonnulla iam supra suis locis tractavi. Reliqua, de quibus aut nihil aut pauca scimus, praesertim cum eorum exempla epigraphica rara sint, hoc capite coniunxi.

I. Exceptorum, qui verba dictata celeriter excipiebant, nonnulla certa exempla exstant:

1. M. Valerio Florentio actuario comitum imp(eratoris) ex exceptore praef. praet., militavit ann. II mens. VI, vixit ann. XXI m. II d. VI, et M. Valerio Herodio optioni vexill(ationum) supras(criptarum) ex exceptore praefe(ctorum) praet. em(inentissimorum) v(irorum), militavit ann. II mens. VI, vixit ann. XX dies XII. — aetatis Christianae. prope Pergulam. — Mur. 864, 3.

2. M. Aur(elio) Augustiano (centurioni) coh. V vig., vix. an. XXXIIII, pro[ba]tus ann(orum) XVII, exceptor presidi (sic) provincies M(oesiae) s(uperioris) ann. IIII, lectus in praetori[o] eques sive tabularius ann. V, factus (centurio) in Syria vixit ann. VIII. — VI, 2977.

His exemplis usi Marinius eumque secuti Kellermannus et alii EXC· et EX· notas, quae in laterculis vigilum nonnunquam leguntur, per exceptorem suppleverunt his locis:

3. ex(ceptor) pr(aefecti) Aureli Thefiane. coh. I, centuria Victoris, p. C. 205. VI, 1056, 2, 69.

4. ex. pr. L. Valerius Aquilinus. centuria Sohaemi. VI, 1058, 7, 9.
5. exc(eptor) t(ribuni) C. Aelius Livian(us), centuria Aureli Iusti. VI, 1057, 7, 34.
6. exc(eptor) tr(ibuni) L. Iul(ius) Herculan(us), centuria Valentis. VI, 1058, 3, 12.
7. exc(eptor) C. Iul(ius)......... centuria Severi. VI, 1058, 6, 3.
} coh. V vig.

Accedit in laterculo, quem ad vigiles pertinere veri simile est,

8. ex. pr. Maeci Seve[r(e)]. — VI, 2406.

Haec etsi nequaquam certa sunt, tamen quodammodo confirmantur titulo nuperrime reperto Vazanitano:

9. ..... lianus bf. [et] exceptores [ex]pleta statione cum suis omnibus v. s. l. a. — Vazanis. — Masqueray, Rev. Afr. 22 (1878) p. 454.

II. Notarii unum exemplum repperi:

10. P. Aelio P. f. Crescentiano notario legati in officio Iuvenalis praef. praetori defuncto, vixit annis viginti duo et militavit an. IIII. — Lambaesi. VIII, 2755 = Ren. 204.

III. 'Ab indicibus', quod apud Marquardtium l. l. commemoratur, num inter munera militaria referendum sit, mihi quidem dubium est. Exempla eius in titulis duo reperiuntur:

11. M. Apicio T. f. Cam. Trioni p(rimi)p(ilari) leg. XXII primig. p. f., praef. leg. XIII gem., (centurioni) leg. XV Apollin., evoc(ato) a comment(ariis) cust(odiarum), optioni, evoc(ato) salar(iario), curat(ori) ab indicib(us), patron(o) mun(icipii) Ravenn(atis), pontif(ici). In agro Ravennati. XI, 19 = Or. 3464.

12. L. Antistio L. f. Sab. Quieto evoc. Aug. ab indices. VI, 3414. Quoniam uterque evocatus Augusti fuit, fortasse munus, quod ab indicibus vocatur, non ad militiam sed ad res privatas principis pertinebat. [Munus q. d. ab indicibus non recte refertur inter principalium officia utpote post missionem demum susceptum. Th. M.]

IV. Paulo certius est munus capsarii; quod quamquam Dig. 50, 6, 7 inter ea enumeratur, quae immunitatem aquandi et lignandi efficiebant, tamen in inscriptionibus nusquam reperitur excepto uno titulo Lambaesitano eoque mutilo:

13. .... pequari, librarius et discentes capsario[rum]........ — p. C. 199. Castris Lambaesitanis. — VIII, 2553 = Ren. 63.

Marquardtius l. l. putat capsarium libros ad rem militarem pertinentes in capsa servasse. Fortasse ita res se habuit. Ceterum non praetermittendum est supplementum, quod supra posui ex Corpore inscriptionum petitum, nequaquam certum esse in titulo mutilato et eo displicere, quod, cum de capsariis nihil sciamus, librariorum doctrina Dig. l. l. disertis verbis commemoratur; immunes enim habentur ei librarii, 'qui docere possunt'. Itaque malim coniungere librarium et discentes, subiungere capsarios. O litera, quae in fine servata est, fortasse initium sequentis vocabuli fuit. [Obstat, quod 'discens' nullo addito genetivo nusquam reperitur. Th. M.]

V. Non magis mihi exploratum est, quid de tabulariis iudicandum sit. Ipsum quidem tabularium castrense libros et rationes ad officia castrensia pertinentes continuisse facile intellegitur. Id commemoratur in titulo Lambaesitano:

14. [C. Cornelius Flo]rentinus (centurio) leg. III Aug., II pi[ae?]......oic ..... a tabul. castr., evok. e.... e.... [p]raet. vixit a[nn]..... Lambaesi. VIII, 2852 = Ren. 551.

Wilmanns putat Cornelium in praetorio militavisse, postea evocatum factum, denique munere aliquo ad tabularium castrense spectante functum ad centurio-

natum evectum esse. Sed quale illud munus fuerit, nescitur. Nam qui in titulis Africanis apud Renierum 1833. 1935 commemorantur adiutores tabularii, eos libertos Augustorum fuisse Marquardt ipse adnotavit; itaque non oportebat eos ad castrense tabularium referri. Eis adiungendum esse consentaneum est adiut(orem) [ta]bul(arii), Ren. 1767. Contra castrense tabularium intellegendum esse videtur in titulo Germanico:

15. genio tabulari [l]ib(rariorum?) A. Vib(ius) Mercurialis libra(rius). — Prope *Heddesdorf* in Borussia Rhenana. — Br. 695.

Sed fuisse videntur etiam milites, qui ipsi tabularii dicerentur. Horum exemplum habes in titulo urbano, quem iam supra in exceptoribus laudavi:

16. M. Aur(elio) Augustiano — lectus in praetori[o] eques sive tabularius ann. V etc. VI, 2977.

In eo quid significet tabularius, non video. — Fortasse addendus est:

17. tab. P. Decimi(us) Macrin(us), coh. V vig., centuria Ulpii Rutiliani. p. C. 205, VI, 1057, 3, 5.

Plura autem exempla non repperi. Nam quod Mommsenus titulum Puteolanum:

(18.) .... C. f..... ninus mil. chort. VI [pr. ta]b. tesser. [carc]er. fisci [cur. co]rnicul. [praef]ec. praet. [(centurio) l]egion. — Puteolis. X, 1763 = I. R. N. 6348,

ita supplevit, hoc non recte factum esse putaverim. Nam in promotione principalium tesserario antecedens munus cuius nota in B literam desinat reperitur aut beneficiarii tribuni aut librarii, quorum exempla sunt II, 2610 et VIII, 217. Non est igitur, cur ante tesserarium inseramus tabularium, sed legendum est aut: ... chort VI (pr.) [bf. tri]b. tesser., aut, quod praeferendum esse videtur: ... chort. VI [pr. li]b. tesser.

XIX.
DE CVRATORIBVS.

I. Munus curatoris fisci cohortium praetoriarum et urbanarum proprium est. Exempla partim in laterculis militum partim in titulis privatis reperiuntur.

A. Ex laterculis praetorianorum haec collegi:

1. fisc. cu. C. Castricius Sei..... VI, 2375*a*, 9.
2. fis. cur. Sex. Gavius Vindex Varvaria. } centuria Rufi, VI, 2375*b*, 27. 31.
3. fis. c. T. Flavius Lucanus Emona }
4. f. c. L. Taurius Secundus Parma, coh. III, centuria Kani. p. C. 143. } VI, 2379
5. f. c. M'. Laberius Geminus Trebul(a), coh. V centuria Severi. p. C. 144. }
6. f. c. L. Vibius Secundus Aquil(eia), coh. VI (?), p. C. 143. }

7. f. c. L. Pompon[ius]. — *C*, 8
8. f. c. C. Iulius Priscus. — *B*, 13 } Eph. IV, 896 = C. VI, 2385.
9. f. c. C. Iuliu[s] .... *C*, 38

Huc accedunt ex aliis titulis praetorianorum:

10. Pletorio Primo fisci curatori coh. IIII pr. (centuria) Silvani, oriundus ex provincia Panno(nia) inferiore natus castello Vixillo, qui vixit annis XXXV m. IIII, m. an. XV m. VIII. — VI, 2544.

11. T. Vibius Rufinus coh. IIII [pr.] (centuria) Log., a l(ibellis) p(raefecti), o(ptio), f(isci) c(urator), evo(catus) in leg. XVI F(lavia) f(irma). VI, 627.

12. ...... C. f. . . . ninus mil. chort. VI [pr. li]b. tesser. [carc]er. fisci [cur. co]rnicul. etc. Puteolis. X, 1763 = I. R. N. 6348.

13. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr. — fisci curatori etc. Compostellae. II, 2610.

14. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr. — fisci curatori etc. Matilicae. Henz. 6771.

15. C. Tullio M. f. Vol. Celeri mil. coh. VIIII pr. curatori fisci. Boviani Veteris. IX, 2772 = Minervini, *Bullett. arch. Ital.* I, p. 69.

B. Ex laterculis cohortium urbanarum:

16. f. c. M .... VI, 2404 *b*.
17. f. c. C ...... coh. XIIII urb. VI, 3884, 5.

Ex aliis earundem titulis:

18. C. Vasidius C. f. Palat. Bellicus miles cohort. X urbanae — fisci curator. — Thubursici Numidarum. VIII, 4874 = Wilm. 1565.

19. C. Iul(ius) Victor mil. coh. XII urb. f. c. vixit ann. XL. — VI, 2917.

20. L. Caelius Sabinu[s] — veter. coh. I urb. fisc[i cur(ator) mis]sus honesta mis[sion]e. — Madaurae. VIII, 4679 = Ren. 2926.

C. Restant, quorum militia incerta est:

21. C. Val(erius) Tertius fisci curator. VI, 202.
22. ..... corn. trib .... fisci cur ..... VI, 3661.

Veri simile est curatores fisci in singulis cohortibus singulos fuisse, quamquam mirum est, quod in laterculo praetorianorum VI, 2375 duo curatores in una centuria reperiuntur.

II. Cum fisci curatores extra cohortes praetorias et urbanas nusquam commemorentur, inde colligi potest reliquas partes exercitus Romani ne fiscos quidem habuisse. Itaque curatores turmarum, qui apud equites singulares atque in alis et cohortibus auxiliaribus reperiuntur, aliter explicandi sunt. Nam ut praepositi veteranorum curatores dicuntur, ita hoc nomine nonnumquam ei significantur, qui extra ordinem cohortibus aut alis auxiliaribus aut turmis equitum singularium praesunt (cf. Mommsen, *Archaeol. Zeitung* 1869, p. 126). Exempla eorum haec sunt:

A. Ex equitibus singularibus:

23. Aur(elius) Atero cur., in laterculo equitum singularium turmae Iulii Mascelli, p. C. 200. VI, 225.

24. Pap(irius) Nepoti[an]us cur., in laterculo eq. sing. p. C. 205. VI, 228.

B. Ex alis equitum auxiliaribus:

25. G. Asinius Felix cur(ator) eq(uitum) al(ae) Fl(aviae). *Zarai.* VIII, 4510.

26. Aurelio Atheno (?) (centurioni), curatori alae II Astur(um), stip. XV. — Cilurni. — VII, 587.

27. Ulpius Tertius curator alae I contari(orum). *Tipasa.* VIII, 9262 = Ren. 4043.

28. G(enio) t(urmae?) Maz . . . . . Aure(lius) Dionisius cur(ator) pos(uit). *Veczel.* III, 1338.

29. C. Iulius Dexter vet., mil. in ala eq[ues], cur(ator) turmae, armor. custos, signifer tur(mae), milita. annis XXVI, dimis(sus) emer(itus) honesta missione. — prope Thevesten. VIII, 2094.

30. Victor(is) cura[toris?] ex t(urma) Martini. — *Weissenburg.* III. 5925, quamquam huius tituli supplementum incertum est. Mommsenus quidem l. l. 'cura[gentis]' scripsit.

C. Ex cohortibus auxiliaribus:

31. Statilio Tauro (centurione) leg. II Tr(aianae) f(ortis), curatore coh. eiusdem, sc. I Flaviae Cilicum equitatae. p. C. 140. Syenae. — III, 6025.

D. Subiunxi curatores veteranorum legionariorum:

32. Sex. Pom(pe)ius curat(or) leg. XIII g. — Aquinci. III, 3513.

33. Plancus curator veteranorum leg. IIII Macedonic[a]e, decurio. Taurinis. — V, 7005.

34. P. Tutilius P. f. O[uf.] veteranus, sign[ifer] aquilifer leg. V. . . . curator vete[ran.], accepit ab impe . . . . praemia dupl[icia] etc. vixit aa. a. Chr. 43 — p. Chr. 29. — Mediolani. V, 5832.

35. L. Sertorius L. f. Pob. Firmus signif. aquil. leg. XI Claud. piae fidelis, missus curat(or) veter(anorum) leg. eiusdem. — Veronae. V, 3375. Idem munus significatum esse probabile est in titulo, cuius supplementa non prorsus certa sunt:

36. Sex. Iu[lius . . . . . . f.] Ani. Silva[nus] summus c[urator c(ivium) R(omanorum)] suffragio [veteranor?] leg. VII C(laudiae) p(iae) f(idelis). — Aequi. III, 2733.

E. Unum restat exemplum, quod cum nullo ex eis, quae supra disposui, coniungendum est:

37. C. Valerius Silvanus cur(ator) scol(ae), in laterculo militum legionis III Augustae. Castris Lambaesitanis. VIII, 2562, 12.

XX.
DE ARCARIIS QVI FVISSE PVTANTVR.

Marquardt, *Staatsverw.* II, p. 533 iuxta curatorem fisci posuit arcarium, tamquam is in legione eodem munere quo ille in cohorte praetoria vel urbana functus esset. At exempla arcariorum, quae non multa sunt, docent eos servos [1]) fuisse neque in numerum principalium referri posse.

1. Cassio Augg. nn. vern(ae) disp(ensatori) leg. III Aug. p. v. — Ursinus ark(arius) leg. eiusdem. — Lambaesi. VIII, 3289 = Ren. 493.

2. Gamidia[n]us arc[ar(ius)] (sc. coh. II Tungrorum?) *Birrens.* VII, 1065. Huius tituli etiam supplementum dubium est. Idem cadit in eum, quem subiunxi:

3. P. Tamudius Venustus d. ar. arcar. — p. C. 211—212. Lambaesi. VIII, 2618 *b*, 34 = Ren. 100 *B* = Wilm. 1488.

Nam neque Renieri supplementum: 'd(iscens) a r(ationibus) arcar(ii)' bene se habet neque, quod Wilmanns (Exempl. 1488) dubitans proposuerat, 'd(iscens) ar(maturae), arcar(ius collegii veteranorum)', ipsi postea placuit. — Unus restat:

4. Aur(elius) Maximu[s] ex arc. — Potaissae. Eph. IV, 138, 4, 12, qui cum in laterculo militum legionis (V Macedonicae?) reperiatur, servus putari non potest. Fortasse ARC parum recte aut lectum aut scriptum est pro ARM, ut sit 'ex armatura' (cf. VIII, 2618). Potest etiam ARC nota significatus esse arc(hitectus).

XXI.
DE CVSTODIBVS ARMORVM.

I. Ex legionibus haec exempla collegi:

1. Tib. Cl(audius) Valentinus vet. ex c(ustode) a(rmorum) leg. I ad(iutricis). — Adiai. III, 4275.

2. P. Aelius Consta(n)s qustor (sic) armor. leg. II adiut(ricis). Camponae. III, 3399.

3. P. Ael(ii) Martialis q(uon)d(am) vet. ex [c(ustode)] a(rmorum) leg. II adi. — Aquinci. III, 3529.

4. G. Pollio Martiano vet. leg. II ad. ex c(ustode) a(rmorum). Aquinci. III, 3560.

5. Sept(imius) Cogitatus c. a. — leg. II ad. p. f. Sev. — p. C. 231. Aquinci. III, 3457.

---

[1]) Etiam inter servos privatos arcarios fuisse notum est Exemplum habes VI, 678.

6. — militi leg. II adi. ar[m]or. cust. et duplario stip. XIIII ann. XXXII Porolissensi pro(vinciae) D(aciae). — Aquinci. III, 3556.

7. Sarron(io) Verino — vet. leg. II Ita(licae) custos armor. — inter Ivennam et Celeiam. III, 5106.

Permagnus est numerus exemplorum ad legionem tertiam Augustam pertinentium. Et primum quidem in laterculis haec reperiuntur:

8. Iulius Ianuarius ar(morum). Castris Lambaesitanis. VIII, 2564, *b*, 16 = Ren. 90.

9. . . . . s Magnius Hadr(umeto) arm.
10. [Co]rnelius Saturnin(us) K(arthagine) arm.
11. . . . . lius Primus ar.

} Castris Lambaesitanis. VIII, 2565*b*, 7. 9. 10 = Ren. 134.

12. C. Iul(ius) Saturninus Cir(ta) armo.
13. Ti. Claud(ius) Secundus Thusd(ro) armo.

} Castr. Lamb. VIII, 2567, 35. 36 = Ren. 133.

14. P. Popilius Donatus cas(tris) arm(orum custos). Castr. Lamb. VIII, 2568, 35 = Ren, 129. Nam qua de causa Wilmanns hoc loco 'arm(aturam)' suppleverit, non video.

Accedunt ex titulis privatis eiusdem legionis:

15. L. Aemilius Albus armo. leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2795 = R. 252.

16. C. Bebio Iuliano armorum leg. III Aug. — *Kesur-el-Ghennaia.* VIII, 4307 = Ren. 1605.

17. [Ti.] Cl(audius) Alexander vet. ex armor. c[ust. leg. I]II Aug. — Lamb. VIII, 2840 = Ren. 1368.

18. L. Clodius Fortunatus armo. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2844 = Ren. 514.

19. C. Cornelius Pietas armoru. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2855 = Ren. 556.

20. Fl(avius) Maximus armor. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2873 = Ren. 639.

21. L. Furnasi[dius] Asclepiades arm. cus. leg. eius[d]. (sc. III Aug). Lambaesi. VIII, 2912 = Ren. 793, idem 2983 = Ren. 1215.

22. C. Iulius Martialis armorum c. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2908 = Ren. 776. Idem VIII, 2909. 2910 = Ren. 777. 778.

23. Iulius Quintus armor. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2919. 2918 = Ren. 805. 804.

24. C. Iulio Viatori armor. cus. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2925 = Ren. 833.

25. C. Iunius Tertius armorum leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2927 = Ren. 888.

26. C. Metil(ius) Secun(dus) armoru. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2943 = R. 993.

27. A. Octavius Aufidianus armorum cust. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2955 = Ren. 1031.

28. Tannonius Donatus ar. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2979 = Ren. 1206.

29. Titinii Pii armo. cu. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2984 = Ren. 1220.

Eiusdem legionis, quamquam nota non adscripta est, hi fuisse putandi sunt:

30. P. Ael(ius) Arimalius armorum. — Lambaesi. VIII, 2787 = Ren. 234.

31. Ael(ius) Maio[r] armor. — Lamb. VIII, 2783 = Ren. 223.

32. Iul(ius) Donatus arm. — Lamb. VIII, 2893 = Ren. 794.

33. C. Iulio Fortunato armorum. — Lamb. VIII, 2902 = Ren. 756.

34. [I]ul(ius) Quietus a. c. — Lamb. VIII, 2913.

35. C. Terentio Cereali veter. ex armorum custode leg. — Lamb. VIII, 2982 = Ren. 4074.

36. L. Valerius Plancianus — armorum cus. — Lamb. VIII, 2995 = Ren. 1256.

Sequuntur ex aliis legionibus:

37. C. Val(erio) Maximiano arm. cus. leg. IIII Fl(aviae) stip. IX, vix. annis XXX. Aquinci. — Eph. II, 709.

38. M. Valerio Flavo [b]f. leg. VII g. ex arm[icu]s(tode) an. LX. Tarracone. II, 4168 (= 3587).

39. C. Attio Romulo Augusta mil. leg. X g. ex armo. custode. Vindobonae. III, 4572.

40. Sept(imius) Iusti[ni]anus armo[r]. cust. l. XIIII g[em]. Anton. Scarbantiae. III, 4238.

41. C. Virius Sabinus veteranus [a]rmor. custos leg. XIIII gem. Mart. vict. Comi. V, 5270.

42. T. Fl(avius) T. f. Pol. Sabinus Cast(ris) mil. leg. XV Apol. (armorum) cust(os centuria) Annii Cassi, stip. XXII. — Carnunti. — Eph. IV, 533.

43. I. o. m. et genio (centuriae) Val(erii) Alexandri T. Devillius T. Immunis fil. Aurelia Victorinus c. a. leg. XXII pr. p. f. p. C. 205. Mogontiaci. Br. 1024.

44. Magissius Hibernus c. a. leg. XXII p. p. f. — *Weissenburg* in Alsatia. Bramb. 1836.

45. Pervincius Ursinus mil. c. a. leg. XXII p. f. — in agro Moguntino. — Br. 1294.

II. In alis equitum auxiliaribus haec exempla reperiuntur:

46. C. Iulio Agricol(a)e vet. ex arm. cust. al. I Aug. — Trigisami. III, 5655.

47. Terso Precionis f. Scordisc(us) eques alae Fro(ntonianae) tur(ma) Lobasini, ar(morum) cus(tos). — Camponae. III, 3400.

48. C. Iulius Dexter vet., mil(itavit) in ala eq[ues], cur(ator) tur(mae), armor. custos, signifer tur(mae), milita(vit) annis XXVI, dimis(sus) emer(itus) honesta missione. — prope Thevesten. VIII, 2094.

Quibus adiungendus esse videtur titulus Graecus:

49. Ἶλος Γέμελος ἱππεύς, ὁπλοφύλαξ. Idem Latine: Ilus Gemelus eq. armorum custos. — Eumeniae in Phrygia. III, 363 = C. i. Gr. 3902*g*.

Aliquanto plura sunt exempla ex numeris equitum singularium repetita:

50. P. Ael(io) Basso arm. cust. eq. sing. Aug. tur. Aeli Crispi, nat(ione) Bessus Claudia Apris, vix. an. XLI mil. an. XXI. — VI, 3177.

51. Aur(elius) Victor arm., turma Iulii Mascelli. p. C. 200. VI, 225.

52. Cl(audius) Maximus arm. cu. p. C. 205. VI, 228.

53. ...... M. f. Decimino [equ. sing.] Aug. n. armor[um cust. tu]r. Ulpi Viator[is, nat(ione) Thr]ax, vix ann[is .... m]il. an ..... VI, 3250.

His subiunxi eos, qui ipsi quoque equites singulares fuisse putandi sunt:

54. C. Aeliu(s) Masculinu(s) armoru(m) custode (sic). VI, 3295.

55. T. Aur(elius) Maximus armorum cu[stos] nat. Syrus, vixit ann. XXX..... VI, 3922.

56. Aur(elius) Novellus armorum custos. — VI, 3304.

57. M. Aur(elius) Ursinus c. a. — VI, 3248.

58. Ti. Claudius Marcus armorum custos. VI, 3199.

III. Restant nonnulli, quorum genus militiae certo recognosci non potest, quamquam veri simillimum est plerosque legionarios fuisse:

59. Aur(elius) Statianus c. a. (?) — Castris Reginis. III, 5951.

60. Q. Frendullus Rufus Vicetinus vix. ann. XXXXIIX militavit ann. XXIII armorum cust. Aquinci. III, 3549.

61. D. Iulius Rusonius cust. armorum. — Apuli. III, 1138.

62. Lucretio Proculo an. XXXV armorum cus. *Leon.* II, 2668.

63. P. Marcio P. f. Vot. Pr[o]bo .... armorum custodi. — In valle Serina. V, 5196.

64. L. Sep(timius) Ianuarius c. armor. p. C. 223. Aquinci. Eph. II, 693.

65. L. Sept(imius) Petronius c. a. Brigetione. III, 4323.

IV. Fortasse putaverit quispiam huc referendum esse etiam curatorem operis armamentarii ex titulo Lambaesitano:

(66.) L. Caecilius Urbanus opt. val. cur. operi. arm. — p. C. 209/211. Castr. Lamb. VIII, 2563 = Ren. 74.

Sed hic non proprio munere ad arma pertinente functus esse, sed optio fuisse putandus est, cui post aut praeter curam valetudinarii cura operis armamentarii mandata erat.

V. Quod in nonnullis titulis militaribus legitur, armatura vocabulo nihil aliud significari nisi militem, Borghesium secutus Henzenus ad n. 6794 dicit. At neque veri simile est rem tam simplicem tam insolito nomine significatam esse, et in titulo urbano VI, 2699 exstat mil(es) armatura, unde intellegitur horum duorum vocabulorum diversam vim fuisse. Qua re Wilmanns in indice collectionis suae exempla armaturae cum exemplis custodis armorum coniunxit. At Mommsenus epistola ad Huebnerum missa, quam hic publici iuris fecit in *Jahrbücher des Vereins für Alterthumsfreunde im Rheinland* 68 p. 53 sqq., exposuit armaturam eum militem dictum esse, qui a campidoctore omni arte bellandi imbutus fuerit. Itaque quamquam armatura inter principales non referenda est, tamen exempla eius hic adscripsi.

Ex legionibus haec collegi:

67. ...... im. q(uon)d(am) armat[ura] leg. II ad., stip. XVI o[r]iundus ex regione Bassianensi. — Intercisae. — III, 3336.

68. C. Aelius Rufinus cas(tris) arm(atura).
69. .... Kar(thagine) arm(atura).
} leg. III Aug. Castris Lambaesitanis. VIII, 2569, *a*, 17. *b*, 3.

Idem Aelius commemoratur in alio titulo:

70. C. Aelius Rufin(us) ex armatu(ra) cas(tris), dimissus a. 200. Lambaesi. VIII, 2618 *b*, 18 = Ren. 100.

71. P. Tamudius Venustus d(iscens) ar(maturae). 211/212 p. C. Lambaesi. VIII, 2618 *b*, 34. Hoc supplementum a Wilmannsio (Exempl. 1488) dubitanter propositum ipsi iam non placere supra commemoravi (p. 437).

72. — armatura legion. eiusd. (sc. IIII Flaviae fidelis?) — Singiduni. — III, 1663.

73. C. Iul(ius) Ma[r]inus Ara (Agrippinensi) armatura leg. XIIII g(em). M(artiae) v(ict.) ann. XXX stip. XII. — *Zahlbach* prope Moguntiacum. Bramb. 1178.

Accedit ex cohortibus praetoriis:

74. Aur(elio) Victori mil(iti) armatur(ae) coh. VIIII pr. natione Bes(s)us [q(ui)] vicxi (sic) an. XXXV milita. an. XVIII. VI, 2699.

Restat unum exemplum incertae militiae:

75. Fl(avius) Blandinus armatura. — *Lydney.* VII, 138.

XXII.
DE OPTIONIBVS.

I. Optiones centurionum vel centuriarum sive simpliciter optiones dictos, qui non pauci in titulis reperiuntur, per diversa genera militiae disposui.

A. Initium feci a legionibus.

1. . . . . Volt(inia) Luco o[p]t(ioni?) leg. I Ita. — Prope Scupos in Moesia superiore. — Eph. II, 496.

2. Cl(audius) Claudianus opt. leg. I ad[i]. — Brigetione. Eph. IV, 501.

3. Petroni Casti vet. missi honesta missione ex leg. prim. Min. ex optione proc. ducenar. — Valentiae Cavarum. Grut. 556, 6.

4. Salvio Memori vet. leg. I M. ex optione. Lugduni. Boissieu p. 304, 6.

5. vex(illatio) leg. II Aug., of(ficina) Apr(ilis), sub Agricola optione. *Brampton.* VII, 912 *b*.

6. Mart(i) Coc(idio) m(ilites) leg. II Aug. (centuria) Sanctiana, (centuria) Secundini d. sol. sub cura Aeliani (centurionis?); cura(vit) Oppius Felix optio. *Stanwix.* VII, 914.

7. L. Porcio L. f. Voltin. K . . . ro militi leg. II Aug. optioni, signifero. Ucetiae. Mur. 845, 2.

8. P. Ael(ius) P. f. Maecia Mestrius Pela(gonia) opt. leg. II adi. (centuria) Attei Dextri, an. XXXVIIII stip. XVIIII, h. s. e. Optiones leg. eiusd. — Aquinci. III, 3530.

9. L. Sept(imius) Constantinus optio spei leg. II adi. p. f. Antoninianae. p. C. 218. Aquinci. III, 3445. Optio spei dicebatur, quia se mox ad superius munus promotum iri sperabat.

10. . . . . . . Marcian(us) opt. leg. II ad. p. f. — Aquileiae. V, 811.

11. Proculus optio leg. II ad. stip. VI ann. XXV. — Aquinci. III, 3570.

12. M. Firmidius Speclatus (?) fr. leg. II Ital. p. f. optio. p. C. 200. Cavariae. Grut. 12, 1.

13. Val(erius) Vario. optio leg. II Italic(a)e Divit(ensium). — Spoleti. Or. 3391.

14. . . . . . [L]aterano et Ru[fino cos. in leg. II Parth., coh.] IIII mil. fac(tus) est; di[vo Antonino IIII et Balbino cos. defun]ctus est. Aeques (anno) XI, ... optio ann[o] XIII, . . . [defu]nctus est (anno) XVII. [Equiti, singulari? praefe]cti, optioni prim(o?) . . . . [leg. II] Parthicae. — p. C. 197—213. VI, 3409. Verba 'optioni prim'. potius aliter supplenda esse infra demonstrabitur.

15. — Lupi optionis legionis secundes. Vetero-Budae. Eph. II, 796.

16. Sex. Anicius Crescens op. leg. eiusd. (sc. III Aug.). — Lambaesi. VIII, 2994 = Ren. 1252.

17. M. Aurel(ius) Licinius op(tio). sc. leg. III Aug. Gemellis, 253 p. C. VIII, 2482 = Ren. 4095.

18. Q. Aurelius Processus Maddanius optio leg. III Aug. Lambaesi. VIII, 2824 = Ren. 405.

19. Clodius Honoratus optio leg. III Aug. Lamb. VIII, 2845 = Ren. 521.

20. L. Clodius Secundus opt. (leg. III Aug.). — Castr. Lamb. VIII, 2557 = Ren. 70.

21. Q. Dexius Licinianus optio leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2858. 2859. 2860 = Ren. 579. 580. 581.

22. L. Gargili Felicis opt. leg. III Aug. Lamb. VIII, 2879 = Ren. 676.

23. C. Geminius Victor op(tio), sc. leg. III Aug. Gemellis, p. C. 253. VIII, 2482 = Ren. 4095.

24. M. Iul(ius) Alexander veteranus leg. III Aug. ex optione. — Lambaesi. VIII, 2885 = Ren. 717.

25. C. Iulio C. f. Col. Attico Tar(racone) optioni leg. III Aug. an(norum) XLV. — Lamb. VIII, 2886 = Ren. 721.

26. Iulius Donatus eq. leg. III Aug. ex optione. — Lambaesi. VIII, 2894.

27. C. Mundius Honoratus vet. ex op. leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2948 = Ren. 1015.

28. [M. Petronius Fortunatus] . . . . militavit L annis, IV in leg. III A[ug]. librar., tesser., optio, signifer factus etc. — p. C. 199. Cillii. VIII, 217.

29. L. Terentius Saturninus opti(o). — Lambaesi. VIII, 2886 = Ren. 721.

30. L. Volumnius Crescens opt. leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 3004 = Ren. 1329.

Eiusdem legionis fuisse putandi sunt, quia ipsi quoque in titulis Lambaesitanis reperiuntur:

31. P. Ancharius Saturninus optio. Lambaesi. VIII, 2804 = Ren. 286.

32. Apo(nius) Sat(urninus) opt(io). — Lambaesi. VIII, 2810 = Ren. 339.

33/4. D. Iulius Liberalis ex optione. — Lambaesi. VIII, 2683. 2684 = Ren. 178. 179.

35. [Iu]lius Victor opt. Castris Lamb., in laterculo militum. VIII, 2565, *b*, 3 = Ren. 134.

36. L. Munatius Repentinus optio. Lambaesi. VIII, 2947 = Ren. 1013.

37. gen(io centuriae) sacr(um). C. Servilius Rogatus, optio dimissus, votum l. a. s. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2531 = Ren. 128.

38. ...... os ex opt[ione]. Lambaesi. VIII, 3009.

Accedunt maiores tituli dedicatorii ab optionibus legionis III Augustae positi:

39. Pro salute Aug(ustorum) optiones scholam suam cum statuis et imaginibus domus [di]vinae, item diis conservatorib(us) eorum ex largissimis stipend[ii]s et liberalitatib(us) quae in eos conferunt fecer(unt) curante L. Egnatio Myrone q(uaestore, sc. collegii optionum) etc. Lambaesi. VIII, 2554 = Ren. 60 = Wilm. 1481.

40. [Ta]bular[i]um princi[pis cum imaginibus] d[om]us divinae option[es cohortis primae] de suo feceru[nt]. (Sequuntur nomina.) — Tabularium princ(ipis) [c]um imag. domus divinae r[e]novatum ab Ulpio [A]ntonin[o p]rinc(ipe). E[t option]es coh(ortis) pr[im(ae)] et adiu[t(ores)] de suo f[e]cerunt. Castris Lambaesitanis. VIII, 2555 = Ren. 1407.

Sequuntur exempla ex aliis legionibus repetita:

41. Optiones (centurionum) leg. III Kur(enaicae) Valerianae Gallianae. — Bostrae. III, 89.

42. [Option]es leg. III Cyr. — Bostrae. III, 92.

43. Optiones (centurionum) leg. III Cyr. Bostrae. III, 95.

44. Iul(ius) Saturninus opt(io), sc. leg. III Italicae. — Castris Reginis. — Eph. IV, 630.

45. C. Refidius Rufus optio leg. IIII [p.] f. — Viminaci. III, 1652.

46. C. Iulius Saturninus domo Oesci ex optione vet. leg. V Mac. Troesmi. III, 6190.

Ad eandem legionem pertinere videtur fragmentum laterculi veteranorum Thordi prope Potaissam repertum:

47. .... [ex] opt. — 1, 14.
.... [ex] opt. — 1, 15.
Aur(elius) Lucilius ex opt. — 2, 10.
.... [ex] opt. — 3, 16
} Eph. IV, 138.

48. Salvinius Valentinus mil. leg. X gem. optio. vix. an. XXX, mil. an. XIII. VI, 3625.

49. Val(erius) Victorinus optio leg. X g. — Carnunti. III, 4419.

50. Aurelius Flavinus optio leg. XI Claudiae, annorum XXXX, qui mil. ann. XIIII et optio ann. X. — Aquileiae. V, 895.

51. Val(erius) Longinianus vixit annos XLV, militavit optio leg. XI Clau. ann. XV, centurio ord. ann. VI, natus in M[oe]si[a] infer. castell. Abritanor. — Aquileiae. V, 942.

52. C. Oppio T. f. Hor. leg. XII chort. prim. option. — Venusiae. IX, 435 = I. R. N. 714.

53. Aurel(ius) Marius optio, signif(er) leg. XIII gem. Apuli. III, 1124.

54. Caecili(i) Vale(n)tini opt(ionis) spei leg. XIII [g.], qui vixit annis XXIIII menses III dies XVIII. — Ticini. V, 6423.

55. Sep(timius) Veranus op. leg. XIII g. Carnunti. — Eph. IV, 532.

56. M. Ulp(io) M. f. Flavino optio(ni) signifero leg. XIII gem. [s]ti[p]. XXV . . . . Apuli. III, 1202. — Mommsenus adnotavit: 'malim signiferi'. At optionem signiferi re vera nullum esse et eos, in quibus hoc munus commemorari videatur, ex optionibus signiferos factos esse infra exponetur.

57. M. Licinius Secundus vet. ex opt. leg. XIIII g. — Hastae. V, 7561.

58. Taurinus optio lg. XIIII ge. — Carnunti. III, 4439.

59. — o[ptione]s leg. XIIII gem. — Aequinoctii in Pannonia superiore. — Eph. IV, 536.

60. M. Apicio T. f. Cam. Tironi p(rae)p(osito) leg. XXII primig. p. f., praef. leg. XIII gem., (centurioni) leg. XV Apollin(aris), evoc. a comment. cust., optioni etc. — Ravennae. XI, 19 = Or. 3464.

61. M. Ulpius Marci f. Quirina Dasius Sirmi(o) mil. leg. XV Apoll. (centurio) . . . . optio, an. XL stip. XX. Carnunti. III, 4491.

62. P. Enistalius P. f. Cl. Paternus Cemenelensis optio ad ordine(m, centurio) leg. XXII primigeniae piae fidelis. Cemeneli. V, 7872.

63. L. Novirius Camerinus optio leg. XXII pr. p. f. — Moguntiaci. Bramb. 973.

64. Potentinius Victor optio l[e]g. XXII pr. p. f. — Moguntiaci. Bramb. 1081.

65. . . . . . ovius L. f. [St]e. Peregrinus [mil. l]eg. XXII pr. p. fid. — optio, centurio [legi]onis eiusdem. — Taurinis. V, 7004.

66. Q. Vettius Quintus opt. leg. XXX U. v. p. f. p. C. 233. — Castris Veteribus. — Bramb. 219.

Postremo loco posui ea exempla, in quibus adnotatum est, cuius ordinis is centurio fuerit, cuius optio commemoratur. Et primum quidem complures optiones hastatorum reperiuntur:

67. M. Iul(ius) Vitalis optio hastati leg. eiusd., sc. I adiutricis. Brigetione. III, 4328.

68. L. [Vale]rius Ianuarius (optio) has(tati) [prior.], C. [Ant]onius Silvanus (optio) has(tati) pos[t(erioris)], coh. I leg. III Aug. Castris Lambaesitanis. VIII, 2555 = Ren. 1407.

Sequuntur principum haec exempla:

69. L. Senti Bellicani op. le[g. I] It. [(centuria)] pri(mae cohortis) pri(ncipis) pri(oris). VI, 3628.

70. C. Amandius Finitus opt. princi[p]. } p. C. 201. 202. Argentorati.
71. Q. Catilus (?) opt. pr (?). } Bramb. 1883.

72. L. Volum(n)ius Cresce(n)s op(tio) pri(ncipis), leg. III Aug. — Gemellis, p. C. 253. — VIII, 2482 = Ren. 4095.

Optiones primi pili hos repperi:

73. Domitius Terentianus opt(io) p(rimi)p(ili). — Brigetione. III, 4293.

74. Q. [Semp]ronius Felix (optio) p(rimi)p(ili), leg. III Aug. — Castris Lambaesitanis. VIII, 2555 = Ren. 1407.

Optionis trecenarii unum neque id prorsus certum exemplum servatum est ex legione V Macedonica:

75. . . . alis op(tio) tre(cenarii?) et ad(iutor?). — Troesmi. III, 6180, 3, 1.

Optionem praefecti legionis exstare putat Mommsenus in titulo Apulensi:

76. C. Maximius Iulianus op[ti]o [p]rae[f. l]eg. V Mac. — Apuli. III, 1094. At certa exempla huius optionatus desunt. Et quoniam praefectus legionis non in numero centurionum habebatur sed primo pilo superiorem gradum obtinebat, dubitari debet, num ei optio additus fuerit. Itaque fortasse praeferendum est aliud supplementum, quod eis titulis commendatur, in quibus optio praetorii commemoratur:

77. Munatius Re[nu]ntiatus optio pr(aetorii). Batnae. VIII, 4294 = Ren. 1587.

78. T. Sempronius Victor optio praetori. — Carali in Sardinia. Henz. 6940 = Wilm. 1281.

79. . . . us optio [p]raet[o]ri (?) — Augustae Vindelicorum. III, 5803. Nam optio praetorii ita explicari vix potest, ut optio centurionis in cohorte aliqua praetoria fuerit, et cum tres illi lapides, in quibus commemoratur, non in urbe sed in provinciis reperti sint, consentaneum est hoc munus ad legionariam militiam referri. In qua cum posteriore aetate princeps praetorii is centurio dictus sit, qui antea primus princeps prior fuerat (cf. Mommsen ad III, 830), optio praetorii breviter pro optione principis praetorii dictus esse videtur.

Restat optio prim(us?) legionis secundae Parthicae, cuius titulum iam supra n. 14 attuli, VI, 3409. Hoc munus quale fuerit, cum intellegi non possit, praestat aut optionem prim(ipili) aut optionem pri[nc(ipis)] supplere [1]).

B. Transeo ad cohortes praetorias et primo loco posui eos optiones, qui in laterculis reperiuntur:

80. opt(io centuriae) C. Iuli[us] Magnus Stobis.	p. C. 143	VI, 2379.
81. opt. M. Silicius Verus Urvino.	p. C. 144	
82. op. (centuriae) M. A[u]reliu(s) Sabinus Cibali. —	*a*, 29 = *B*, 29.	VI, 2385 = Eph. IV, 896.
83. op. (centuriae) L. Septius	*b*, 25 = *C*, 20.	
84. op. (centuriae) P. Allius	*c*, 16 = *C* post., 16.	
85. op. (centuriae) M. Aureliu[s]	*c*, 26 = *C* post., 26.	

86. opt. (centuriae) T. Claudius Diz[ala]. Eph. IV, 896 *D*, 3.

87. op. (centuriae) L. Lae . . . . L. f. Ul(pia) Placidus Zermiz(egetusa). Eph. IV, 894, 18.

Sequuntur duo, qui in laterculis commemorantur, quos praetorianorum esse etsi non prorsus certum tamen veri simile est:

88. opt. (centuriae) C. Valerius C. f. Papiria Hercu[laneo]. Romae. Eph. IV, 892, II, 13.

89. op. (centuriae) T. Antonius T. f. Cl. Pudens. — Romae. Eph. IV, 893, 20.

---

1) Sero comperi Mommsenum ipsum in titulo Apulensi n. 76 (III, 1094) optionem (sc. principis) praetorii agnovisse et exemplum eius muneris titulum Sardiniensem n. 78 (Henz. 6940) attulisse. Ibidem dixit in titulo urbano n. 14 (VI, 3409) optionem prim(ipili) explendum esse; in titulo Africano n. 77 (VIII, 4294) utrum pr(aetorii) an pr(incipis) expleatur, non multum interesse.

Cetera exempla secundum ordinem cohortium enumeravi:

90. L. Sertorio Secundo optioni coh. I pr. (centuria) Renni, vix. ann. XXX. VI, 2447.

91. C. Oppio C. f. Vel. Basso — (ante alia munera) signif(ero), option(i), tesse(rario) coh. II pr. etc. Auximi in Piceno. Paulo ante a. 137. IX, 5808 = Grut. 445, 10 = Wilm. 1596.

92. Iuli(o) Martiali op. chor. IIII pr. (centuria) Valentis, q(ui) vixi(t) ann. XXXIII. — Senis. Mur. 821, 1.

93. T. Vibius Rufinus coh. IIII [pr.] (centuria) Log(?) a l(ibellis) p(raefecti), o(ptio) etc. VI, 627.

94. M. Coelio C. f. Cam. Clementi mil. chort. VI pr. optioni, evoc. Aug., centurioni leg. IIII Flav. felic. Mys(ia) superior(e). Inter Pedemontanas. V, 7160.

95. C. Lucilius C. f. Vel. Vindex miles chor. VI praet., vixit ann. XXX, militavit annis XII principalis beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria. — Recaneti in Piceno. IX, 5778(?) = Or. 3461.

96. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr., beneficiario tribuni, tesserario in (centuria), optioni in (centuria) etc. — Compostellae. II, 2610.

97. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr. equiti coh. eiusdem — (inter alia munera) optioni etc. Matilicae. Hen. 6771 = Kellerm. vig. 46.

98. L. Mon[t]anio —, qui militavit optio in coh. VIIII annos XIIII, vix. an. XXXII. VI, 2716.

99. Lucretio A. f. [M]en. Proculo [opti]oni coh. X pr. (centuria) Lucani, vixit [an]. XXVIII mens. V, milit. ann. XI. — VI, 2747.

100. Val(erius) Firminus optio (centuriae), sc. Marciani, coh. X pr. p. C. 221 vel 222. VI, 323.

Accedunt, quorum cohortes incertae sunt, hi:

101. Aur(elius) Ingenuilis (sic) opt(io). VI, 2534. Titulum dedicavit militi cuidam cohortis IIII praetoriae.

102. opt. C. Iulius C. f. Cam. Priminus fac(tus centurio). VI, 215. Titulum esse praetorianorum propter locum, ubi effossus est, monent Kellermann Vig. n. 121 et Henzenus l. l.

103. Val(erius) Ianuarius opt(io centuriae). VI, 2758. Titulum dedicavit militi cohortis X praetoriae.

104. T. Ulp(ius) Florus [Sarmiz]egethusa mil. fac[tus in leg. II]I gem. [p. f.] (p. C. 200) — translatus in [coh . . . . praetor.] (p. C. 205) — [fac]tus optio in coh. s. s. (p. C. 214) etc. — Beneventi. IX, 1609 = I. R. N. 1451.

Restant duo fragmenta, in quibus inter alia munera optionatus commemoratur: VI, 2794 et 3661, quorum posterius utrum ad cohortes praetorias an urbanas referendum sit, incertum est.

C. Sequuntur exempla ex cohortibus urbanis repetita; et primum quidem in laterculis haec reperiuntur:

105. opt. (centuriae) L. Codonius L. f. Hor. Proc. — p. C. 138. Romae. Eph. IV, 887, III, 19.

106. opt. M. Aeretius M. f. Pol. Sucessus Ost(ia), coh. XIIII urb. p. C. 198. VI, 3884, 4, 8.

Accedunt ex aliis titulis:

107. M. Silius Quintianus optio, coh. XIII urb. — Tunete. — Ren. 4062.

108. C. Vasidius C. fil. Palat. Bellicus miles cohort. X urbanae, optio centuriae, signifer etc. — Thubursici Numidarum. VIII, 4874 = Wilm. 1565.

109. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb., — (inter alia munera) optio, signif. etc. — p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

D. Multo maior est numerus exemplorum, quae in inscriptionibus vigilum exstant.

110. opt. Rutili Clemens, centuria Ingenui.	coh. I vig. Antoniniana. p. C. 205. VI, 1056.	
111. op. Valeri Victor, centuria Victoris.		
112. opt. Ploti Postumine, centuria Quintini.		
113. op. Titi Secunde, centuria Iuvenis.		
114. opt. (centuriae) L. Caelius Ianuarius, centuria Caeserni Senecionis.	coh. V vig. p. C. 205. VI, 1057.	
115. op. (centuriae) C. Hirpid(ius) Filocalus, centuria Aelii Torquati.		
116. op. (centuriae) L. Aureli(us) Donatu(s), centuria Ulpii Rutiliani.		
117. opt. Q. Caecil(i)us Victor, centuria Taurisci.		
118. opt. Ti. Claud(ius) Trofim(us), centuria Auluporis.		
119. opt. (centuriae) P. Iulius Pudens, centuria C. Iulii Rufi.		
120. op. (centuriae) C. Pompon(ius) Felix, centuria Aurelii Iusti.		
121. op. . . . . imi(us) Comin . . . . . , centuria Antulli.	coh. V vig. p. C. 210. VI, 1058.	
122. op. (centuriae) L. Clod(ius) Macrinus, centuria Valentis.		
123. opt. (centuriae) L. Silicius Augustalis, centuria Verini.		
124. opt. (centuriae) Q. Sulleius Iulianus, centuria Romuli.		
125. opt. (centuriae) Q. Octavius Modestus, centuria Sohaemi		

Nomina optionum in eis tantum centuriis desunt, in quarum initio nonnulli versus evanuerunt. Neque dubitari potest, quin in singulis centuriis singuli optiones fuerint.

Extra laterculos haec exempla reperiuntur:

126. C. Virrius Iucundus vexill(arius) coh. II vig. (centuria) Viserti Latini, milit. an. VI m. VII dies VIIII, in eis tesserar., optio, vexillarius, vix. an. XXVII. — Pisis. Or. 3480.

127. L. Cornelio L. f. Herculano opt. (centuriae), sc. C. Atticii Sperati. Cohortem quartam fuisse coniecit de Rossi. — p. C. 200. VI, 220.

128. C. Aeci Similis benef. trib., optio coh. V vig. etc. Capuae. X, 3880.

129. optio in (centuria) C. Lucretius An. Verecund(us) For(o) I(ulio), coh. V vig., centuria C. Iulii Rufi. p. C. 113. VI, 221.

130. ex opt(ione) tran(slatus) in st(ationem?) L. Aponius An. Matern(us) Foro I(ulio). Eadem centuria. VI, 221.

131. Aureli[o] Agrip(p)in[o] optione, centuria Marcelliani, coh. VII vig. VI, 3038.

132. optione P. Numisio Nepote, coh. VII vig. centuria Aurelii Herculani. p. C. 226 aut 229. VI, 3076.

133. optio (centuriae) Titianus, coh. VII vig., centuria Secundi. p. C. 219. VI, 3057.

134. optione Gargili[o] Rogatian[o]. p. C. 221. In pariete cubiculi vigilum. VI, 3069.

E) E cohortibus auxiliariis pauca exempla optionum exstant:

135. — Sirm(io) optio coh. [I] Alp(inorum) eq(uitatae turma) Maximi an. XLVI stip. XXVI. — Albae Regiae. III, 3352.

136. T(itus) — optio (coh. III Alpin.). *Ljubuški.* III, 6366.

137. L. S[eptimio Rom]ulo vet(erano) opt(i)oni [cohortis I Thr]acu[m] c(ivium) R(omanorum) [? equita]t(a)e. — Lussoni. III, 3319.

138. ... Baioni (?) Beusan[tis] optioni c[oh(orti)]s [eius]dem (sc. .... Dalmatarum) s[t]ip. [X]VIII [anno]rum XL. — *Mainhardt* in regno *Wuertemberg.* — Bramb. 1621.

Accedit unum ex alis equitum auxiliariis:

139. Fl(avius) Raeticus optio eq(uitum) al(ae) Aur(ianae). *Emmetzheim.* III, 5924.

F) Postremo capite comprehendi nonnullas minores partes exercitus Romani, quibus optiones non defuisse paucis exemplis probatur.

Ex numeris equitum singularium unum servatum est:

140. Aur(elius) Priscus opti(o) eq(uitum) sing(ularium). Salonis. III, 2011.

Ex centuriis militum peregrinorum tria:

141. Aelius Valentinus optio peregrinorum. VI, 3324.

142. M. Orbius M. f. Aquis M[arcellus?] Sex(tis), optio mil(itum) peregr(inorum), m[il. an]nis XVII, vix. an. XXXV. re[stabant] huic dies LI ut fieret (centurio). VI, 3328 = I. R. N. 6816.

143. C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano praef. leg. III Cyrenaicae, p(rimi)p(ilari) leg. XX Valeriae victricis — (ante alia munera, in his duo classiaria) opt(i)oni peregrinorum et ex[er]citatori mil[i]tum frumentarior(um). — Titulus ex Africa Florentiam advectus. VIII, 1322 = Henz. 6871 Wilm. 1689.

Reliquus est unus optio numeri Syrorum, qui utrum pedites an equites fuerint, diiudicari non potest:

144. Aur(elii) Massamari op[tio]n(i)s [n(umeri) S]urorum. Lellae Marniae. — VIII, 9964 = Ren. 3807.

II. Eos optiones, quorum militiae genus neque in ipsis lapidibus notatum est neque aliunde certo cognosci potest, ordine alphabetico enumeravi.

145. Genio sancto centuri(a)e Aelius Claudian(us) opt(io). — Devae. VII, 166.

146. M. Alban[i]us Paternus optio. — p. C. 189. Coloniae Agrippinensium. — Bramb. 385.

147. M. Aurelio Marin(o) n(atione) Syr(o) veter(ano) ex opt(ione). Ferrarae. V, 2390.

148. Genio (centuriae) Tib. Claudius Mansuetus optio. — Apuli. III, 1015.

149. Cla(udius?) Marc . . . fac(tus) ex option(e) . . . . . beneficia[r(ius)]. — Naronae. III, 1783.

150. ex optione T. Fl(avio) T. fil. Alexandro nat(ione) Ital(ico) d(omo) Misen(o). — p. C. 247. Neapoli. — III, *D.* LIII.

151. T. Granius Victorinus optio. — prope Castra Vetera. — Bramb. 154.

152. Q. Iulius Donatianus optio (centuriae) coh. III. — VI, 3604.

153. Iul(ius) Ingen[uus] op[t]io. — Ancyrae. III, 263.

154. Iul(io) [Titiano] —, v(ixit) ann. XXV, optio an. II. — Iscae in Britannia. — Eph. III, 64.

155. L. Iun(ius) Dion[y]sius cornic. opt[io?]. — Tarracone. II, 4159.

156. Mamertin(i) Iusti opt. — p. C. 212. Trennfurth in Bavaria. Br. 1746.

157. C. Memmius Hierax optio. Salonis. III, 2044.

158. L. Pontio Paulo vet. ex optio(ne) nat. Pann. — Ferrarae. V, 2393.

159. Val(erius) Maximianus opt. — Aquinci. III, 3504.

160. [G]aio opt(ione). Rezčkae. III, 1590[a].

Restant ei lapides, in quibus nomina aut non scripta sunt aut evanuerunt:

161. [optio]nes ordinatorum, i. e. centurionum. — *Alsó-Kosály.* III, 830.

162. opti[o]. — Aquinci. — III, 3512.

163. . . . . . . optio . . . *Arzew.* — Ren. 4284.

Optiones, qui praeterea commemorantur, V, 5701. VI, 13. 42. 43. 410, non milites fuerunt.

III. Optionibus centurionum, quos in ipsis centuriis nonnumquam omni munere vacavisse verisimile est, aliarum rerum curam mandari solitam esse iam supra commemoravi[1]). Eius consuetudinis exempla hoc loco collegi.

A) De optionibus carceris supra egi (p. 423) et titulos, in quibus commemorantur, attuli: VI, 531. IX, 1617 = I. R. N. 1459. Henz. 6808.

B) Etiam valetudinarii curam optiones egisse his documentis probatur:

164. L. Caecilius Urbanus opt(io) val(etudinarii), cur(ator) operi(s) ar-m(amentarii). — p. C. 209/211. Castris Lambaesitanis. VIII, 2563 = Ren. 74.

165. Cl(audius) Edistus optio valetudinari. — prope Bonnam. — Bramb. 462.

166 (= 112). C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb. ad latus tribunor(um) fuit secutor, optio valetudi(narii) etc. — p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

167. T. Statilius . . . . [f.] Aquilinus Aquil[eia] (centuria) Acuvi, optio valetudinari. — VI, 175.

168. — fecerunt optiones valet[udinarii], sc. leg. III Aug. — Castris Lambaesitanis. p. C. 199. — VIII, 2553 = Ren. 63.

---

[1]) [Mihi e contrario semper visum est duo genera optionum distinguenda esse, alterum antiquitate et honore praecedens centuriarum singularum, alterum quodammodo supranumerarium et extra centurias, cui carcer, acta, equites, navalia, signorum cura, similia addicerentur. Eo enim ducit tam quod persaepe ad illos adicitur centuriae vocabulum vel in centuria, quam quod in titulo e. c. C. Lucii Beneventano sibi opponuntur optio nude et optio adiecto officio. Interpretationem supra prolatam artificiosam iudico nec satis probabilem. Th. M.]

Veri simile est, qui in titulo urbano:

169. — c(uram) a(gente) Herculanio Liberale va[l(etudinario)] p. C. 191. VI, 414,

valetudinarius dicitur, eum eiusdem generis fuisse et neglegentia quadam pro optione valetudinarii valetudinarium dictum esse.

C) Navalia ab optionibus administrata esse docent tituli Germanici:

170. T. Albanius Primanus sig. leg. XXII pr. p. f. optio navaliorum p. C. 185. Moguntiaci. Bramb. 1301.

171. L. Septimius Bellus sig. leg. XXII [p]r. optio navali[orum]. p. C. 198. Moguntiaci. Br. 1302.

D) Eodem referendi sunt optiones equitum, quorum haec exstant exempla:

172. L. Naevi L. f. Cam. Paullini evoc. Aug., militavit in cho. I pr. eques, optio equitum, cornicular. etc. VI, 2440.

173. C. Iulius C. [f.] Arn. Africanus Brixello optio equit(um) coh. VIIII pr. (turma) Iuli. — p. C. 157. VI, 100.

174. Celsius Aprilis Cas(tris) op(tio) eq(uitum?). — Castris Lambaesitanis in laterculo militum. VIII, 2568, 18 = Ren. 129.

E) Optionis ab actis exempla, quae in solis cohortibus urbanis repe-riuntur, supra adscripsi eo loco, quo de actariis egi (p. 430). Exstant in his titulis: VI, 3884. VIII, 4874 = Wilm. 1565. IX, 1617 = I. R. N. 1459. Eph. IV, 887. Quod si l. l. conieci optionem ab actis ab actario non diversum fuisse, huic coniecturae non repugnat id, quod modo de consue-tudine diversa munera optionibus centurionum mandandi dixi. Optionatus enim, cum certo alicui officio administrando destinari coeptus esset, ipse pau-latim in huius novi muneris formam abiisse putandus est. In quo munere ap-pellando postea optionatus significatio omissa est. Itaque, quem supra vi-dimus, valetudinarius pro optione valetudinarii et fortasse eadem ratione actarius pro optione ab actis dictus est. Quamquam haec inconstantia no-minum etiam alia ratione explicari potest; nam nomen optionis cum negle-gentius omitteretur, potuit fieri, ut vice versa etiam in eis principalibus ad-hiberetur, qui numquam optiones centuriarum fuissent sed alio quodam mu-nere, quod alioquin optionibus mandari soleret, fungerentur. Hanc explica-tionem si minus in optiones ab actis at certe in optiones valetudinarii et car-ceris quadrare docet titulus Beneventanus n. 112 (IX, 1617 = I. R. N. 1459), in quo C. Luccius fuisse dicitur deinceps: optio valetudinarii, optio carcaris, singularis, beneficiarius tribuni, a quaestionibus praefecti urbis, tesserarius, optio (scilicet centuriae), signifer, fisci curator, optio ab actis etc.

F) Qua ratione carceris, valetudinarii, actorum militarium, eadem etiam aliarum rerum curam optionibus traditam eorumque munerum signi-ficationem nomine optionatus circumscriptam esse veri non dissimile est. Exempla autem huius latioris usus, quae in laterculis vigilum reperire viri docti sibi visi sunt, nequaquam certa sunt. Quam ob causam exceptis opt(ionibus centuriarum) quos supra adscripsi, quaecumque notae ab O vel OP literis incipientes in titulis VI, 1056. 1057. 1058 exstant, eas cum nominibus, quibus praefixae sunt, hic uno conspectu proposui:

175. OC Alfadoni Saturnine, centuria Ingenui.
176. OC Mestri(us) Aprilis, centuria Quintini.
177. OC Mari Timon, centuria Iuvenis

coh. I vig., p. C. 205. VI, 1056.

178. OPA T. Silicius Ianuarius, centuria Caeserni Senecionis.
179. OPCA L. Clodi(us) Macrin(us), centuria Aelii Torquati.
180. OPC C. Cornel(ius) Saturnin(us) centuria Ulpii Rutiliani.
181. OPB Ti. Cl(audius) Speratianus, centuria Taurisci.
182. OPCO M. Aurel(ius) Eutychianus, centuria C. Iulii Rufi.
183. OPTB M. Lartidius Iulianus, centuria Aurelii Iusti

coh. V vig. p. C. 205. VI, 1057.

184. OPTC P. Aelius Annianus, centuria Antulli.
185. OP BA P. Iulius Faustinus
186. OPTC C. Firmius Firmianus
187. OPTC T. Aelius Tarracinens(is)

(185–187:) centuria Verini.

188. OPT CONV Q. Nutrius Paulinus, centuria Sohaemi.

coh. V vig. p. C. 210. VI, 1058.

Kellermannus eumque secuti alii viri docti (Henzen n. 6791, Wilmanns n. 1499, Marquardt, *Staatsverw.* II, p. 540) suppleverunt: optionem a(rcarii), optionem ca(rceris), optionem ba(lnearii), optionem co(hortis), optionem co[h(ortis)] V. At horum munerum pleraque nova et inaudita sunt. Accedit, quod optio carceris alioquin in laterculis KARC vel CAR notis significatur (VI, 1057, 7, 14. 1058, 3, 7). Et qualis fuerit optio cohortis, nemo adhuc explicavit. Itaque omnem hanc materiam indigestam relinquendam esse putavi.

IV. Priusquam ad alia munera transeamus, commemorandus est usus nominis optionum propria vi ita adhibiti, ut eum significet, qui collegis vel commilitonibus suis per optionem eorum praesit. Ita dictus est optio tribunorum in titulo:

189. . . . . atrio Q. f. Hor. Sep . . . . to IIIIvir(o) viarum cur[anda]rum, tribuno militum l[eg. sec]undae adiutricis p. f., donis [mili]taribus —, optioni tribun[or(um) le]gionum quinq(ue), quaest(ori), pro [pr(aetore) pr]ovinciae Cretae et Cyren . . . . etc. Potentiae. X, 135 = I. R. N. 383.

Mommsenus l. l. adnotavit 'optionem tribunorum legionum quinque hoc solo loco nominatum videri tribunum militum eum, qui vexillationibus legionum quinque cum suis tribunis missis in expeditionem aliquam collegis, fortasse per optionem eorum, praeesset'. — Idem munus exstaret in titulo urbano:

(190.) P. Septimius P. f. Fabia Crispinianus opt. trib. et candidatus leg. eiusdem, sc. X gem. Or. 3514,

nisi is falsus esset.

Optionis tribunorum similis est optio signiferorum in titulo Germanico:

191. Prudencius Revere(n)s optio signiferorum. Moguntiaci. Br. 1048.

Nam optio signiferorum is fuit, quem signiferi e numero suo elegerant et communi alicui muneri praefecerant. Mommsenus putat ei curam signorum in castris depositorum mandatam fuisse; quam sententiam privatim mecum communicavit. Ab hoc optione signiferorum accurate distinguendus est optio signiferi, quem fuisse nonnulli viri docti statuerunt (e. g. Mommsenus ad III, 1202.). Is enim muneribus militaribus errore insertus est, cuius ei

tituli causam praebuerunt, in quibus signiferi ex optionibus facti commemorantur. De qua re infra plura dicentur, ubi de promotione principalium agetur.

XXIII.
DE TESSERARIIS.

I. Tesserarios, qui tesseras per contubernia militum nuntiarent (Veget. II, 7), in singulis centuriis singulos fuisse cum aliis inscriptionibus, in quibus 'tesserarii in centuriis' diserte dicuntur, comprobatur tum laterculis vigilum, ex quibus haec nomina huc referenda sunt:

1.	tes. Cassi Primitive, centuria Ingenui.	coh. I vig. p. C. 205. VI, 1056.
2.	tes. Tulli Honager, centuria Victoris.	
3.	tess. Vetti Lerti, centuria Quintini.	
4.	tes. Blaesi Probate, centuria Iuvenis.	
5.	tes. T. Pomp[e]ius Primus, centuria Caeserni Senecionis.	coh. V vig. p. C. 205. VI, 1057.
6.	tes. (centuriae) C. Minuc(ius) Honorat(us), centuria Aelii Torquati.	
7.	tes. P. Decim(ius) Primianu(s), centuria Ulpii Rutiliani.	
8.	tess. Q. Ebutius Felix, centuria Taurisci.	
9.	tes. C. Memmi(us) Victorin(us), centuria Auluporis.	
10.	tes. (centuriae) L. Silic(ius) Augustal(is), centuria C. Iulii Rufi.	
11.	tes. M. Caninius Primus, centuria Aurelii Iusti.	
12.	t(es. centuriae) M. Aurel(ius) Eutychian(us), centuria Rufini.	coh. V vig. p. C. 210. VI, 1058.
13.	tes. (centuriae) C. Valerius Raeticus, centuria Verini.	
14.	tes. (centuriae) P. Marcius Chrysocom(us), centuria Romuli.	
15.	tess. (centuriae) L. Aelius Terentianus, centuria Sohaemi.	

Nomina tesserariorum eis tantum centuriis desunt, in quarum initio nonnulla evanuerunt. — E reliquis titulis vigilum haec exempla collegi:

16. Fulvi Socrates tes., centuria Quadrati, coh. I. p. C. 212. VI, 1063.

17. C. Virrius Iucundus vexill. coh. II vig. (centuria) Viserti Latini, milit. an. VI m. VII dies VIIII, in eis tesserar., optio, vexillarius, vix. an. XXVII. — Pisis. Or. 3480.

18. C. Anio Eutycho mi[l]iti cho. III vig. (centuria) Antoni tesserario, qui militavit annis XI vixit anis XXXI. *Civitavecchia.* Descripsit Mommsenus.

19. M. Sentio Vitali tess. (centuriae), sc. C. Atticii Sperati, coh. IV vig. p. C. 200. VI, 220.

20. C. Cornelio Invento tesserario ex coh. V vig. VI, 2979.

21. tess. in (centuria) C. Messius Arn. Aper Hist(onio). coh. V. p. C. 113. VI, 221.

22. Vessius Maximus [t]esserarius, coh. VII vig. VI, 3033.

II. In laterculis praetorianorum multo pauciora sunt exempla:

23. tess. C. Vaesenus Proculus Urvino, centuria Maximini. p. C. 143. VI, 2379 *b*.

24. tess. Q. Aemilius Q. f. Pal. Datus Ost(ia). — p. C. 198. VI, 2384.

25. tes. M. Atilius. VI, 2385, 6, 6 = Eph. IV, 896, *C* post., 19.

Quae in aliis titulis praetorianorum reperiuntur, secundum ordinem cohortium disposui:

26. C. Sextio Spectato tesserario coh. I pr. p. v(indicis). — prope Genuam. V, 7740.

27. C. Aeli C. f. Gal. Aeliani Sego[briga] libratoris et tesserar[i] coh. II pr., evocato Augus[ti]. VI, 2454.

28. C. Oppio C. f. Vel. Basso — signif. option. tesse. coh. II pr. — Auximi in Piceno paulo ante a. 137. IX, 5808 = Grut. 445, 10 = Wilm. 1596.

29. T. Flavio T. f. Pup. Rufo militi coh. XII urb. et coh. IIII pr., ordinato architec(to), tesserario in (centuria) etc. — Ravennae. XI, 20 = Or. 3489.

30. . . . . ninus [mil.] chort. VI [pr. ta]b. tesser. etc. Puteolis. X, 1763 = I. R. N. 6348.

31. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr., beneficiario tribuni, tesserario in (centuria) etc. Compostellae. II, 2610.

32. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr. — (inter alia munera) tesserario etc. — Matilicae. Henz. 6771.

33. Q. Fa[bio . . .] Felici m[il. coh.] VIIII pr. te[sserario (centuria)?] Claresi, [qui vixit] ann. XXXV etc. VI, 2705.

34. A. Saufeius P. f. Ca[m. E]max (?) Ansio miles c[oh.] VIIII pr. (centuria) Firmi Ter[tulli], militavit — (inter alia munera) [tes]serarius. — Corini. III, 2887.

Accedunt fragmenta, in quibus munus tesserarii inter alia commemoratur, VI, 2794. 3661.

III. Ex cohortibus urbanis haec habes exempla:

35. [t]ess. C. Aemilius C. f. Stel. Octavianus Urv(ino), coh. XII, centuria Prisciani, in laterculo. p. C. 197. — VI, 3884, 1, 29.

36. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus — militavit in coh. t (?) urb. — (inter alia munera) tesserarius. — Beneventi. p. C. 134. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

37. Minervinus Fug. Italici mil. tess. coh. XII urb. — in armillo aeneo Florentiae reperto. Inter schedas Corporis voluminis XI. [Fortasse explendum est 'fug(i)', ita ut servus ipse loquatur. Th. M.]

IV. Sequuntur exempla ex legionibus repetita:

38. Val(erius) Valerianus tes. leg. I ad. — Brigetione. Eph. II, 889.

39. Ael(ius) Balbin[us] tes. [leg. I ?] a[di]. — Mursae. Eph. II, 580.

40. Pudentis [t]esse[r(arii)] mil. leg. II Aug. — *Ilkley* in Britannia. Eph. III, 76.

41. Aur(elio) Saturnino eq. coh. VIII pr. (centuria) Verissimi, qui militavit in leg. secunda Italica tesserarius ann. VI, qui vixit an. XXVIII. VI, 2672.

42. C. Caecilius Iovinus tesser. leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2828.

43. Q. Cornelius Florus tes. leg. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2853 = Ren. 552.

44. [M. Petronius Fortunatus] . . . . militavit L annis, IV in leg. III A[ug]. librar., tesser., optio etc. — p. C. 199. Cillii. VIII, 217.

45. Pomponii Honorati tess. leg. III Aug. — Lambaesi. — VIII, 2960 = Ren. 1370.

46. C. Terentius Secund(us) Opiter(gio) tesserarius leg. III Aug. — Lamb. VIII, 2983 = Ren. 1213.

47. — tesserarii leg. III Aug. p. [v]. — p. C. 198. Castris Lambaesitanis. VIII, 2552 = Ren. 65.

Praeterea ex laterculis legionis III Augustae huc referendi sunt:

48. Flavius Paulinus tess. Castris Lambaesitanis. VIII, 2562, 5.

49. . . . . [t]es.
50. Fabiu[s] . . . . tes.
51. Sallustius Faustinus tes.
} Castris Lambaesitanis. VIII, 2564*b*.

52. C. Memmius Verus cas(tris) tess. — Castr. Lamb. VIII, 2567, 51 = Ren. 133.

53. M. Lutatius Emeritus cas. tes.
54. Q. Cornelius Florus Thev(este) tes.
} Castris Lambaesitanis. VIII, 2568, 24. 34 = Ren. 129.

Eiusdem legionis fuisse putandi sunt, qui in titulis Africanis leguntur:

55. C. Censorius Primus tes. leg. — Lambaesi. VIII, 2838 = Ren. 502.

56. C. Iulius Victor veteran. ex tesse. — p. C. 158, Casis. VIII, 4330.

57. Valerius Rufinus tesserarius. Lambaesi. VIII, 2880 et 2996 = Ren. 1258.

Sequuntur exempla aliarum legionum:

58. Aur(elius) C . . . . to tesse. leg. V M., vix. ann. XL. Salinis. III, 935.

59. Ael(ius) Maximia(nus) ex tess. — Thordi prope Potaissam. In laterculo militum leg. V Mac. — Eph. IV, 138, 5, 15.

60. Sex. Sextio Carpophoro tesserario leg. VI ferr. an. VIII, q. vix. an. LVIII m. VIIII d. VIII. — fortasse Aquis Sextiis. Mur. 2036, 2.

61. Aur(elius) Maximinu[s] tes., sc. leg. VII Claudiae. — Ancyrae. III, 263.

62. L. Ael(ius) Candidin(u)s tes. leg. XIII g. — Rezčkae. — III, 1592*a*.

63. Aure(lius) Ianuarius tesserarius leg. XIII. — Dertonae. V, 7367.

64. Por(cius) Iulian(us) tes., coh. IIII leg. XIII g. — Apuli. — III, 1189.

65. — tesserario leg. XXII p. p. f. — Moguntiaci. Br. 1115.

V. Cohortium auxiliarium haec exempla exstant:

66. Q. Attius Conerti filius Tertinus tesserar. coh. I Ael(iae) sag(ittariorum). — Asturae. — III, 5646.

67. Iuli Seduli tesserari coh. I G(allaecorum). — p. C. 167. In Castro St. Christophori in Gallaecia. — II, 2553.

68. M. Aur(elius) Sallumas vet. ex tessr. coh. (miliariae) Hemes(enorum) domo Hemesa annorum LXXXII. — Intercisae in Pannonia inferiore. Eph. II, 600.

69. . . . . [mi]l. co[h]. . . . . . . r. tesse[rar.] . . . . Corini. III, 2888.

VI. Ceteros, quorum genus militiae incertum est, alphabetico ordine enumeravi:

70. Antonius Ingenu(u)s tesserarius. — Vindobonae. III, 4569.

71. Aure(lius) Speratus tes. — in gemma reperta *Sajó* in Dacia. III, 1638.

72. genio (centuriae) Iul(ius) Aelianus tesse. — Aquinci. III, 3422.

73. Q. Postumi L. f. Rufi tesserar. — Brixiae. — V, 4508.

74. L. Sep(timius) Vitalis tesserarius. — p. C. 223. Aquinci. Eph. II, 693.

75. Sueto(nio) Marcellin(o), militavit an. VI m. VIII, tes. an. II m. XI, eq. an. II m. VIIII. — Pisauri. ms. Vatican. 9736 f. 55.

76. Castelian(us) tesser. — Carnunti. Eph. IV, 529.

77. Primus tesera. — Iscae. — VII, 117.

78. — tess. st(ipendiorum) XVIII. — p. C. 230. Moguntiaci. — Br. 1027.

XXIV.
DE FRVMENTARIIS.

Frumentarii utrum inter principales referendi sint necne dubitari potest. Nam nomine eorum non munus sed genus quoddam militiae significari videtur, quia saepe non simpliciter frumentarii sed milites frumentarii dicuntur. At cum nonnumquam intra ordinem promotionis militaris frumentarius locum teneat (II, 4154. III, 3020), exempla eius generis huc inserenda esse putavi. Quoad fieri potuit, per legiones ea distribui.

1. C. Campaniano fr. leg. I adiu., vix. ano. XXXIII st. XV. — Carnunti. III, 4462.

2. Elpinius Festianus frumentarius leg. I adiutricis agens curam carceris. — Ephesi. III, 433.

3. M. Fa(b)ricius Atto fr. leg. I adiutric[i]s. — VI, 3332.

4. Amandinio Severo fr. leg. I Minerviae. — VI, 3333.

5. Ti. Marci(i) Martini fr. leg. I Min. — VI, 3334.

6. Placidin(i)us Paternus frument. leg. I Min. — VI, 3335.

7. P. Aeli Urbicini mil. frum. leg. II Aug. — VI, 3337.

8. T. Flav[i] Verecun[di] frum. leg. II Aug. — VI, 3338.

9. L. Gratii L. f. Clau. Verini Cemeneli mil. frum. leg. II Aug., vix. ann. XXXI militavit an. XII. — VI, 3339.

10. M. Aur(elii) Iovini fr. leg. II adi. stip. VIII. — Aquinci. — III, 3466.

11. Salvio ann(orum) XXXIII frum. leg. II adi. — Sirmii. III, 3241.

12. M. Ulpio M. f. Iustino mil. leg. II adiutr. frum. domo Savaria, vix. ann. XXVIII m. V d. XI, mil. ann. X m. IIII. — VI, 3336.

13. Accio Maximo mil. leg. II Ital. frum. an. XXII. — Viruni. — III, 4830.

14. Aurelius Lucianus frumentar(i)us [in] legionem II Itali[cam ad] frum[e]ntarias [res curandas]. — VI, 3340.

15. M. Firmidius Speclatus (?) fr. leg. II Ital. p. f., optio. p. C. 200. Cavariae. — Grut. 12, 1.

16. D. Cornelius D. fil. Arn. Felix domo Karthag. mil. frument. leg. III Aug. — VI, 232.

17. T. V[a]rronius Maro frumen[t]arius leg. III Quirenarice (sic), qui cucurrit [f]rum(entarius) ann. XL et (centurio) frum(entariorum) factus (est) modo. — Salonis. — III, 2063.

18. T. Cl(audius) Severus fr. leg. III Italic. — In monte St. Bernhardi. V, 6869.

19. Ael(ius) Chavinus mil. [f]r. leg. IIII Fl(aviae) f(irmae). — VI, 528.

20. C. Annio Valenti vet. ex num(ero) frum(entariorum) leg. IIII Fl. VI, 3341.

21. ...... ano [f]rum. [leg. I]III F. f. — Aquinci. — III, 3578.

22. M. Flavi(us) Caecilius Telesphorianus f(r)um. leg. V Macedonic. — Lambaesi. — VIII, 2867 = Ren. 622.

23. T. Fl(avius) Pap. Valerianus Oesco mil. fr. leg. V Mac., vix. a. XXVIII mil. a. VIII. VI, 3342.

24. Aeli(o) P. fil . . . . [M]ogonti[aco Secu]ndo fr. le[g.] VI victr. — VI, 3343.

25. P. Antonius Victor mil. leg. VI victricis frum., vix. ann. XVIIII. — Sarmizegetusae. III, 1474.

26. T. Aurelio Pio mil. leg. VI victr. frumentario, vixit ann. XLVII militav. ann. XXV. — VI, 3344.

27. T. Cassio Secundo fr. leg. VI vic. — VI, 3345*a*.

28. M. Coelio M. f. Fl. Homullo Sol(va) mil. fr. leg. VI vic. Veronae. — V, 3362.

29. M. Ulpio Ner. Quinto Glevi mil. fr. leg. VI v. — VI, 3346.

30. P. Ael(io) Rufinuo (sic) frum. leg. VII Cl(audiae). — VI, 3347.

31. C. Vibius Arator mil. fr[u]m. le[g]. VII C(laudiae) p. f., mil. ann. XVII, vix. ann. XXXX. — Prope Scupos. Eph. IV, 219.

32. C. Acutio Cl. Severo Ara (Agrippinensium) mil. fr. leg. VII gem. f. VI, 3348.

33. Clod(io) Mariano frumentario leg. VII gem. — Bedai. — III, 5579.

34. Cn. Fulv[io C]apratino ex p[rovi]ncia Baetic[a It]alicensi probato in leg. VI ferra[t(a)], tra[ns]lato frum(entario) in leg. VII g. p. f., facto [bf.] cos., militavit ann. XXI vixit ann. XXXX. — Tarracone. II, 4154.

35. L. Ponti(i) Gal. Nigrini [Tarr]ac. mil. frum. leg. VII gem.
36. Q. Scaevius Maximus mil. frum. leg. eiu(s)d. } VI, 3349.

37. L. Valerio Calino frumentario leg. VI[I] gemin. — Aquileiae. V, 941.

38. Val(erio) Rufo mil. frum. leg. VII gem., qui vixit ann. XXXV dies VIII. — Tarracone. — II, 4170.

39. Catullio Catullino frum. leg. VIII Aug. — VI, 3350.

40. M. Firminius Frontin(us) fr. leg. VIII Aug. — X, in schedis = Metell. cod. Vatican. 6038 f. 121.

41. T. Flavi Fruendi fr. leg. VIII Aug. — VI, 3351.

42. Q. Haterius Valerianus frum. leg. VIII Aug. — VI, 230.

43. Iul(io) Licinio Sanctino mil. fr. leg. VIII Aug. — VI, 3352.

44. C. Iulio Vettio Aug. Vindelicum mil. fr. leg. VIII Aug., vixit an. XXIII, militavit an. VI. VI, 3353.

45. C. Melloni(i) Vicani fru. leg. VIII Aug. — VI, 3354.

46. P. Aelius Annianus mil. frumentari(u)s leg. X Fretensis. Athenis. — III, 6108.

47. Cartinio Grato fr. leg. X gem. — VI, 3332.

48. Cornelio Florin(o) frumentario leg. X geminae. — Ephesi. III, 433.

49. ...... m(iles) f(rumentarius) leg. X g[em]. — VI, 3355.

50. M. Aurelio Berulo frumentario leg. XIII geminae. — VI, 3356.

51. M. Aurelius Sophaenetus frum. leg. XIII gem. Severianae. VI, 230.

52. Vibius frumentarius leg. XV. — Emonae. — III, 3835.

53. L. Aemili(i) Flacci fr. leg. XX V. v. — VI, 3357.

54. T. Aureli(i) Cl. Certi fr. leg. XX V. v. — Panvin. cod. Vat. 6035 f. 71.

55. T. Sempronius Puden(s) frum. leg. eiusdem, sc. XX V. v. — VI, 3357. Idem commemoratur 3358. 3359.

56. C. A[l]pini Restituti fr. leg. XXII pr(imigeniae). — X, 6532 (?) = Metell. cod. Vat. 6038 f, 121.

57. M. Sabionius Cinna et L. Flavius Tertius et C. Mellonius Severus fr(umentarii) leg. XXII pr. — VI, 3351.

58. M. Aemilio M. f. Cl. Nigrino Ara (Agrippinensium) mil. fru. leg. XXX U. v. — VI, 3360.

59. M. Cuspio Quieto frum. leg. XXX U. v.
60. Q. Flaccinius Verus frum. leg. eiusdem. } VI, 3361.

61. T. Fl(avio) Iucundo fr. leg. XXX Ulp.
62. Flavi(i) Fruct[u]s et Victor [f]r(umentarii) leg. eiusdem. } VI, 3362.

63. Iulius Amandus fr. leg. XXX U. v. — VI, 3334.

Accedunt pauci, quorum legio incerta est:

64. Aurelian(us) ex fru(mentario) bf. co. — Murjavae in Dalmatia. III, 3020.

65. Aur(elio) Pertinace frumentario. — p. C. 228. Aquinci. — III, 3524. — Quo curante cum speculatores legionum I et II adiutricium dedicaverint, ipse quoque in altera utra harum legionum militavisse putandus est.

66. Q. Caelio Urbano fr. — VI, 3363.

67. L. Cassius L. l. Dama frumentar. — VI, 3364.

68. Harius frumentari(us). — VI, 3052. — Commemoratur in inscriptione parietina cohortis VII vigilum. Sed ea mutila est neque intellegi potest, quae ratio inter frumentarium illum et cohortem intercesserit.

69. M. Lol(lii) Prisci fr. — Bedai. — III, 5592.

70. [Valerius His]panus frumentarius stip. XVII [eq. sing.] imp. n. natus in provincia Maure[tania Caes]ariensi, vixit ann. XXXVIII m. IIII d. III ... VI, 3365. Henzenus ausus non est equitem singularem supplere, quoniam ‘inter equites singulares non videatur locus esse frumentario’. At fortasse Valerius ex frumentario eques singularis factus est eadem ratione, qua M. Aurelius Sextianus ex centurione frumentario exercitator singularium imperatoris (VIII, 2825 = Ren. 4077). [Sed ita *stip. XVII* male interponitur, nec recte componitur promotio gregariorum cum

cursu honorum centurionali. Quid subsit vere, nescio; possis cogitare de vocabulo *verna* non plane alieno ab ingenuis. Th, M.]

71. [Ul]pius Mon . . . . . [m]il. fr. leg. . . . . VI, 3366.

72. . . . . [V]ictor subprinc(eps) peregrinor(um) [stationem ad mil(iarium)] III vi(a)e Appi(a)e frumentari(i)s de suo refecit. — VI, 3329. Apparet igitur frumentarios etiam eos, qui Romam missi ibique sub imperio principis peregrinorum coniuncti erant, diversis legionibus, in quibus antea militaverant, adscriptos fuisse. Nam inter 43 frumentarios, qui in titulis urbanis exstant, 6 sunt, quorum legio non commemoratur. Et vel is numerus uno minuendus est, quoniam in titulo n. 71 (VI, 3366) nota legionis evanuit sed olim scripta fuit.

Idem non cadit in centuriones frumentariorum, e quibus hi tantum per legiones discribi possunt:

73. Vexillationes leg. II piae et III Concordiae ped(itatae ducenariae) sub cura P. Aeli Amyntiani (centurionis) frumentari(orum) leg. II Traian(ae). p. C. 170. Salonis. III, 1980.

74 (= 17). T. V[a]rronius Maro frumen[t]arius leg. III Quirenarice, qui cucurrit [f]rum. ann. XL et (centurio) frum(entariorum) factus (est) modo. — Salonis. III, 2063.

75. L. Trebonius Fab. Sossianus colonia Heliupoli (centurio) frum(entariorum) leg. IIII Fl. Gordianae. — VI, 423.

76. Caecili Maturi (centurionis) frum(entariorum) leg. VII gem., qui vixit ann. XXXVII me. VIII dies V. — Tarracone. II, 4150.

Reliquos, quorum legio ignota est, alphabetico ordine enumeravi:

77. P. Aelio P. f. Papir. Marcello cent(urioni) frum(entariorum), subprincipi peregrinorum, (h)astato et principi et primipilo leg. VII gem. etc. — Fulginiae. Henz. 6747 = Wilm. 1599 (cf. III, 1180).

78. M. Aurelio M. f. Pal. Sextiano Ostia (centurioni) frumentario, exercitatori singularium imp., hastato leg. III Aug., vix. an. XL (m ?) VIII. — Lambaesi. VIII, 2825 = Ren. 4077.

79. Cocceius Iulianus (centurio) frum(entariorum) v(ice) a(gens) princ(ipis) pereg(rinorum). VI, 3326.

80. Domitius Bassus (centurio) fr. agens vice principis peregrinorum. p. C. 235. VI, 428.

81. C. Iul(ii) Isidoriani (centurionis) fru(mentariorum). — VI, 3331.

82. C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano — (ante alia munera) opt(i)oni peregrinorum et ex[er]citatori mil[i]tum frumentarior(um). — ex Africa Florentiam advectus. VIII, 1322 = Wilm. 1689.

83. C. Titio C. f. Cl. Simili Agrippinensi proc(uratori) prov. Lusitaniae — primipilo leg. III Aug. piae vindicis principi peregrin., centurioni frumentar(iorum), centurioni leg. X . . . . Emeritae. II, 484.

84. — [centuriones] deputati et supernume[rarii et f]rumentari(i) etc., in titulo in honorem Saloninae posito. — VI, 1110.

85. . . . . . . ἑκατόνταρχον φρουμεντάριον. — Aphrodisiade. — C. i. Gr. 2802. Restat titulus urbanus positus a vexillatione quadam vigilum et militum classiariorum, in quo duo centuriones frumentarii vel frumentariorum com-

memorantur, positi post praefectum et subpraefectum vigilum et ante tesserarium:

86. Ulpio Firmo (centurione) fr.
87. Rufio Verino (centurione) fr. } p. C. 212, VI, 1063.

Qua ratione frumentarii cum vigilibus coniuncti fuerint, nescio. Aliud exemplum eius coniunctionis (VI, 3052) iam supra n. 68 attuli.

Ceterum exemplis centurionum collatis, quamquam non ita multa sunt, intellegitur et in singulis legionibus centuriones frumentariorum fuisse et numerum frumentariorum Romae degentem suos centuriones habuisse, qui nulli legioni addicti essent. [Hoc fortasse nimium est. Re sane cum extra legiones essent, tamen omnes legioni certae adscriptos fuisse crediderim, ne duo genera centurionum frumentariorum cogamur admittere. Th. M.]

De muneribus, quibus frumentarii functi sint, nihil novi discimus. Habemus frumentarium '[ad] frum[e]ntarias [res curandas]' VI, 3340, alium 'agentem curam carceris' III, 433, alium, qui nuntios celeriter perferendos suscepisse videtur, quoniam dicitur 'cucurrisse frumentarius annos XL' III, 2063. Sed talia officia frumentariorum fuisse iam dudum notum erat.

XXV.
DE SPECVLATORIBVS.

I. Speculatores in singulis legionibus denos fuisse probatur titulis II, 4122. III, 4452.

Quorum alterum infra suo loco afferam, alterum posuerunt

1. Corniculari(i), commentariens(es), speculatores legionum III Antoninianar(um) p(iarum) S(everianarum). Subscripta sunt nomina corniculariorum et commentariensium terna, speculatorum triginta. — Carnunti. p. C. 212 (?). III, 4452. — Una ex his tribus legionibus est I adiutrix Brigetionensis.

Subiunxi cetera exempla per legiones distributa:

2. Ulpius Valerius specul. leg. primae Nor(icorum). — Viruni. III, 4803.

3. Scola speculatorum legionum I et II adiutricium piarum fidelium Severian(a)r(um) refecta per eosdem, quorum nomina infra scripta sunt, dedicante Fl(avio) Aeliano leg. Aug. pr. pr. — (sequuntur nomina viginti) — curante Aur(elio) Pertinace frumentario. — p. C. 228. Aquinci. — III, 3524.

4. [Val]er(ius) L. f. G[al]. Celsu[s s]pec[ul.] leg. [II A]ug.
5. [Val]erius Pudens, [Ter(entius)] Probus sp[e]c(ulatores) l[eg. eiusdem]. } Londini. VII, 24.

6. P. Ael(io) Muciano spec. leg. II adiut. — VI, 3562.

7. Aurel(ius) Priscinus spec. leg. II adi. — trans Aquincum. — III, 3615.

8. ....us s[pec]ul(ator) leg. II adi. — Aquinci. — Eph. IV, 433.

9. [A]el(io) Valeriano specu[l. leg. III Aug.]. — Lambaesi. — VIII, 2793.

10. Genio scholae suae Aurel(ius) Felix speculator leg. III Aug. domo Thamug(adi) donum dedit. — Lambaesi. VIII, 2603 = Ren. 132.

11. C. Iulius Antoninus Iunior, militavit speculator in leg. III Aug. — Serianae. — VIII, 4381.

12. Iulius Saturninus sp. leg. eiusdem, sc. III Aug. — Lambaesi. VIII, 2890 = Ren. 795.

13. Tutius Maximus spec. leg. III Aug. — Lambaesi. — VIII, 2989 = Ren. 781.

Eiusdem legionis fuisse putandi sunt, quia in titulis Lambaesitanis repe riuntur:

14. speculatores:

L. Publicius Florentin(us) Lamb(aesi).

C. Caecilius Felix Bisica.

C. Iulius Dexter Theves(te).

Fadius Dubitatus Hadr(umeto),

qui enumerantur inter eos, qui imagines sacras aureas fecerunt. — Lambaesi. VIII, 2586 = Ren. 127.

15. Calpurnius Tevestinus ispeculator (sic). — Lamb. VIII, 2833 = Ren. 489.

16. Valerius Priscipinianus speculato(r). — Lambaesi. VIII, 2998.

Speculatores qui eidem legioni tribuendi sunt, sine nominibus commemorantur in titulis, qui sequuntur:

17. Stat(uam) Agrippinae coniugis Modi(i) Iusti leg. Aug. pr. pr. consulis speculatores et beneficiarii. — Lambaesi. — VIII, 2746.

18. M. Valerio Senecioni leg. Aug. pr. pr. praesidi provin(ciae) German(iae) infer(ioris) co(n)s(ulari) speculator(es) et benefic(iarii) et quaestionari(i) etc. — Lambaesi. VIII, 2751 = Ren. 87. Nam Valerium legatum provinciae Numidiae fuisse confirmatur titulo VIII, 2494 = Ren. 1647.

Sequuntur exempla aliarum legionum:

19. L. Blassius Nigellio specula. leg. VII Cl., vixit ann. XXXV. — Viminaci. — III, 1650 add.

20. Q. Annio Apro speculatori leg. VII gem. fel. intestato defunct(o) collegae eius d. s. f. — Sequuntur nomina septem. Tarracone. II, 4143.

21. Gargilius Ruffus speculator leg. VII g. f. — Tarracone. II, 4145.

22. Q. Hedio [L. f. Pol.] Lolliano [Genti]ano leg. [Augg.] pr. pr. p(rov). [H. c.] — cornicula[rii] eius et com[mentar(ienses)] et specul[atores] leg. VII gem. [p. f.]. — Sequuntur speculatorum nomina decem. — Tarracone. II, 4122.

23. C. Sallustius Taurus [s]pecul[ator] l. [V]II[I] Aug. — Moguntiaci. — Br. 1098.

24. speculatores legionis X geminae Vindobonensis in titulo supra allato III, 4452.

25. [C. Appuleius Etrus]cus speculator vet. leg. XI. — Novis. III, 1914.

26. Aur(elius) Valerianus spec. leg. XI Cl. — *Iosephsthal.* — III, 3021.

27. L. Iuli(i) L. f. Pol. Iuliani Prisci vet. specul. leg. XII fulm. — Callipoli. — IX, 7 = I. R. N. 439.

28. Ulp(ius) Proculinus speculator leg. XIII g(em). Gordianae. — p. C. 238/244. Apuli. — III, 990.

29. P. Urvinus P. f. Pol. For(o) Fulvi speculator leg. XIII stipend. XIIX anoru. XXXV. — *Zahlbach* in Hassia Cisrhenana. — Br. 1171.

30. Tib. Cl(audio) Ianuario spec. leg. XIIII g. comm. cos. prov. Delm(atiae) stip. XIII. — Salonis. III, 2075.

31. speculatores legionis XIIII geminae Carnuntinae in titulo supra allato III, 4452.

Accedunt nonnulli, quorum legio incerta est:

32. Iulius Pro[bi]nus obiit in Gallia morte. — la[te]ribus Germaniae meruit specul[a]t. et cornicul[ar]. legionis. Chusirae. VIII, 702.

33. — speculator(es) X. Titulum M. Vettio Valenti h(onoris) c(ausa) posuerunt. Eos legionarios fuisse ipso numero probatur. — p. C. 66. Arimini. — Henz. 6767 = Wilm. 1617.

34. — spec(ulatores) P(annoniae) s(uperioris). — Carnunti. III, 4402.

Restat titulus incertae lectionis:

35. M. Valerio Flavo s[p]. leg. VII g. ex arm[icu]s(tode) an(norum) LX. Tarracone. II, 4168. — In lapide exstant literae SF. Quae cum aut per s[p]. aut per [b]f. emendari possint, supra (p. 388) idem titulus inter exempla beneficiariorum relatus est.

II. Speculatores, qui in praetorio militaverunt, in laterculis hi reperiuntur:

No.		centuria	cohors	
36.	sp. L. Fabius			p. C. 120. VI, 2375 *a*.
37.	sp. Q. App[ius]			
38.	sp. L. Baius Restitutus Blera.			p. C. 120. VI, 2375 *b*
39.	sp. P. Postumius Florentinus Savaria.			
40.	sp. Ti. Iulius Restitutus Savaria.			
41.	sp. M. Blassius Severus Con		coh. VI	
42.	sp. Q. Farseus Firmus Arim[ino].			
43.	sp. L. Aemilius Iustus Vardacat.		coh. II.	p. C. 143 et 144. VI, 2379.
44.	sp. M. Vibullius Verus Dertona,	centuria Placidi		
45.	sp. Ti. Claudius Catullinus Faesul(is).	centuria Clementis.		
46.	sp. Q. Calpurnius Maximus Florent(ia).			
47.	sp. C. Vibius Praesens Brixello.			
48.	sp. L. Apertius Victor Brixell(o).	centuria Vitalis	coh. III.	
49.	sp. P. Atticius Ursio Brixell(o).			
50.	sp. L. Cafatius Maximus Laude.			
51.	sp. C. Caesius Verecundus Arretio	centuria Catti.		
52.	sp. P. Valerius Rufus Philipp(is).			
53.	sp. Q. Aufilenus Narcissus Interamn(a).			
54.	sp. M. Viracius Quintinus Cremon(a),	centuria Prisci	coh. IV.	
55.	sp. L. Caetronius Albucius Mediolan(o),	centuria Veri.		
56.	sp. C. Pontius Moderatus Emona,	centuria Caecili.	coh. V.	
57.	sp. L. Cominius Primus Tic[ino],	centuria Iusti.		

58. sp. L, Larciu[s]
59. sp. Q. Fi....
60. sp. L. Attilius Terentianus Bonon(ia), centuria Maximini.
61. sp. T. Caesernius Festinus Emona
62. sp. M. Sattius Rufinus Volceis } centuria Iedarni.
} p. C. 143 et 144 VI, 2379.

63. sp. T. Atilius T. f. Fla. Rufus Paesto. coh. V. p. C. 155.
64. sp. C. Titenius C. f. Cl. Secundus Tarvis, coh. VI. p. C. 154.
65. sp. d. d. L. Fusidius L. f. Vel. Cogitatus. p. C. 155.
66. sp. C. Annius C. f. Pol. Iustin[us].
67. sp. C. Mucius C. f. Cl. Ianuari[us]. } p. C. 156, centuria Certi.
68. sp. L. Vibius L. f. Sca. Satur[ninus], centuria Felicis, p. C. 153.
69. sp. C. Iulius C. f. Iul. Ca[m] ..... p. C. 154.
} VI, 2381.

Quid significent D · D · literae, nondum exploratum est. Henzenus dubitanter supplevit d(onis) d(onatum).

70. sp. C. Aufustius C. f. Cla. Tannis Celei(a)
71. sp. C. Anneus C. f. Scat. Firmus Vetlo. p. C. 173.
72. sp. L. Bassennius L. f. Off. Felix Mev[a(nia)]. p. C. 176
} VI, 2382.

73. sp. T. [Cl]audius Priscus Savar(ia).
74. sp. P. Ae[li]us Respectus Mog[o(ntiaco)].
75. sp. L. Septim(ius) Nepos Salo(nis).
76. sp. L. Gallon...
77. sp. P. Aelius
78. sp. P. He[lvius]
79. sp. P. [Helvius]
} VI, 2385 = Eph. IV, 896.

80. sp. Q. Epidius Q. f. Pol.
81. sp. Q. Rufius Q. f. Ani. Sev[erus] } p. C. 137, Romae. Eph. IV, 886.
82. sp. C. Ursulinus C. f. .... Romae. — Eph. IV, 892.

Fortasse huc referri oportet etiam tres speculatores, qui in fragmento incerto laterculi militaris reperiuntur:

83. sp. P. Aelius Valerian(us) Ph ....
84. sp. P. Aelius Proculus .. fr ....
85. sp. T. Aeb[utius?] ....
} VI, 2405.

Nam quamquam Henzenus propter formam laterculi hoc fragmentum cohortibus urbanis tribuit, tamen non neglegendum est, quod speculatorum in cohortibus urbanis militantium nullum certum exemplum exstat. Neque enim cohortibus urbanis tribui possunt speculatorum duo exempla, quae exstant in fragmento laterculi nuper edito:

86. sp. C. Iulius C. f. Aem. Campanus Durr(achio) 2, 10.
87. sp. Q. Cassiu[s]. 3, 6
} p. C. 141. Eph. IV, 887.

Huius enim laterculi priores paginae ad cohortes praetorias pertinent, quod exposuit Bormannus supra p. 317.

Ex eis, qui in titulis privatis praetorianorum commemorantur, hi per cohortes distribui potuerunt:

88. Ulp(io) Emerito militi speculatori coh. I pr. [(centuria)] Quintii. — VI, 2453.

89. ..... olio Nepoti specul. coh. III pr. [(centuria) L]ucreti Romani. Fori Novi. IX, 4783 = Amati, Itinerar. 1818.

90. M. Aur(elius) Ursi(o) speculator coh. IIII pr. p. v. — VI, 2528.

91. Aur(elio) Barbae sp(eculatori) coh. V pr., qui vix. an. XXXIII. — VI, 2561.

92. sp. M. Aur(elius) M. f. Ae[l]. Cassius Murs(a). coh. V. — VI, 2833.

93. T. C(laudius?) Longinu(s) co(ho)rtis V pr. spec(u)lator. — v(ixit) a(nnis) XXVI. — Surrenti. — X, 684 = I. R. N. 2119.

94. L. Licinius L. f. Quir. Paternus Novia specula(tor) cho. V pr. (centuria) Catonis, mil. an. IX [vix.] an. XXX. — VI, 3891.

95. M(arcus) Pucula Diza m(i)l(es) coh. V pr. p. v. sp(eculator centuria) Callistiani, q(ui) v(ixit) a. XXX, mil. a. XII. — VI, 2586.

96. sp. M. Aur(elius) M. f. Ael. Marcianus Murs(a). coh. VI. — VI, 2833.

97. C. Fabius C. f. Ser. Crispus Carthag(ine) specul(ator) coh. VI pr. (centuria) Flegeri, mil. an. XIII vix an. XXII (sic). — VI, 2607.

98. sp. M. Aur(elius) M. f. Fl. Diogenes Philippopoli vi[c]o C . . menos, coh. VII. centuria Quarti. p. C. 227. VI, 2799.

99. Sex. Novellio Proculo mil. cho. VII pr. (centuria) Temoni Iusti spec(ulatori). VI, 2653.

100. L. Terentius L. f. Vel. Simplex Firmo Picen(o) spec(ulator) coh. VII pr. (centuria) Sei, mil. ann. XVI vix. ann. XXXVI. VI, 2660.

101. Aurel(ius) Crispus sp. coh. VIII pr. — VI, 2668.

102. Sex. Ladinius Sex. f. Sab. Modestus Volaterras mil. coh. VIII pr. (centuria) Veri sp. Aug., mil. an. XIIII vix. an. XXX. — VI, 2683.

103. Cn. Sentius Cn. f. Ter. Saturninus Atine spec. coh. VIIII pr. (centuria) Severi, mil. ann. VIII vix. ann. XXVII. — VI, 2722.

104. . . . . nus Alpinus miles coh. VIIII [p]r. speculator, militavit ann. XVI. — prope Novariam. — V, 6597.

105. [A]urel(io) Tertulliano sp[e]c. — coh. VIIII [pr.] — p. C. 238. VI, 867.

106. M. Fadio Nomantino speculatori mil. coh. X pr. (centuria) Proculi, mil. ann. XVII vix. ann. XXXVII. Romae. VI, 2743.

107. C. Iulio Soleno spec(u)latori coh. X pr. (centuria) Similis, militavit annis XVI vixit annis XXXV. — VI, 3899.

108. L. Tros[i]us L. f. Pup. Maximus Tergeste (centurio) coh. XI urb., militavit (centurio) coh. II vig., evoc. Aug., a quaestion(ibus) pr. pr., speculator Aug. in coh. X pr., vix. an. LV mil. an. XXXIII. VI, 2755.

Adiunxi eos speculatores, qui in praetorio militavisse dicuntur:

109. — nomina speculatorum, qui in praetorio meo militaverunt, item militum, qui in cohortibus novem praetoriis et quattuor urbanis, subieci, etc. — In decreto Vespasiani. p. C. 76. Tomis. III *D*, X.

110. L. Arius L. f. Proculus miles speculator praet(orii), mili[t(avit)] annos X, vix. ann. XXIIX. — Polae. V, 45.

111. Aur(elio).....sio [ev]okato ex sp[e]clato[re] eq(uitum) praet(orianorum). vix. an...... — Camponae. — III, 3395 = Eph. II, 618.

112. C. Cassius Severus missus ex pr(aetorio) speculator. Patavii. V, 2784.

113. N. Didi N. f. Arvatia mil. in prae(torio) spec. an. XX, vixit an. XLV. VI, 2777.

114. Q. Laelius Q. f. Rom. Firmus spec. co(ho)r(tis) prae(toriae) centuria L. Vil. annos vixit XXVI. — Patavii. V, 2832.

115. L. Scantius Pap. Crescens veteranus speculator praet(orii centuria) Iusti. — Anaunis. V, 5071.

116. T. Veratius T. f. Ser. speculator praetorian. annos VIIII, vixit annos XXVIII. Assisii. — Kellerm. 132.

Inter hos, quos modo enumeravi, duo (V, 2832. 5071) certis centuriis praetorianorum adscripti sunt. Ceteros quominus ipsos quoque per cohortes et centurias praetorias dispersos fuisse putemus, ipsa verba, quibus commemorantur, non obstant. Et si fragmenta laterculorum inspicimus, reperimus speculatores ceteris principalibus et militibus praetorianis immixtos; unde veri simile fit etiam eorum, qui simpliciter speculatores praetorii vel speculatores praetorianorum dicuntur, condicionem eandem fuisse. Unum est decretum Vespasiani III, *D*, X, e quo alia ratio elucere videatur, quippe quo 'speculatores, qui in praetorio militaverunt', distinguantur a 'militibus, qui in cohortibus novem praetoriis et quattuor urbanis militaverunt'. Hanc controversiam Marquardt, *Staatsverw.* II, p. 530, ita dissolvere studuit, ut diceret speculatores e diversis cohortibus praetoriis colligi et proprio numero sub propriis centurionibus coniungi potuisse. Neque dubitari potest, quin hoc saepe factum sit. Quod si supra vidimus frumentarios, qui e diversis legionibus selecti Romae degebant, legionibus suis adscriptos mansisse, exspectandum est eandem rationem speculatoribus adhibitam nos reperturos esse, idque eo magis, quod hi, etsi ex cohortibus eligebantur et a ceteris militibus praetorianis seiungebantur, tamen in eadem urbe et fortasse in eisdem castris remanebant. At verbis decreti illius militiam speculatorum praetorii a militia militum praetorianorum diversam fuisse diserte exprimitur. Quae ratio cum ea, quam in laterculis componendis valuisse vidimus, conciliari nullo modo potest. Itaque post aetatem Vespasiani ea mutatio facta esse putanda est, ut speculatores, qui antea extra cohortes praetorias positi fuissent, postea eis insererentur. Neque enim inter eos titulos, in quibus speculatores certis cohortibus et centuriis praetoriis adscripti commemorantur, ullus est, quo decretum Vespasiani antiquitate aut superari aut aequiparari exploratum sit.

III. Quod si recte disputatum est, idem iudicari debet etiam de eis, qui cum simpliciter speculatores dicantur, tamen ad praetorium referendi sunt, quia in titulis urbanis commemorantur; ad quos accedunt nonnulli ex titulis non urbanis, qui aut quia 'speculatores Augustorum' fuisse dicuntur aut aliis de causis in praetorium referendi sunt.

117. A[ur(elius)] R[e]st[i]tutus spe[c(ulator)] titulum posuit militi coh. IIII pr. commanipulo suo. — VI, 2552. Mommsenus SPE literas corrigendas putat, ut sit s(ingularis) p(raefecti) p(raetorio).

118. C. C . . . . us Favor spec(ulator bis) missus (h)onesta missione. VI, 2834.

119. P. Dindius Speratus (centurio) spec(u)latorum Aug. — Celeiae. — III, 5223.

120. Q. Helvius Q. f. Ani. Bassus spec(ulator centuria) L. Staieni, vixit an. XXIX milit. an. XIII. VI, 3600.

121. [C.] Iulio C. f. Vel. Basso et L. Iulio C. f. Vel. Praesenti speculatoribus Caesaris Aug. — Viruni. III, 4843.

122. C. Iulio C. f. Vol. Silvano domo Vienna speculator(i), mil. an. XIIX v. a. LXV. VI, 3607.

123. L. Munatius Sabinus (centurio) specul(atorum). — Antii. X in schedis = Henzen, Bullett. 1878 p. 124. Hic in legiones referri non potest, quia de propriis centurionibus speculatorum legionariorum nihil traditum est.

124. [Pe]tronius C. f. Fal. Varia.... speculator Caesari[s]. — VI, 2782.

125. Q. Retulus Q. f. Felix sp(eculator centuria) Aemili, milita(vi)t an. VIII, vixit an. XXVI. — Brundisii. — IX, 40. Credi non potest eum, qui centuriam nominaret, legionis numerum omisisse. Itaque Retulum inter praetorianos rettuli.

126. L. Sentius L. f. Ouf. Saturninus Mediolanio (sic) speculator (centuria) L. Corneli Viatoris, vix. ann. XXXIII milit. ann. XIII. VI, 3629.

127. Q. Valerius Q. f. Fab. Exoratus Brixia vet. ex spec., vix. ann. XLV. VI, 3482.

128. T. Villius M. f. Secundus (centurio) spec(ulatorum) eq(uitum). — Taurinis. V, 7164.

129. . . . . . . aisse . . . [Ma]cedo . . . [sp]eculator [mil.] annis XII. — VI, 2779.

130. . . . . militi speculator(i), militavit ann. XVII vixit ann. XXXVII. VI, 2796.

In praetorio militavisse videtur etiam

131. Ti[b]. Sempron[ius] . . . . . nus spec. c[oh . . . . . . pr.] — Aquileiae. V, 935.

Nec minus praetoriani fuerunt speculatores, quorum mentio fit in titulo Ariminensi:

132. M. Vettio M. f. Ani. Valenti — (post alia munera centurioni) coh. II pr., exercitatori equit(um) speculatorum, etc. — p. C. 66. Arimini. Henz. 6767 = Wilm. 1617. Qui hunc titulum posuerunt, speculator(es) X legionarii fuisse putandi et supra suo loco commemorati sunt.

IV. Restant ei speculatores, qui utrum legionarii an praetoriani fuerint, diiudicari non potest. Quamquam veri simile est plerosque eorum legionarios fuisse.

133. C. Al[l]ius spec(u)l[ator]. — *Iader.* — III, 2910.

134. C. Apul[eius] Teren[tianus] ex specu[latore]. — Naronae. III, 1809.

135. Q. Aurelius Q. f. Sca. Rufus speculator, vix. ann. XLII milit. ann. XIX. Florentiae. Mur. 796, 7.

136. L. Casurio L. f. Clu. speculatori, aed(ili quattuor)vir(o) i. d. Ameriae. — Or. 3908.

137. Sex. Cetri Sev[er]i spec(ulatoris) benificiari Getae etc. Pisauri. Or. 3206.

138. L. Fadienus L. f. Pomp. Fuscus dom(o) Dert(ona) vet(eranus) speculator. — *Iader.* — III, 2915.

139. Val(erii) Paterni specul(atoris) exercit(us) Britann(ici), cura(m) agentibus Semp(ronio) Pudente mil. frum. et Cutio Euplu (?) ministro spec(?). VI, 3358.

140. .... specul[ator] .... *Weissenhof* in regno *Wuertemberg.* Bramb. 1571*a*.

XXVI.
DE PROMOTIONE PRINCIPALIVM.

Praeter laterculos vigilum Kellermannianos (VI, 1057. 1058), qui, cum eandem cohortem quinquennii intervallo mutatam bis exhibeant, de diversis gradibus munerum nonnihil docent, complures tituli minores exstant, in quibus munera, quibus singuli milites deinceps functi sint, perscripta sunt. Tamen si quis speraret inde plenum et perfectum catalogum munerum militarium secundum variam dignitatem eorum decurrentem effici posse, eum haec spes falleret. Munerum enim numerus tantus est et genera tantopere inter se differunt, ut credi non possit, quicumque ad summum gradum escenderet, eum omnes antea inferiores percurrisse. Nimirum variae erant viae promotionis, varia initia, varii exitus. Neque defuerunt principales, qui vel propter virtutem suam vel propter favorem eorum, a quibus beneficia dabantur, nonnulla munera tamquam transilirent. Tamen cum ea semper lex valuisse videatur, ne inferiora munera post superiora administrarentur, aliqui certe ordo eorum restitui et in universo numero nonnullae minores series munerum agnosci possunt, quae certa quadam consuetudine contineantur. Quare catalogum titulorum, in quibus complura munera eiusdem militis commemorantur, quantum facere potui, ita composui, ut ille ordo ex eo eluceret.

I. A. Initium faciam a duobus titulis Auximatibus ad eundem virum pertinentibus:

1. C. Oppio C. f. Vel. Basso p(atrono) c(oloniae) pr(aetori) Auximi, (centurioni) leg. IIII Fl. fel., evoc(ato) Aug. ab actis fori, b(eneficiario) pr(aefectorum) pr(aetorio), signif(ero), option(i), tesse(rario) coh. II pr., mil(iti) coh. XIIII et XIII urbanarum. — p. C. 137. Auximi. IX in schedis = Wilm. 1596*a*.

2. C. Oppio C. f. Vel. Basso p(rimi)p(ilari), p(atrono) c(oloniae), pr(aetori) i(ure) d(icundo) Aux(imi), (centurioni) leg. IIII Fl. fel. et leg. II Tr(aianae) for(tis), evoc. Aug. ab act(is) fori, b(eneficiario) pr(aefectorum) pr(aetorio), mil(iti) coh. II pr. et coh. XIII et XIIII urb., omnibus officiis in caliga functo centuriones leg. II Traianae fortis etc. — Auximi. — IX, in schedis = Wilm. 1596.

Apparet hunc titulum aliquanto post praecedentem scriptum esse, quoniam in illo Oppius nondum primipilaris dicitur. Praeterea in titulo posteriore accedit centurionatus legionis II Traianae, ad quem ex centurione legionis IIII Flaviae Oppium promotum esse inde colligitur, quod centuriones legionis secundae titulum posuerunt. Ceteroquin munera in utroque lapide inverso ordine enumerata sunt. Nam postquam in cohorte XIII (vel XIIII) urbana militare coepit et ex ea in cohortem XIIII (vel XIII) urbanam translatus est, munus tesserarii in cohorte II praetoria suscepit et in eadem postea optio et signifer factus est. Haec tria munera in titulo posteriore significantur verbis 'omnibus officiis in caliga functo', unde intellegitur, eam iustam seriem munerum minorum fuisse. Ex signifero Oppius beneficiarius praefectorum praetorio, ex beneficiario evocatus Augusti factus est, deinde in legione IIII Flavia ordinem accepit.

Videmus in serie munerum tesserarium infimum locum tenere. Neque desunt alia exempla, in quibus ab eo incipiatur promotio:

3. C. Virrius Iucundus vexil. coh. II vig. (centuria) Viserti Latini, milit(avit) ann(os) VI men(ses) VII dies XVIIII, in eis tesserar(ius), optio, vexillarius, vix(it) ann. XXVII. — Pisis. Or. 3480.

Vexillarii munus inter cetera in cohortibus vigilum eundem locum tenere quem in praetorio signiferi et per se consentaneum est et confirmatur laterculis VI, 1057. 1058 (3, 8 = 3, 4; et 6, 6 = 6, 6; et 7, 15 = 7, 3). — Idem initium promotionis videtur fuisse in fragmento tituli militis praetoriani vel cohortis alicuius urbanae:

4. . . . corn(iculario) trib(uni) . . . . fisci cur[atori], signifero, optione, tesserar(io) . . . . VI, 3661,

in quo munera inverso ordine perscripta sunt.

B. Tamen etiam plura sunt exempla, in quibus munus tesserarii post alia eo inferiora susceptum est:

5. L. Pompeio L. f. Pom. Reburro Fabro, Gigurro Calubrigen(si), probato in coh. VII pr., beneficiario tribuni, tesserario in (centuria), optioni in (centuria), signifero in (centuria), fisci curatori, corn(iculario) trib., evoc. Aug. — Compostellae. II, 2610.

In hoc titulo ante solitam seriem munerum beneficiatus tribuni positus est. Eundem ita positum reperimus in titulo Beneventano:

6. C. Luccius C. fil. Stell. Sabinus Beneventi decurio vivus sibi et Ofilliae Paratae uxori et Luccio Verecundo fratri posterisq(ue) suis fecit, militavit in coh. t(?) urb., ad latus tribunor(um) fuit secutor, optio valetudi(narii), optio carcaris, singularis, benefic(iarius) tribuni, a quaestionib(us) factus per Annium Verum praef. urbis, et tesserarius, optio, signif(er), fisci

curator, optio ab act(is), cornicul(arius) trib., benef(iciarius) Valeri(i) Asiatici prae[f(ecti)] urb(is), missus ab imp(eratore) Hadriano etc. p. C. 134. Beneventi. IX, 1617 = I. R. N. 1459.

Secutorem singulari, singularem beneficiario tribuni inferiorem fuisse iam supra commemoravi, ubi de his muneribus egi. Quae praeterea in hoc titulo ante tesserarium leguntur, extra solitum ordinem promotionis militaris posita fuisse videntur. — Accedit aliud exemplum tesserarii ex beneficiario tribuni facti:

7. A. Saufeius P. f. Ca[m. E]max (?) Ansio miles c[oh]. VIIII pr. (centuria) Firmi Ter[tulli], militavit annis . . . . . [bene]ficiarius t[rib. tes]serarius co[h. eiusd. ?], donis do[natus ab] imperat[ore] . . . . . . no Cae[sare Aug. tor]quib[us] . . . . Corinii. — III, 2887.

8. C. Arrio C. f. Corn. Clementi militi coh. IX pr., equiti coh. eiusdem, donis donato ab imp. Traiano torquibus armillis phaleris ob bellum Dacicum, singulari praefectorum pr., tesserario, optioni, fisci curatori, cornicul(ario) tribuni, evocato Aug., (centurioni) coh. I vigil(um, centurioni) statorum, (centurioni) coh. XIIII urb., (centurioni) coh. VII pr. trecenario, donis donato ab imp. Hadriano hasta pura corona aurea, (centurioni) leg. III Aug. primipilari, (duum)viro quinquennali, patrono municipii, curatori rei publicae, decur(ioni) et Aug(ustali se)[vir(o)] municipes Matil(icenses). — Matilicae. Henz. 6771 = Wilm. 1598.

Quantum singularis praefectorum praetorio ab eorundem beneficiario distet, intellegitur, si hic titulus cum Auximati (n. 2) comparatur. Nam Oppius Bassus omnibus officiis in caliga functus beneficiarius praef. pr. factus est; singularis autem etiam tesserario inferior est. Inde supplendum est fragmentum tituli urbani:

9. . . . . [si]n[g. pr]aef., tesser., optio, [si]gnif., benefic. pr[aef. p]r., evoc. Aug. (centurio) co[h] . . . . vig(ilum) et statoru[m]. — VI, 2794,

quod ipsum quoque documento est beneficiarium praefectorum pleraque cetera munera dignitate antecessisse. — Aliud munus tesserario inferius reperitur in titulo Africano:

10. [M. Petronius Fortunatus] . . . . militavit L annis, IV in leg. III A[ug]. librar(ius), tesser(arius), optio, signifer factus ex suffragio leg(ionis) IV. . . . militavit (centurio) leg. II Ital., leg. VII . . . ., (centurio) leg. I Min., (centurio) leg. X gem., (centurio) leg. II . . . ., (centurio) leg. III Aug., (centurio) leg. II[I] Gall., (centurio) leg. XXX U[l]p., (centurio) leg. VI vic., (centurio) leg. III Cyr., (centurio) leg. XV Apol., (centurio) leg. II Par., (centurio) leg. I adiutricis, consecutus ob virtutem in expeditionem Parthicam (a. 199) coronam muralem vallarem, torques et phaleras..... Cillii. VIII, 217.

Hoc exemplo usi certius, quam adhuc factum est, supplere possumus fragmentum tituli Puteolani:

11. . . . . C. f . . . . . ninus mil. chort. VI [pr. li]b., tesser., [signif]er, fisci [cur., co]rnicul. [praef]ec. praet. [(centurio) l]egion . . . . . Puteolis. — X, 1763 = I. R. N. 6348.

Pro lib(rario) potest etiam poni b(ene)f(iciarius) trib(uni), quamquam hic propter numerum literarum minus placet (v. supra p. 434). Quare pro carcerario signiferum inseruerim, supra iam exposui (p. 423). — Unus restat titulus, in quo ante munus tesserarii aliud antecedat:

12. C. Aeli C. f. Gal. Aeliani Sego[briga] libratoris et tesserar[i] coh. II pr., evocato Augus[ti]. — VI, 2454.

Libratorem Orellius parum recte ad munus ballistarii rettulit. Mensor librator intellegendus esse videtur, cuius aliud exemplum in praetorio exstat VI, 2754.

C. Ex tesserario factum equitem praetorianum habes in titulo urbano:

13. Aur(elio) Saturnino eq(uiti) coh. VIII pr. (centuria) Verissimi, qui militavit in leg. secunda Italica tesserarius ann. VI, qui vixit an. XXVIII. VI, 2672.

II. A. Optiones ex tesserariis fieri solitos esse compluribus exemplis (nn. 1. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10) vidimus. Sed non desunt ea, in quibus alia munera ante optionatum posita sint.

14. T. Vibius Rufinus coh. IIII [pr.] (centuria) Log(?)., a l(ibellis) p(raefecti), o(ptio), f(isci) c(urator), evo(catus) in leg. XVI F(lavia) f(irma). VI, 627.

Supplementa sunt Mommseni. Quae si recte se habent, 'a libellis praefecti' dictus est pro 'librario praefecti'; inter hunc igitur et optionem tesserarii munus aut neglegentia scribentis aut celeriore promotione Vibii omissum est.

15. C. Lucilius C. f. Vel. Vindex miles chor. VI praet., vixit ann. XXX militavit annis XII principalis, beneficiarius tribuni, deinde optio in centuria. — Recaneti in Piceno. IX in schedis = Or. 3461.

Etiam haec, quamvis brevis, series munerum cum ceteris, quas novimus, consentit. Nam beneficiarium tribuni tesserario inferiorem fuisse vidimus in n. 5. Tesserarii igitur munus Lucilius transiluisse putandus est. Idem fecisse videtur is, qui sequitur:

16. C. Aeci(i) Similis benef. trib., optio coh. V vig., mil. coh. XI urb. (centuria) Brutti. — Capuae. — X, 3880.

Qui hunc titulum lapidi incidit, ordinem munerum insolita ratione, si ista ratio dici potest, pervertit, si quidem Aecius ex milite cohortis XI urbanae beneficiarius tribuni cohortis V vigilum, ex beneficiario optio factus est. — Quod supra C. Lucilius principalis dicitur, hoc vocabulo omnia, quae sequuntur, munera comprehendi videntur. Paulo diversa ratione idem vocabulum positum est in titulo Beneventano:

17. T. Ulp(ius) Florus [Sarmiz]egethusa mil(es) fac[tus in leg. II]I gem. [p. f.] Severo et [Victorino cos.] (200 p. C.), translatus in [coh . . . praetor.] Antonino II cos (p. C. 205), [factus prin]cipalis in coh. s. s. [Pompeiano et Avit]o cos. (p. C. 209), promo[tus] . . . coh. s. s. Antonino IIII [et Balbino cos. (p. C. 213), fac]tus optio in coh. s. s. [Messalla et Sabi]no cos. (p. C. 214), factus sig[nifer Laet]o et Caeriale cos. (p. C. 215), [factus custos imp.] Antonino aedis sa[cr. Praesente et Extr]icato cos. (p. C. 217), factus . . . . . Contiaciatuno IIII . . . . to cos., translat[us] . . . . . tano

imp. Pio et Pon[tiano cos. (p. C. 238) in] coh. III praetor . . . . . uto cos., fact . . . . . Beneventi. — IX, 1609 = I. R. N. 1451.

Nam certum aliquod munus nomine principalis significari apparet. Quod quale fuerit, recognosci non potest, quamquam veri simile est aut librarium aut beneficiarium tribuni intellegendum esse. Altero loco (anno 213) supplendus est tesserarius, ex quo Ulpius ut plerique alii optio factus est.

18. . . . . ovius L. f. [St]e. Peregrinus [mil. l]eg. XXII pr. p. fid. [bf? l]egat., a comment(ariis) [prae]f., optio, centurio [legi]onis eiusdem, [oct]a(v)us pilus prior [an]nor(um) XXXIX stip. XX. Taurinis. V, 7004.

Hic ex commentariensi optionatum obtinuit, cuius processus similis est is, quem videmus in titulo sequenti:

19. M. Apicio T. f. Cam. Tironi p(rae)p(osito) leg. XXII primig. p. f., praef. leg. XIII gem., (centurioni) leg. XV Apollin., evoc(ato), a commen-t(ariis) cust(odiarum?), optioni, evoc(ato) salar(iorum), curat(ori) ab indici-b(us), patron(o) mun(icipii) Raven(natium), pontif(ici). — Ravennae. — XI, 19 = Or. 3464.

B. Ex optionibus signiferos vel in cohortibus vigilum vexillarios fieri solitos esse docent exempla supra iam allata (nn. 1. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 17). In duobus (nn. 8. 14) munus signiferi inter optionatum et curam fisci praetermissum est, quam ob rem haec quoque iustum ordinem promotionis praebere existimanda sunt. Praeterea accedunt, quae subiunxi:

20. C. Vasidius C. fil. Palat. Bellicus miles cohort. X urbanae, optio centuriae, signifer, fisci curator, optio ab actis urbi, veteranus Aug., decurio, aedil(is), praef(ectus duum)vir i(ure) d(icundo) etc. — Thubursici Numidarum. — VIII, 4874 = Wilm. 1565.

21. Aurel(ius) Marius optio, signif(er) leg. XIII gem. — Apuli. III, 1124.

22. M. Ulp(io) M. f. Flavino optio(ni), signifero leg. XIII gem. [s]ti[p.] XXV . . . . Apuli. III, 1202.

23. L. Porcio L. f. Voltin. K . . . . ro militi leg. II Aug., optioni, signifero. — Ucetiae in Gallia Narbon. — Mur. 845, 2.

Tamen exstant etiam exempla alius rationis promovendi. Et primum quidem duos habes, qui ex optionibus ėvocati facti sunt, Apicium legionarium (n. 19) et Coelium praetorianum:

24. M. Coelio C. f. Cam. Clementi mil. chort. VI pr., optioni, evoc. Aug., centurioni leg. IIII Flav. felic. Mys(ia) superior(e). — Inter Pedemontanas. — V, 7160.

Horum alterius (n. 19) munerum series ab eis, quas alioquin novimus, abhorret, alter (n. 24) per evocationem ad centurionatum escendit. Nec desunt, qui statim ex optionibus centuriones facti sint, quamquam non multi sunt. Nam praeter centurionem legionis XXII primigeniae (n. 18) in hunc numerum tres referendi sunt:

25. opt. C. Iulius C. f. Cam. Priminus Ravenna fac(tus centurio) scolam vetustate corruptam pecunia publica restituendam [curavit] etc. (miles praetorianus). VI, 215.

26. P. Enistalius P. f. Cl. Paternus Cemenelensis optio ad ordine(m,

centurio) leg. XXII primigeniae piae fidelis. — Cemeneli. — V, 7872. Quamquam hoc exemplum non prorsus certum est. Nam ante LEG posita est 7 nota, quae fortasse etiam ita intellegi potest, ut centuriam significet et vocabulo praecedenti explicandi causa addita sit. Neque enim 'optio ad ordinem' ex more dictus est.

27. M. Orbius M. f. Aquis M[arcellus?] Sex(tis) optio mil(itum) peregr(inorum), m[il(itavit) an]nis XVII vix(it) an(nis) XXXV. Re[stabant] huic dies LI ut fieret (centurio). — VI, 3328 = I. R. N. 6816.

Haec quattuor exempla si comparaveris cum magno numero eorum, qui ex optionibus signiferi facti sunt, praesertim cum nonnulli ex eis (nn. 1. 8. 9. 10.) postea centurionatum adepti sint, credere vix poteris iustam ac solitam promotionem ex optionatu ad centurionatum fuisse. Accedit, quod ex quattuor exemplis, quae supra collegi, unum (26) parum certum est, alterum (27) pertinet ad milites peregrinos, apud quos fortasse aliae leges promotionis valebant atque in legionibus et cohortibus. Restant igitur duo (nn. 18. 25), quae haud dubie ita explicari possunt, ut munera inter optionatum et centurionatum plerumque posita aut ab ipsis militibus propter singularem virtutem aut a lapicidis ob brevitatem scribendi omissa sint.

C. Haec si recte disputata sunt, aliter atque adhuc iudicandum est de eis titulis, in quibus optionum spes processus commemoratur:

28. Pro salute Aug(ustorum) optiones scholam suam cum statuis et imaginibus domus [di]vinae item diis conservatorib(us) eorum ex largissimis stipend[ii]s et liberalitatib(us) quae in eos conferunt fecer(unt) curante L. Egnatio Myrone q(uaestore), ob quam sollemnitatem decreverunt, uti collega proficiscens ad spem suam confirmandam accipiat (sestertium) VIII mil(ia) n(ummum), veter(ani) quoque missi accipiant etc. — Lambaesi. VIII, 2554 = Wilm. 1481.

29. Caecili Vale(n)tini opt(ionis) spei leg. XIII [g.], qui vixit annis XXIIII menses III dies XVIII. — Ticini. — V, 6423.

30. L. Sept(imius) Constantinus optio spei leg. II adi. p. f. Antoninianae. — p. C. 218. Aquinci. — III, 3445.

Ut hic usus vocabuli, quod est spes, illustretur, afferri potest etiam 'sing(ularis) trib(uni) spe beneficiatus' X, 410 = I. R. N. 218. Optionum spem ad centurionatum pertinere exposuit Mommsenus ad V, 543 et III, 3445. At quoniam demonstratum est post optionatum proximum munus signiferi fuisse, dubitari non potest, quin optio sperans is dictus sit, qui speraret se mox signiferum futurum esse [1]).

D. Non immerito me supra optionem peregrinorum (n. 27) ceteris exemplis exemisse confirmatur titulo Africano, in quo exstat series munerum, per quae alius quidam optio peregrinorum ascendit, quae series a solita promotione principalium prorsus abhorret:

[1]) [Spem illam legitimam cum consentaneum sit non pertinere nisi ad processum in eodem militiae genere, remotis ita centurionibus legionariis promotis ex praetorio, adhuc verum puto optionem legionis legitime in eadem legione vitem sperare potuisse. Nam evocatio ubi interponitur, successio vere inde non mutatur, cum evocati non tam proprium locum obtineant quam sub signis maneant promotionem expectantes. Th. M.]

31. C. Sulgio L. f. Pap. Caeciliano praef. leg. III Cyrenaicae, p(rimi)p(ilari) leg. XX Valeriae victricis, praeposito reliquationi classis praetoriae Misenatium piae vindicis et thensauris domini[cis e]t bastagis copiarum devehendar(um, centurioni) leg. III Aug. et septimae geminae et primae Parthicae et XVI Fl(aviae) f(irmae) et XIII g(em). in provincia Dacia, nauarch(o) classis praetoriae Mise[n]atium piae vindicis, opt(i)oni peregrinorum et ex[er]citatori mil[i]tum frumentarior(um). — Ex Africa Florentiam advectus. VIII, 1322 = Wilm. 1689.

Restant duo exempla promotionis ex optionatu factae ab eis generibus, quae iam tractavimus, diversae:

32. Cla. Marc ... fac(tus) ex option .... beneficia[r(ius)] ... Naronae. III, 1783.

De beneficiario tribuni cogitari non potest. Beneficiarios praefectorum praetorio et urbis, qui antea optiones fuerint, duos novimus (nn. 1. 6). Itaque veri simile est Cla(udium?) beneficiarium praefecti factum esse.

33. L. Naevi L. f. Cam. Paullini evoc. Aug., militavit in cho. I pr. eques, optio equitum, cornicular(ius) tribuni, militavit in caliga ann. XVI, evocatus fuit ann. III. — VI, 2440.

Cornicularium omnibus ceteris principalibus superiorem fuisse non est quod moneam.

III. A. Signiferorum ex optionibus factorum exempla supra collecta sunt. Alius generis non plura quam duo exstant:

34. [Au]re[l(ius)] Moca militavit in (coh.) Claud(ia) miliarense an. [VIII, f]ac[t]us bf. trib. ann(os) I[II], inde translatus in l(eg.) Au(gustam?), factus signif(er) an(nos) XII, natus in Dardan(ia) vico Zatidis, dedit nomen militie annor(um) XXIII, vixit anis LV. — Aquileiae. V, 898. Numeri exempli causa expleti sunt.

Beneficiatum tribuni inter infima munera fuisse vidimus. Aurelio celeriorem promotionem praemio virtutis datam esse etiam propterea veri simile est, quod simul cum ea ex cohorte in legionem translatus est. — Alterum exemplum insolitae promotionis est:

35. C. Iulius Dexter vet(eranus) mil(itavit) in ala eq[ues], cur(ator) turmae, armor(um) custos, signifer tur(mae), milita(vit) annis XXVI, dimis(sus) emer(itus) honesta missione. — Prope Thevesten. — VIII, 2094.

B. Ex signiferis in praetorio et in cohortibus urbanis fiebant fisci curatores (nn. 4. 5. 6. 11. 20). Sed duo reperiuntur beneficiarii praefectorum ex signiferis facti (nn. 1. 9). Hoc munus cura fisci superius et in iusto ordine promotionis post eam positum fuisse probatur titulo Beneventano (n. 6). Illi igitur duo beneficiarii praefectorum curam fisci transiluisse iudicandi sunt. Signiferos legionum quamquam supra satis multos enumeravimus, tamen perpauca sunt exempla promotionis ex hoc munere factae. Et duo quidem ex signiferis aquiliferi facti esse videntur [1]):

---

[1]) Non omnia in promotione militum aeque certa lege praescripta fuisse docet titulus Sammii Severi militis legionis I Germanicae, 'qui tempore quo militare coepit aquilifer factus est', Or. 3389.

36. L. Sertorius L. f. Pob. Firmus signif(er), aquil(ifer) leg. XI Claud(iae) piae fidelis, missus curat(or) veter(anorum) leg(ionis) eiusdem. — Veronae. V, 3375.

37. P. Tutilius P. f. O[uf]. veteranus, sign[ifer], aquilifer leg..... curator vete[ran(orum)], accepit ab impe..... praemia dupl[icia], natus est A. Hirtio [A. f. C.] Vibio Pansa cos, de[cessit] C. Fulvio Gemino L. Ru-[bellio] Gemino cos. — p. C. 29. Mediolani. — V, 5832.

Uterque curator veteranorum dimissus est. — Duobus aliis cura navaliorum, quae Moguntiaci erant, tradita est:

38. T. Albanius Primanus sig. leg. XXII pr. p. f., optio navaliorum. — p. C. 185. Moguntiaci. — Bramb. 1301.

39. L. Septimius Bellus sig. leg. XXII [p]r., optio navali(orum). — p. C. 198. Moguntiaci. Bramb. 1302.

Hi tituli illustrant, quod supra (p. 450) exposui, usum nominis optionum a pristina significatione paulatim prorsus abalienatum esse. Nam optiones centuriarum, qui proprie ita dicebantur, signiferis inferiores erant. — Unus ex signifero centurio factus est, M. Petronius Fortunatus (n. 10). Ceteri signiferi legionum quoniam ad superiora munera non escenderunt, inde colligi posse videtur hunc solitum finem promotionis principalium legionariorum fuisse. Unus restat, qui extra iustam militiam positus est:

40. P. Aelius Marcellinus signifer et quaestor n(umeri) Brit(annorum). — p. C. 186. Germisarae. III, 1396.

C. Quo in praetorio signiferi eodem in cohortibus vigilum vexillarii loco sunt. Itaque ex optionibus fiunt, cuius processus exempla habes supra n. 3 et in laterculis Kellermannianis 7, 15 = 7, 3. Sed quod saepius vidimus milites virtute excellentes nonnulla munera transilire, id etiam in vexillariis vigilum usu venit, si quidem is, quem modo adscripturus sum, cum ex beneficiario tribuni vexillarius fieret, tesserarii et optionis munera transiluit:

41. Q. Iulius Q. f. Galatus Thysdro mil. coh. VI vigil(um centuria) Lucani Augurini, milit(avit) ann. XIV, in eis secutor tribuni ann. II, beneficiarius eiusdem ann. II, vexillarius ann. III, vix(it) ann. XXXVII. — VI, 2987.

Principalem ex vexillario promotum nullum novi praeter op(tionem) ba(lnearii) alterius laterculi Kellermanniani (6, 4 = 6, 4), cuius supplementa parum certa sunt.

IV. Post signiferum praetorianum proximum munus fuit curatoris fisci. Eum sequebatur cornicularius aut tribuni (nn. 4. 5. 6. 8) aut praefecti praetorio (n. 11). C. Luccius miles cohortis alicuius urbanae (n. 6) non statim ex fisci curatore cornicularius tribuni factus est sed optio ab actis, ex optione ab actis cornicularius tribuni. Idem munus curam fisci subsecutum est in promotione Vasidii Bellici militis cohortis X urbanae (n. 20), qui deinde ex optione ab actis missus est. Alius fuit processus Vibii Rufini praetoriani (n. 14), qui ex curatore fisci evocatus in legione factus est.

V. A. Cornicularii, quos modo commemoravi, ex fisci curatoribus facti sunt aut tribunorum (nn. 4. 5. 6. 8) aut praefectorum praetorio (n. 11).

Tamen cornicularios praefectorum cornicularіis tribunorum superiores fuisse et per se consentaneum est et confirmatur titulo, qui sequitur:

42. T. Flavio T. f. Pup. Rufo militi coh. XII urb. et coh. IIII pr., ordinato architec(to), tesserario in (centuria), b(eneficiario) praefector(um) praetor(io), cornicular(io) praef(ecti) anno(nae, centurioni) leg. XIIII gem. et XI Cl. et II Aug. et VII gem. — prope Ravennam. XI, 20 = Or. 3489.

Flavius enim cornicularius praefecti annonae factus est ex beneficiario praefectorum praetorio. Hoc autem munus corniculario tribuni superius fuisse putandum est propter titulum Beneventanum supra allatum (n. 6), in quo C. Luccii munera ita enumerantur, ut ex corniculario tribuni beneficiarius praefecti urbis factus sit. — Cornicularios ex beneficiariis factos praeter Flavium hos repperi:

43. M. Carantius Macrinus centurio coh. primae urbanae, factus miles in ead(em) cohorte, Domitiano II cos. (a. 73), beneficiar(ius) Tettieni Sereni leg. Aug. Vespas(iano) X cos. (? a. 80), cornicular(ius) Corneli(i) Gallicani leg. Aug. equestrib(us) stipendi(i)s Domit(iano) VIIII cos. (a. 83), item Minici(i) Rufi legati Aug., evocatus Aug. Domit(iano) XIIII cos. (a. 88), centurio imp. Nerva II cos. (a. 96). — *Carouge* prope Genavam. — Inscr. Helv. 78 = Wilm. 1584.

44. [Virius] Celer mil. c[oh.] . . . pr(aetoriae), cornic(l)ar(ius) . . . . [bene]fici(arius) trib. — Alexandriae Troadis. — III, 385.

Sed veri simile non est Virium ex beneficiario tribuni statim cornicularium (tribuni) factum esse, quoniam inter haec duo munera secundum legitimum ordinem quattuor alia (tesserarii, optionis, signiferi, fisci curatoris) intererant. Itaque putaverim promotionis Virii nihil nisi initium et exitum significatum esse. Idem cadere videtur in titulos sequentes:

45. P. Ael(ius) Rufinus [a]diutor off(icii) rat(ionum) vovit, co[r]nic. prae[f]. kastr. leg. XIII g. v. l. p. Apuli. III, 1099,

si quidem recte supra (p. 429) adiutorem officii rationum eundem esse atque librarium existimavimus.

46. Aemilius . . . . f. milit(avit) tesse[rarius . . . . cor]nuc(larius) praef. c[astr.] . . . prope Philippos. III, 644.

Alius quoque titulus exstat (n. 7), in quo cornicularium ex tesserario factum esse Mommsenus dubitans coniecit. Sed cum in eo ante munus tesserarii beneficiatus tribuni commemoratus sit, apparet non primum et ultimum sed omnia munera, quibus Saufeius functus sit, enumerata esse. Ergo aut, quod non probabile videtur, ille tria munera transiluisse putandus aut supplementum, quod Mommsenus proposuit, 'tesserarius co[rnicularius]' reiciendum est. Equidem supra (p. 468) dubitans scripsi: 'co[h. eiusd.]', quod fortasse recte se habet.

Reliqua sunt duo exempla corniculariorum, quorum promotio a solito ordine diversa fuit, alterum L. Naevii (n. 33) qui ex optione equitum cornicularius tribuni factus est, alterum hoc:

47. Iulius Pro[bi]nus obiit in Gallia morte. — la[te]ribus Germaniae

meruit specul[a]t(or) et cornicul[ar.] legionis. Initium vitis (sc. centurionicae) vitae fuit finis. — Chusirae. VIII, 702.

B. Ex cornicnlariis praefectorum centuriones factos esse docent exempla, quae supra iam adscripta sunt, nn. 11. 42 et haec praeterea:

48. ..... [praef(ecto)] veh[icul(orum), proc(uratori)] lud(i) ma[gni, proc(uratori)] Lusit(aniae), trib(uno) p[raet(orianorum)] Philipporum A[ug(ustorum)], p(rimi)p(ilari), duci leg(ionum) Dac(iae, centurioni), corn(iculario) praef(ectorum) pr(aetorio). — VI, 1645.

Ex corniculario praefecti vigilum antiquitus non eadem fuit promotio, sed inde ab aetate Antonini Pii in usum venit; cuius usus haec sunt exempla:

49. Sex. [A]etrio S[ex. f.] Feroci centurioni leg. II Traianae fortis. huic primo omnium ex cornicul[a]. praef. [v]igil. imp. Caesar Antoninus Aug. Pius ordinem Alexandriae dedit, quod per gradus militiae suae tam industrie se administraverit. — Fabriani. — Or. 3456. — Emendationem tituli suppeditat alius anni 141, in quo de eadem re agitur, Henz. 7170.

50. M. Caecilius M. f. Iul. Rufus Concord(ia, centurio) leg. III Cyrenaicae, ex corniculario Aeli(i) Iuliani pr(aef.) vig(ilum). — p. C. 191. VI, 414. Centurio factus est etiam is cornicularius, qui legionis dicitur, n. 47, cui adiungendus est:

51. ....[centurio legionis I Mi]nerviae, qui militavit (centurio) ann(is) VII ex cornucl(ario). — Lugduni. — Boiss. p. 300.

Ex cornicnlariis tribunorum non centuriones sed evocati fiebant, post evocationem autem ordines plerumque accepisse videntur. Arrius quidem (n. 8) accepit, Pompeius autem (n. 5) ex corniculario tribuni evocatus Augusti factus, antequam centurionatum adipisceretur, mortuus est. Quamquam igitur hoc quoque loco videmus variorum generum cornicularios dignitate inter se distinctos fuisse, tamen ea distinctio non tam certa erat, ut omitti non posset. Nam si cornicularios, qui legionum dicuntur, legatis attributos fuisse supra (p. 418) recte iudicavimus, cornicularii legatorum eadem ratione qua cornicularii legionum (nn. 47. [51]) statim ad centurionatum promoti esse putandi sunt. Sed aliter factum est in uno, quod noverimus, exemplo Carantii Macrini (n. 43), qui ex corniculario legati Augusti evocatus Augusti, deinde centurio factus est. Ceterum quacumque cornicularii legatorum condicione fuerunt, cornicularios praefectorum celerius quam tribunorum ad centurionatum promotos esse constat, eoque confirmatur, quod supra (ad n. 42) de discrimine horum duorum munerum diximus. Ibi iam commemoratus est C. Luccius (n. 6) ex corniculario tribuni beneficiarius praefecti urbis factus. — Restat unus titulus incertae interpretationis:

52. P. Corn[elio] . . . . o leg. Aug. pr. [pr.] . . . . coh(ors) I Helve(tiorum) et Brit(onum) Aure(lianensium) sub cur(a) C . . . . . . titi s. leg. ex cor . . . . prope *Oehringen* in regno *Wuertemberg*. — Bramb. 1559 (1560).

Singularem legati suppleri non posse apparet, quoniam singularis munus inter infima fuit neque ab eo suscipi potuit, qui cornicularius fuerat. Ita-

que putaverim in S litera ante LEG posita latere signum centurionis, ut '(centurio) leg(ionis) ex cor(niculario)' factus sit.

VI. A. Ita quoniam totum spatium promotionis militaris percurrimus, extremo loco agendum est de eis muneribus, quibus certus locus in hac promotione tributus non fuisse videtur. Inter ea est beneficiatus. Sed quamquam plerique principales nullo umquam beneficiatu administrato ad centurionatum pervenisse putandi sunt, tamen non desunt tituli, quibus usi definire possimus, quibus locis varii beneficiatus, si modo ad cetera munera accederent, universo ordini inserendi fuerint. Et tribunorum quidem beneficiarii aut ab hoc munere promotionem incipiebant (ut nn. 5. 7. 15. 16) aut ex secutoribus (41) aut ex singularibus tribunorum (n. 6) fiebant. A praefectis beneficium, si longiori seriei munerum interponebatur, post munus signiferi administratum dari solebat (nn. 1. 9). Sed exstat etiam exemplum beneficiarii praefectorum praetorio ex tesserario facti (n. 42), qui optionis et signiferi munera transiluisse videtur. Ex optione igitur qui beneficiarius factus est (n. 32), ipse quoque a praefecto vel praefectis beneficium accepisse existimandus est. — Beneficiarii consularis ex frumentario facti unum certum exemplum est:

53. Aurelian(us) ex fru(mentario) bf. co. — *Josephsthal.* — III, 3020.

Quam ob rem dubitari non potest, quin idem munus recte suppletum sit in titulo sequenti:

54. Cn. Fulv[io C]apratino ex p[rovi]ncia Baetic[a It]alicensi probato in leg. VI ferra[t(a)], tra[ns]lato frum(entario) in leg. VII g. p. f., facto [bf.] cos., militavit ann. XXI vixit ann. XXXX. — Tarracone. II, 4154.

Incerti generis est beneficiarius in titulo, qui sequitur:

55. M. Valerio Flavo [b]f. leg. VII g. ex arm[icu]s(tode) an(norum) IX. Tarracone. II, 4168. — Beneficiarium legati legionis fuisse supra (p. 388) coniecimus. Sed utrum beneficiarius recte legatur an praeferendus sit speculator, incertum est.

Restat titulus Pisaurensis, in quo qui commemoratur beneficiarius Getae ex speculatore postea a com(m)entari(i)s custodiaru[m] factus est:

56. Sex. Cetri Sev[e]ri spec. beneficiari(i) Getae ab com(m)entari(i)s custodiaru[m]. — Pisauri. — Or. 3206.

B. Transeo ad munera post beneficiatum suscepta. Ex beneficiariis tribunorum qui in titulis reperiuntur unus quaestionarius praefecti urbis factus est, deinde tesserarius (n. 6), alii statim tesserarii (nn. 5. 7), unus omisso munere tesserarii optio (n. 15); alii etiam optionatum transiluerunt et ex beneficiariis aut signiferi facti sunt (n. 34) aut vexillarii (n. 41). — Ex beneficiariis praefectorum evocatos Augustorum fieri solitos esse docent tituli supra adscripti nn. 2. 9 et hi praeterea:

57. C. Caesio C. f. Ouf. Silvestri benef. pr. pr., evoc. Aug., (centurioni) leg. II Aug., leg. IIII F(laviae) f(elicis), leg. III Gall., leg. VI ferr., leg. XXX U(lpiae) v(ictricis), p(rimi)p(ilari), praef(ecto) castrorum leg. IIII F. f., [do]nis donato etc. Albacinae. — *Ramelli, Bullettino dell' Inst.* 1845 p. 132 = Or. 3176 = Mur. 768, 8.

58. L. Comini(o) L. f. Maximi(no) domu Mantua, p(rimo)p(ilo) bis, procuratori M. Antonini Aug., praef. leg. II Traianae fortis, (ducenario), trib. cho. VII praetoriae, XIIII urbanae, III vig[i]l., centurio(ni) chortis I pr., X urbanae, V vig., evocato Augustorum, beneficiar(io) praef. praetori(o), vixit annis LXXX (mens.) II, dieb. XVIII. — Tibure. Or. 3444.

59. C. Ligustinio C. f. Clu. Diserto (centurioni) leg. XX V. v., (centurioni) leg. IIII Scythicae, item (centurioni) leg. XX(X) V. v., evocato Aug., benef. praef. praet. — In agro Calliensi. — Mur. 830, 3. — Nam in hoc titulo munera inverso ordine scripta esse apparet.

60. L. Octavius L. f. Pob. Marcellinus beneficiarius prae[f]. p[r., e]vocatus. Veronae. V, 3371.

61. M. Vettio M. f. Ani. Valenti mil. coh. VIII pr., benef. praef. pr., donis donato bello Britan(nico a. 51) torquibus, armillis, phaleris, evoc(ato) Aug., corona aurea donat(o, centurioni) coh. VI vig., (centurioni) stat(orum, centurioni) coh. XVI urb., (centurioni) coh. II pr., exercitatori equit(um) speculatorum, princip(i) praetori(i) leg. XIII gem., ex trec(enario) leg. VI vict[r]., donis donato ob res prosper(e) gest(as) contra Astures torq(uibus) phaler(is) arm(illis), trib. coh. V vig., trib. coh. XII urb., trib. coh. III pr., [trib.] leg. XIIII gem. Mart. victr., proc(uratori) imp. Caes. Aug. Neronis prov(inciae) Lusitan(iae), patron(o) coloniae speculator(es) X h(onoris) c(ausa) etc. — p. C. 66. — Henz. 6767 = Wilm. 1617.

Hi evocati ex beneficiariis praefectorum facti cum tantum non omnes postea centurionatum adepti sint, apparet beneficiarios cornicalariis inferiores fuisse, ex quibus nullo alio munere interiecto centuriones factos esse supra vidimus; idque confirmatur titulo Ravennati (n. 42) T. Flavii Rufi, qui ex beneficiario praefectorum praetorio cornicularius praefecti annonae factus est. — Unum restat exemplum promotionis ab ea, quam modo descripsimus, diversae:

62. .... mil(itavit) ann. XXIIII, prob[a]tus hic in leg. VII C[laud.], lectus in praetor[io], factus eq(ues), promot[us (centurio)] ex b(ene)f(iciario) praefectoru[m], natus provincia M[oe]sia superiore, reg[ione?] Serina Dadan (?). — Moguntiaci. Br. 1077.

Supplementa huius tituli suppeditavit Mommsenus, qui eum ita interpretatur, ut is, de quo agitur, in praetorium translatus meruerit primum miles, deinde eques, mox beneficiarius praefectorum praetorio, hinc centurio factus sit legionis cuiusdam Mogontiaci consistentis. Simili ratione ad centurionatum ex beneficiario leg. Aug. pr. pr. promotus esse videtur, qui exstat in titulo Vazanitano:

63. — genioque stationis Vazanitanae ...... Saturninus [bf.] leg. III Au[g. ex]pleta [s]tatione pr[o]motus ad [ordinem?] leg. II Italicae. — Vazanis. — VIII, 10718 = *Masqueray*, *Rev. Afr.* 22 (1878) p. 454.

Nam quamquam ipsa verba, ex quibus interpretatio huius tituli pendet, non servata sunt, tamen vix puto ea aliter suppleri posse, atque per Mommsenum factum est. Beneficiarius legati legionis (n. 18), quamquam incerto supplemento restitutus, postea a commentariis praefecti factus est. Similis fuisse

videtur promotio, quam modo adscripsi (n. 56), Sex. Cetri Severi, qui ex beneficiario Getae a commentariis custodiarum fuit. — Beneficiarii consularis, qui postea alio munere functus sit, nullum certum exemplum repperi.

VII. Ex frumentariis duo beneficiarii consularium facti sunt (nn. 53. 54), unus optio:

64. M. Firmidius Speclatus (?) fr. leg. II Ital. p. f., optio. — p. C. 200. — Cavariae. Grut. 12, 1,

unus centurio frumentariorum:

65. T. V[a]rronius Maro frumen[t]arius leg. III Quirenarice (sic), qui cucurrit [f]rum. ann. XL et (centurio) frum(entariorum) factus (est) modo. Salonis. — III, 2063.

Apparet frumentarios generali promotioni exemptos fuisse; neque enim, quominus hoc putemus, obstant beneficiarii consularium ex frumentariis facti. Nam hoc ipsum munus cum aliis coniunctum non reperiri modo diximus.

VIII. Commentariensium ut omnino non multa exempla sunt ita perpauca, quae ad promotionem pertineant. A commentariis praefecti (legionis) ex beneficiario legati factus esse videtur n. 18. Commentariensis consularis ex speculatore factus est in titulo Salonitano:

66. Tib. Cl(audio) Ianuario spec. leg. XIIII g. comm. cos. prov(inciae) Delm(atiae) stip(endiorum) XIII. — Salonis. — III, 2015.

A commentariis custodiarum duo, qui exstant, facti sunt alter (n. 19) ex optione alter (n. 56) ex beneficiario Getae. — Ex commentariensibus ei, qui a commentariis praefectorum fuerant, procuratores facti sunt (v. supra p. 425), quos hic denuo adscribere nolui, quia promotio eorum ad munera militaria minora non pertinet. Qui a commentariis praefecti legionis fuerat (n. 18), factus est optio, ex optione centurio. Ex commentariensi legionis, quem legato legionis attributum fuisse putavimus, factus est quaestionarius is qui sequitur:

67. Iulio Flavino com. l. VII g. f. quaestionario. — Tarracone. — II, 4156.

Apicius denique a commentariis custodiarum (n. 19) ex eo munere aut evocationem accepisse aut, si 'evocatus a comment. cust.' dicebatur, centurio factus esse putandus est.

IX. Inter munera speculatoris et quaestionarii munus commentariensis interiectum fuisse docent tituli inter se comparati nn. 66. 67. Tamen quaestionarius statim ex speculatore factus exstat in titulo urbano:

68. L. Tros[i]us L. f. Pup. Maximus Tergeste (centurio) coh. XI urb., militavit (centurio) coh. II vig., evoc(atus) Aug., a quaestion(ibus) pr. pr., speculator Aug. in coh. X pr., vix. an. LV, mil. an. XXXIII. — VI, 2755.

Principalem a quaestionibus praefecti urbis ex beneficiario tribuni factum habes in titulo Beneventano n. 6.

X. Ex titulis, quos tractavimus, colligi possunt munera, quae ante centurionatum proxima fuerint. Nam facti sunt centuriones

ex cornicullariis praefectorum praetorio nn. 11. 48.

ex corniculario praefecti annonae n. 42.

ex cornicullariis praefecti vigilum nn. 49. 50.

ex cornicalariis legionum nn. 47. 51. (52?)
ex optionibus nn. 18. 25. (26?) 27.
ex signifero n. 10.
ex beneficiario leg. Aug. pr. pr. n. (63.).
ex nauarcho classis praetoriae Misenatium n. 31.
ex evocatis Augustorum nn. 1. 8. 9. 19. 24. 43. 57. 58. 59. 61. 68.

Huic numero, qui ceteros omnes superat, addendi sunt:

69. Valerius Taurus miles cortis VII pretorie, centurio, evocatus, qui vi[x]it annis XXXXVII, — natio(ne) natu(s) Pan(n)onius. VI, 2662.

70. L. Seugoni Agrippini evok. Aug. (i)n [c]oh. VIIII praet. p. v. S[e-v]erian. Sextilia Maximilla heres itemq(ue) uxor coniug(i) rarissimo speranti. — p. C. 223/35. — Tergeste. V, 543.

Nam evocatos sperantes eos dictos esse qui centurionatum iam adepturi essent exposuit Mommsenus ad C. V, 543.

Accedunt nonnulli, qui extra solitum ordinem ad centurionatum promoti sunt:

71. M. Aur(elio) Augustiano (centurioni) coh. V vig., vix. an. XXXIIII, pro[ba]tus ann(orum) XVII, exceptor pr(a)esidi(s) provincies M(oesiae) s(u-perioris) ann. IIII, lectus in praetori[o] eques sive tabularius ann. V, factus (centurio) in Syria, vixit ann. VIII. — VI, 2977.

72. [C. Cornelius Flo]rentinus (centurio) leg. III Aug., II pi[ae?]...... oic . . . . . a tabul. castr. evok. e . . . . e . . . . . . [p]raet., vixit a[nn] . . . . . Lambaesi. VIII, 2852.

Horum processus inter se similes fuisse videntur. Sed neque quid tabularius in praetorio significet, scio, neque quale munus Cornelii ad tabularium castrense pertinens fuerit.

Omisi in catalogo supra scripto centurionem frumentariorum (n. 65) ex frumentario factum.

XI. Inferiorum munerum ordo illustratur tabula, quam subiunxi. Ex ea intellegi potest, quae munera ita inter se coniuncta fuerint, ut alterum altero exciperetur. Et prius quidem administrata munera alphabetico ordine a sinistra scripsi, posterius administrata a dextra. Genus militiae, sicubi per promotionem mutatum est, adnotavi. Numeri spectant ad catalogum inscriptionum hoc ipso capite comprehensum.

adiutor off. rat.	cornic. praef. castr. 45.
aquilifer	curator veteranorum 36. 37.
architectus	tesserarius 42.
armor. custos	signifer 35.
bf. leg. Aug.	cornicul. leg. Aug. 43.
bf. praef. praet.	centurio 62.
— — —	cornicul. praef. ann. 42.
— — —	evocatus Aug. 1. 9. 57. 58. 59. 60. 61.
— trib. coh. aux.	signifer leg. 34.
— — — praet.	optio 15.

bf. trib. coh. praet.	tesserarius 5. 7.
— — — urban.	a quaestionibus praef. urb. 6.
— — — vigil.	optio 16.
— — — —	vexillarius 41.
comm. legion.	quaestionarius 67.
a comm. praef. leg.	optio 18.
cornicular. legion.	centurio 47.
— (in legione)	centurio 51.
— leg. Aug.	evoc. Aug. 43.
— praef. ann.	centurio legion. 42.
— — praet.	centurio legion. 11. 48.
— — vigil.	centurio legion. 49. 50.
— trib. praet.	evoc. Aug. 5. 8. 33.
— — urban.	bf. praef. urb. 6.
curator fisci praet.	corn. praef. pr. 11.
— — —	corn. trib. 5. 8.
— — —	evoc. Aug. 14.
— — urban.	optio ab actis 6. 20.
— — (praet. vel urb.)	corn. trib. (4).
curator turmae	armor. custos 35.
evocatus Aug.	centurio legion. 1. 19. 24. 57. 59.
— —	— urban. 43.
— —	— vigil. 8. 9. 58. 61. 68.
— —	centurio 69. (70).
frumentar.	bf. cos. 53. 54.
—	centurio frum. 65.
—	optio 64.
a libellis praef. pr.	optio 14.
librar. (in legione)	tesserarius 10.
— (? in praet.)	tesserarius 11.
librator (in praet.)	tesserarius 12.
optio (legion.)	centurio 18. (26).
— —	signifer 10. 21. 22. 23.
optio peregrinorum	centurio 27.
— (praet.)	centurio (legion. ?) 25.
— —	evoc. Aug. 24.
— —	fisci curator 8. 14.

optio (praet.)	signifer 1. 5. 9. 17.
— (urban.)	signifer 6. 20.
— (praet. vel urb.)	signifer 4.
— (vigil.)	vexillarius 3.
— ab actis	corn. trib. coh. urb. 6.
— — —	veteranus Aug. 20.
— carceris	singular. trib. coh. urb. 6.
— equitum (praet.)	corn. trib. 33.
— valetudinarii	optio carceris 6.
a quaestionibus pr. pr.	evoc. Aug. 68.
— — — urb.	tesserarius 6.
secutor trib. (urb.)	optio valetudin. 6.
— — (vigil.)	bf. trib. 41.
signifer (legion.)	aquilifer 36. 37.
— —	centurio 10.
— —	optio navaliorum 38. 39.
— (praet.)	bf. praef. pr. 1. 9.
— —	fisci curator 5. 11.
— (urb.)	fisci curator 6. 20.
— (praet. vel urb.)	fisci curator 4.
singularis praef. pr.	tesserarius 8. 9.
— trib. (urb.)	bf. trib. 6.
speculator (legion.)	comm. cos. 66.
— —	cornicul. legion. 47.
— (praet.)	a quaestionibus pr. pr. 68.
tesserarius (legion.)	eques praetorian. 13.
— —	optio (legion.) 10.
— (praet.)	bf. praef. pr. 42.
— —	optio 1. 5. 8. 9.
— —	signifer 11.
— (urban.)	optio 6.
— (praet. vel urb.) . . .	optio 4.
— (vigil.)	optio 3.

In hac tabula componenda abstinui ab eis titulis, qui aut mutili sunt et incertae interpretationis (nn. 32. 44. 46. 52. 55. 63. 72) aut munera praebent alioquin parum nota et extra ordinem promotionis posita (nn. 19. 31. 40. 56).

P. Caver.

ADDITAMENTORVM
AD CORPORIS VOL. VI. PART. I
SVPPLEMENTVM.

Ad fastos sodalium Augustalium Claudialium vol. VI p. 446 addendum est fragmentum tabulae marmoreae repertum inter macerias veteres prope S. Iohannis Laterani, quod extat in museo Kircheriano amplificato.

l. ceionio commodo uero sex. uetuleno ciuic A·POMPEIAN*o cos* a. 136
VS · III
VMBER · IIII
ERVS · III
ann. CXXIII
*l. aelio uero caesare ii p. coelio uibu*LLIO·BALBINO·COS a. 137
VS·I ASTVS·II
ERVS · II
TVS · II
ann. *c*XXIIII
t. iunio censorio nigro c. pomponio CAMER*ino cos* a. 138

Descripsit Henzen et edidit in *bull. dell' inst.* 1871 p. 150.

Fastos hos spectare ad collegium aliquod adnotavit Henzenus: cuinam attribuendi sint aliqua cum probabilitate cognoscemus si quid de institutis eius ex fragmento hoc effici possit paucis perpenderimus. Primum igitur hoc collegium constitutum esse a. p. Chr. 14 aut 15 inde efficitur, quod annus p. Chr. 137 collegii fuit centesimus quadragesimus tertius aut quartus; ad annos enim, non ad lustra referendos esse numeros v. 5. 10 manifestum est, praescriptio autem utrum cum praecedente an cum sequente consulatu iungenda sit, statim videbimus. — Ad numerum magistrorum quod attinet, primo obtutu dubium videri possit, utrum tres scripti fuerint an sex, ita ut binis paginis terni recenserentur: et sane non pauca deesse a parte laeva inde efficitur, quod nomina consulum plene perscripta fuisse videntur. Tamen accuratius inquirenti apparet duabus paginis ponendis spatium nullo modo sufficere. Neque enim solum nomina magistrorum litteris maiore spatio distantibus scripta sunt quam consulum, ita ut quinae fere litterae vv. 3 et 7 aequent septenas vv. 1 et 6, sed etiam cum a dextra spatium vacuum

manserit litterarum ferme ternarum, idem a sinistra relictum fuisse probabile videtur. Ternos igitur magistros annuos sodales hi habuerunt. Numerum sodalium non magnum fuisse inde colligitur, quod, cum iterationis nota frequentissime adsit, saepe eisdem hominibus iterata vice magisteria delata esse patet. Sodales autem loco non humili natos esse verisimile est, cum ne unum quidem libertinum cognomen occurrat. Nomina ipsa nimis mutila sunt, quam ut ad viros aliunde notos ea referre audeamus; ne *Umbri* (v. 3) quidem et [*K*]*asti* (v. 7) cognomen, quorum alterum primum ni fallor hoc loco emersit — nam figlina V, 8115, 62 incertae lectionis ad nostram rem omnino non facit —, alterum et ipsum non saepe occurrit, satis certam interpretationem admittunt. V. 4 et 8 potest fuisse [*Sev*]*erus*, quod nomen cum saepe usitatum sit, certius aliquid inde efficere non possumus.

Iam conferre iuvabit titulos vol. VI n. 1985. 1986. 1987, quibus *magisteria annua sodalium Augustalium Claudialium* contineri tertii praescriptio ostendit. Constitutum igitur est collegium Augustalium et ipsum a. p. Chr. 14; magistros eius fuisse numero tres contra Borghesium recte statuit Mommsenus (cf. Henzeni not. ad vol. VI n. 1987; Dessau huius eph. vol. III p. 209); recensentur in fastis eius anni ita, ut priore loco consulum nomina, posteriore anni numerus ponatur [1]); eos igitur de quibus agimus fastos et ipsos exordium capere ab a. 14, praescriptionemque *ann. CXXIII* referendum esse ad consulatum Veri et Pompeiani iam apparet. Paucitas autem sodalium Augustalium et aliunde nota est — fuerunt a. 135—137 numero viginti septem — et optime convenit cum eis quae modo de iteratione magisteriorum observavimus; quid quod in fragmento n. 1987 non solum iteratum sed etiam primum susceptum magisterium significatur notis II et I, quarum hanc rarissime praeterea in eiusmodi fastis — velut titulis magistrorum fontium — usurpatam invenies. Denique sodales Augustales lectos esse *e primoribus civitatis* notum est (Tac. ann. 1, 54). Quae cum ita sint, fragmentum hoc addendum est ad fastos sodalium Augustalium Claudialium (vol. VI p. 446).

Denique quod hoc fragmentum non Bovillis eodem quo cetera loco inventum est, quominus iungamus nullo modo impedit: ea est enim condicio parietinarum e quibus extractum est, ut quo loco antiqua aetate inscriptio prostiterit inde certiores non fiamus. Itaque et hanc tabulam et alteram n. 1984 ex destructo sacello sodalium Augustalium Bovillensi in urbem delatam esse veri non dissimile videtur.

---

[1]) Quod in eo de quo agimus fragmento consulum nomina non duobus sed uno versu scribuntur, convenit cum praescriptionibus annorum 18 (n. 1985) et 69 (n. 1986), discrepat cum praescriptionibus a. 213. 214 (n. 1987).

Ch. Huelsen.

DE ATILIAE POMPTILLAE MONVMENTO CALARITANO

SCRIPSIT

VINCENTIVS CRESPI.

In magno nobilissimorum monumentorum numero, quae ex vetere imperii Romani magnificentia relicta nec perversae religionis furor nec fortunae casus neque impiae imperitorum manus ita delere potuerunt, nullum vestigium ut superesset, non ultimum sane locum obtinet Atiliae Pomptillae sepulcrum quod prope Calarim Sardiniae urbem servatum per populi ora nunc 'antrum viperarum' (*la grotta delle vipere*) vocatur. Ad viam situm, quae per vicum qui S. Avendrace nunc appellatur ducit, ex viva rupe excisum cum aliis multis cameris sepulcralibus, in templi olim speciem fabricatum ornatumque quamquam pristino iam caret ornatu cultuque, tamen inscriptiones et Graece et Latine parietibus insculptae effecerunt ut cum inde ab proximo saeculo homines antiquitatis studiosi animos eo attendissent creberrima fama ad hunc usque diem celebratum sit. Ego vero, cui summo cum commodo atque otio sepulcri et situm et naturam examinare licuisset nec nihil mihi profecisse viderer cum inscriptionibus vel novis repertis vel quae erant repertae denuo lectis, tum aediculae reliquiis accuratius descriptis, operae pretium duxi me facturum si Pomptillae defunctae piam hoc loco memoriam recolerem.

In fronte igitur aediculae duae[1]) erant columnae, quarum cum ipsae perierint capitulorum fragmenta superant formae Romanae; utrimque vero adhuc extant singulae parastatae, quibus epistylium innititur zophoro ut ita dicam auctum, qui undique ora cinctus guttulis distincta medius orna-

---

[1]) Quattuor fuisse Lamarmora dixit; sed non amplius duabus locum esse testis oculatus adfirmo. Parastatarum et columnarum capitula inter se confudisse videtur; parastatae enim unius capitulum etiam nunc superest epistylio affixum.

tus est fastigio, quod cum epistylium parastatis incubet ipsum columnis suffulciri videtur[1]). Inferior monumenti pars cum vi adhibita plane eversa sit, tamen cum intus haud dubia antiqui pavimenti vestigia appareant columnarum altitudo certa ratione demonstrari potest. Ad pronaum per scalas aditum fuisse, etsi ipsarum nihil superest, et loci natura docet et huius cum aliis monumentis vicinis comparatio, velut quod Berylli vocatur columbarium, cf. tab. I *CD*; nec minus ipsa columnarum mensura in causa est cur in fundamentis sat amplis eas positas fuisse statuamus.

Epistylium quod una cum zophoro optime conservatum est, quippe vivo saxo excisum, duas fascias habet alteram alteri imminentem, quibus quae superiniecta est stria paullo latior titulo dedicatorio inscripta est, cf. Inscr. 1. Fastigium urceolo et patera ornatum utrimque ad metoparum similitudinem singulos habet serpentes inter binas aras exsculptos, quae triglyphorum loco sunt. Capitulorum supersunt abaci mutili, quorum tamen alteri cum pulvini volutaeque aliquid adhaereret cum acanthi foliolis, inde pristinam formam redintegrare conatus sum, v. tab. I *F*.

Vestibuli sive pronai parietibus inscriptiones Graecae Latinaeque incisae sunt, quarum quae ingredienti adversa est acanthi foliis ab ceteris seiungitur. Sub hac inscriptione quae fuit olim porta ad angustam cellulam conducebat compluribus loculis oblongis instructam, unde per gradus aliquot ad cameram ipsam sepulcralem descenditur opere coronario incrustatam, de quo praeter pauca acanthi folia Gorgonis caput superest anguibus crinitum, maximam tamen partem id manuum vi deletum. Huius camerae parietes tecto propinqua corona ambit non multum prominens, ubi vascula urnasque cinerarias positas fuisse coniecerim; infra ad dextram sinistramque loculi perlongi parietibus immissi ad defunctorum corpora integra recipienda maiorque etiam et profundior in apsida curvatus loculus in pariete medio, duobus lectis aptus, ubi dubium non est quin ipsius Pomptillae posteaque Philippi viri ossa condita fuerint, cf. Inscr. 13.

Varia illa quae in aetomate effiicta diximus symbola, si quidem opus est explicari, explicari variis modis possunt: velut serpentium imagines ut possunt ad animae immortalitatem aeternamque post mortem vitam referri ita nescio an subtilius interpretanda sint. In titulo enim dedicatorio Pomptilla vocatur b e n e d i c t a, quo cognomine Isidem interdum appellatam novimus: eius deae serpens sollemne erat insigne. Divino autem ritu uxorem coli voluit Philippus cum hos versus scriberet (cf. Inscr. 14):

Iunonis sedes infernae cernite cuncti:
numine mutato fulget Pomptilla per aevom.

Haec fere sunt quae ad describendum clarissimum apud Calaritanos monumentum pertinent: sed priusquam dicendi finem faciam, fabularum curiosis

[1]) V. tab. I ubi qualem ego restituere conatus sum aediculae adspectum non dubito quin cum antiqua specie fere congruat.

gratum me facturum puto si quae de antri historia et natura fama populum teneat narravero. Credunt autem antiquitus Herculem regem potentissimum cum ipse in alia loca migraret ingentes suas divitias illic relictas daemoni cuidam custodiendas tradidisse, cui media nocte hominibus aliam aliis corporis formam induto oculis ardentibus comparere datum esset. Summa autem diligentia eum vigilias agere, cum si cui thesaurum diripere contigisset, ipsi fatum esset exstingui et ad nihilum recidere. Quicumque vero tantae rei periculum fecisset si ad ipsum quo divitiae reconditae essent locum pervenisset, ei duas proponi arcas forma inter se simillimas optionemque dari utram aperiri vellet; quodsi alteram significasset, in qua thesaurus non esset, ilico ingens mortiferarum monstrosae magnitudinis muscarum examen exiturum, quae et ipsum et omnes eius regionis incolas pessum daret: interdum ipsum bombum stridoremque muscarum ex antri latebris percipi et audiri. Quae fabula ad hunc usque diem obtinet.

Pomptillae sepulcri inscriptiones antequam propono, adscribere visum est epigramma fere aequale et ipsum vivo saxo insculptum in contiguo ut dixi Berylli conditorio, quod et ipsum tabula repraesentat. Is titulus licet cuivis pateat expositus in loco satis celebri, nihilominus cum lectu difficilis sit, adhuc ineditus mansit. Legit eum primus qui ante aliquot annos Calarim adiit Henricus Nissenus; post eum ego quanta potui cura eum excepi; nuper Mommsenus nostris exemplis usus totum eum expedivit. Est autem sic conceptus:

ITEM · T · VINI
aedi-cula T VI *aedi-cula* BERYLLI *aedi-cula* BERYLLI PAT*r*IS
NI / / *p*O*st*ERIS
aedi-cula
BERYLLVS SE *vi*VO TEMPLVM · SE*cu*RITATI SVAE
T VINIVS SIBI FECIT POSTERISQVE SVIS

Sub eo titulo litteris aevi sequioris alter scriptus est hic:

D M
VALERIAE QVA*e* VIX
ANNIS XXXX COIVG*i* B M
MARITVS FECIT

De iis qui Pomptillae titulos ante me descripserunt edideruntve sic ad me scripsit Mommsenus:

'Tu quoniam scis nuper me egregio tuo adiutorio vel maxime sublevatum thesaurum Sardarum inscriptionum quantum fieri potest amplissimum composuisse edendum aliquando in Corporis inscriptionum Latinarum volumine decimo, iam horum titulorum descriptorum editorumque ordinem a me explicari voluisti, ut tam tua tibi referam quam alia quoque adiungam fortasse a me addita. Et primus quidem, qui ipsius certe sepulcri titulum maximis litteris perscriptum et cuivis perspicuum referat, Carmona vester

est ex genere illo nugatorum, qui apud vos saeculo decimo septimo abundabant, pietati magis quam veritati deditorum quosque nullus b(onae) m(emoriae) mortalis effugit, quin vi coactus evaderet b(eatus) m(artyr), quique adeo Marcos quoque non paucos martyres, licet non beatos, vellent nollent fieri coegerunt. Is in collectaneis de martyribus insulae Sardiniae, quae scripsit a. 1631, servat hodie bibliotheca vestra Bailliana, f. 40′ sub praescriptione 'Calari in cripta serpentum SS. Atilia, Pompilia et Benedicta' titulum illum ita exhibet: MEMORIA ATILIÆ POMPILIÆ Ɛ BENEDICTÆ $\overline{\text{M}}$ · $\overline{\text{SR}}$, ubi quod optimae feminae nomen levibus naevis affectum est, largo beneficio compensatur quo a paganae superstitionis maculis purgata iam sancta martyr splendet adeoque Geryonis instar triformis Sancta Atilia et Sancta Pompilia et Sancta Benedicta. Primus autem qui titulos ediderit anno 1740 Muratorius est 1638, 4, acceptos ut reliquos Sardos ab Iosepho Danio iureconsulto Taurinensi. Protulit is epigrammata Latina pleraque, nempe n. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 13. 14, Graecorum n. 5. 9 pauca tantum et quae vix cohaererent vestigia. Ex Muratorio haec repetiverunt anthologiarum editores Burmannus IV, 90 et Meyer n. 1227. Eum secutus Stefaninius vester orationi de veteribus Sardiniae laudibus (1773) inseruit epigrammata 1. 2. 3. 4. 7. 8. 12. 13. 14 Latina omnia, Graeca non attigit. Nostra demum aetate Alphonsus della Marmora tabulato facto a. 1839 titulos ex saxo descripsit et in operis *voyage de la Sardaigne* volumine altero (1840) p. 486 n. 52 (item in tabula n. 35) titulos Latinos omnes (n. 1. 2. 3. 4. 7. 8. 12. 13. 14) repraesentavit et ex Graecis n. 5. 6. 9 ita, ut viri docti, praesertim Lebas apud ipsum Marmoram l. c. p. 570 seq. et Welckerus noster Mus. Rhen. N. S. 6, 90, deinde Franzius C. I. Gr. 5759 et nuperrime Kaibelius in Graecis epigrammatis n. 547 eos aliquatenus expedirent. Sed tamen et ipsum tuae diligentiae non pauca reliquisse neque frustra nos domi tuae, ut recordare, in chartis explicandis ductibusque fugientibus recuperandis per horas non paucas elaboravisse intellegent opinor qui post nos haec retractabunt. Sed hoc ut perfici potuerit, id uni Fiorellio debemus; is enim cum precibus eum adiissem, ne eiusmodi monumentis recte descriptis sylloge nostra careret, tabulatum fieri iussit ad ectypa conficienda necessarium, atque eo auctore tua cura gnavaque industria titulis omnibus charta madida exceptis his ectypis usi rem non semel temptatam ita perfecimus, ut etsi ingenio posteriorum campus hic quoque latus remaneat, oculis eorum vix quicquam relictum esse confidamus.

'De argumento titulorum quod promam equidem vix habeo, postquam in ipsis carminibus explendis amici mei utriusque linguae periti operam posuerunt. Nec mariti M. Cassii Philippi nec mulieris Atiliae L. f. Pomptillae alibi ullam memoriam repperi; casu enim factum est, quod Cassii Philippi medici nomen redit in titulo Emeritensi (C. vol. II n. 497). Pomptilla cum in urbe Roma nata (III, 1) graves casus coniugis in Sardiniam usque comitata sit (III, 1. IV, 3), habet speciem veri maritum ob crimen aliquod in Sardinia exulasse; sed neque id certum est neque, si foret, recte inde colligitur Philippum senatorio loco fuisse. Vixisse coniuges in matrimonio

annos XLII efficitur ex carmine septimo; vixisse mulierem annos LXII ex decimi vestigiis Kaibelius probabiliter collegit. Praeterea duo tantum loci sunt, de quibus habeo quod addam, formulam dico tituli sepulcri ipsius (I) et quae titulo XIV de Iunone leguntur. Et ad illam quod attinet Adolphus Kiessling collega Gryphisvaldensis de titulis his interrogatus non minus docte quam acute indicavit mihi Philoxeni quandam glossam (Vulcan. p. 147) 'obua: ἄμβιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν', ubi obuam vocabulum aperte peregrinum mutari ipse vetat litterarum ordo. In titulo autem unum quin vocabulum sit dubitari propterea nequit, quod singulae litterae punctis non distinctae compendia verborum nescio quae non possunt continere. Itaque verum vidisse puto Kiesslingium videturque oboos is locus dici, ubi obuis, id est poculis, libationes mortuariae fiunt[1]. In epigrammatis quarto et sexto decimo ipsum sepulcrum templum appellatur. — Litterae singulares quibus titulus clauditur M·S·P sunt ex numero earum, quae certam interpretationem adhuc expectant; possunt sane significare *m(aritus) s(ua) p(ecunia)*, sed aliae quoque explicationes aeque probabiles excogitari poterunt, ut de nulla satis constet. — In carmine XIV si quid video errant tam qui de apotheosi nescio qua Pomptillae id accipiunt quam qui pro numine nomen substituunt; immo hoc maritus dicit Iunonem quae fuit Pomptillae vivae, id est genium, iam numine morte eius mutato conversam esse in Iunonem infernam, vel ut brevius dicam Iunoni successisse deos Manes. — Pomptillam autem cum maritus narret devovisse se pro vita ipsi servanda, poterit qui volet duos angues, qui supra sepulcrum cernuntur, componere cum narratione de Ti. Gracchо et uxore eius Cornelia. Aiunt enim, ut inter alios Cicero refert (de div. 1, 18, 36), Gracchum duobus anguibus domi comprehensis haruspices de ea re consuluisse; qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori brevi tempore moriendum esse, si feminam, ipsi, feminam emisisse et post paucos dies obiisse. Sed non deerunt homines severi qui angues illos cryptae viperarum eponymos non ex penetralibus iuris sacri, sed ex caelatoris lusu originem trahere contendant, prudenter sane a profunda doctrina sibi caventes'.

Hactenus Mommsenus. Superest ut ipsas inscriptiones adscribam, ut eas excepi adiutore Mommseno. Graecas quattuor 10. 11. 15. 16 sane laceras ego primus addidi. Omnes etsi neque ab argumenti varietate nec ab artis praestantia commendantur, tamen satis singulare coniugum pietatis exemplum nobilitant atque inlustrant. Videtur autem Pomptilla Parcis exoratis pro Philippo vivo mortem subiisse, quantum quidem ex templi structura et ex litterarum formis colligere ausim, secundo fere p. Chr. n. saeculo, ut iam qui Cassium Philippum ex urbe exulem ex tradita rerum memoria investigandum suscipiant in his angustioribus coniectandi finibus sese continere oporteat. In restituendis et explendis carminibus Latinis nos adiuvit inter alios Franciscus Buecheler; Graeca restituit Georgius Kaibelius.

[1]) Inscriptio Africana vol. VIII n. 2475: *oblo P. I(uli) Macedonis: v(ixil) a(nnos) XXX: cupula facta fratres ipsius* num huc item pertineat, ambigo neque ea lectionis satis certae est.

INSCRIPTIONES.

1 in epistylio extrinsecus infra aetoma litteris maximis.

OBOOS MEMORIAE · ATILIAE · L · F · POMPTILLAE · BENEDICTAE M · S · P

De vocabulo OBOOS, quae lectio certa est, et de formula M·S·P vide supra.

---

2 in epistylio interiore supra ianuam sepulcri.

D M
ATILIAE · L · F · POM*p*TILLA*e* MAMM*ae* *o*PTIMAE
M CASSIO PHILI*p*PO TAT*ae* *pa*RENTIB*us* SANCTIS
L· ATILIVS FELIX ////IM///// ET *l.* *ati*LIVS
EVTYCHVS LIB *f*EC*er* *si*BI POSTERISQ
I/EEL//////////////////ERC/////////////
// B

---

3 in pariete vestibuli introeunti dextro.

VRBIS · ALVMNA · GRAVES CASVS · HVC VSQVE SECVTA
CONIVGIS INFELICIS ATILIA CVRA PHILIPPI
HIC · SITA SVM MANIBVS GRATIS SACRATA MARIT
PRO CVIVS VITA · VITAM PENSARE PRECANTI
INDVLSERE DEI NE CESSES · FAMA MEREMVR

Urbis alumna, graves casus huc usque secuta
coniugis infelicis, Atilia, cura Philippi,
hic sita sum manibus gratis sacrata mariti,
pro cuius vita vitam pensare precanti
indulsere dei: ne cesses, fama, meremur.

---

4 sub praecedente.

INDVLSERE
QVOD CREDIS TEMPLVM QVOD SAEPE VIATOR ADORAS
POMPTILLAE CINERES OSSAQ PARVA *TEGIT*
SARDOA TELLVRE PR*E*MOR COMIT*ATA MARITVM*
PROQ VIRO FAMA EST ME VO*LVISSE* MORI

Quae dedi inclinatis, hodie absunt, adsunt apud solum Danium. — 3 PREMOR Dan., hodie ıR/MOR.

Quod credis templum, quod saepe viator adoras
Pomptillae cineres ossaq(ue) parva tegit.
Sardoa tellure premor comitata maritum
proq(ue) viro fama est me voluisse mori.

Templum dici de sepulcro sane observandum est, reditque id vocabulum plane insolitum in conditorio iuxta posito Berylli. Vide item quae supra monuimus de *oboos* vocabulo.

5 sub praecedente.

ΕΙΣΙΑΣΟΥΠΩΜΠΤΙΛΛΑΙ⁝ΑΙΕΣΚΡΙΝΑΒ ΛΑΣΤ ΗΣΕΙΕΝ
ΟΣΤΕ ΑΚΑΙΘΑΛΛΟ ΣΕΝ ΠΕΤΑΛΟΙΣΙΡΟΔΩΝ
ΗΔΥΠΝΟΟΥ⁝ΕΚΡΟ ΚΟΥ ΚΑΙΑΓΗΡΑΤΟΥΑΜΑΡΑΝΤΟΥ
ΚΕΙΣΚΑΛΑΒΛ/ ΣΤΗ ΣΑΙΣΑΝΘΕΑΛΕΥΚΟ ΙΟΥ
ΩΣΙΣΑΝΑΡΚΙΣΣΩ ΙΤΕΠΟ ΛΥΚΛΑΥΤΩΙΘΥΑΚΙΝΘΩΙ
/ΑΙΣΟΝ ΕΝΟΨ ΙΓΟΝΟΙΣ ΑΝΘΟΣΕΧΟΙΤΙΧΡΟΝ ΟΣ
///ΓΑ ΡΗΝΙΚ ΑΠΝΕ ΥΜΑΜΕΛΩΝΑΠΕΛΥΕΦΙ ΛΙΠΠ ΟΣ
/// ⊣ΝΑΚ ΡΟΤΑΤΟ ΙΣΧΕΙΛ ΕΣΙΠΡΟΣΠΕ ΛΑΣΑΣ
ΣΤ/ΣΑΛΙ/ΟΨΥΧ/ΥΝΤΟΣ ΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ ΠΩΜ ΠΤΙΛΛ/
ΤΗΝΚΕΙΝΟΥΖΩΗΝΑΝΤΕΛΑΒΕΝΘΑΝΑ ΤΟΥ

Εἰς ἴα σου, Πώμπτιλλα, καὶ ἐς κρίνα βλαστήσειεν
ὀστέα, καὶ θάλλο[ι]ς ἐν πετάλοισι ῥόδων
ἡδυπνόου τε κρόκου καὶ ἀγηράτου ἀμαράντου
κεἰς καλὰ βλαστήσαις ἄνθεα λευκοίου,
ὡς ἴσα ναρκίσσῳ τε πολυκλαύτῳ θ' ὑακίνθῳ
[κ]αὶ σὸν ἐν ὀψιγόνοις ἄνθος ἔχοι τι χρόνος·
[ἤδε] γάρ, ἡνίκα πνεῦμα μελῶν ἀπέλυε Φίλιππος,
[ψυχ]ὴν ἀκροτάτοις χείλεσι προσπελάσας,
στ[ᾶ]σα λι[π]οψυχ[ο]ῦντος ὑπὲρ γαμέτου Πώμπτιλλ[α]
τὴν κείνου ζωὴν ἀντέλαβεν θανάτου.

Verborum continuitas crebris lapidis rimis foraminibusque interrupta est, paucae tamen litterae ita evanuere, ut nullum supersit vestigium. V. 8 ψυχήν de sua coniectura dedit Kaibel. — Post v. 6 spatium aliquanto maius relictum, invito, ut apertum est, poeta.

---

6 sub praecedente.

ΟΙΗΝ Σ/ ΖΥΓΙ Η ΝΕΤΕΜΕΝΘΕΟΣΩΣΤΕΘ ΑΝΕΙΝΜΕΝ
ΠΩΜ ΠΤΙΛΛΑΝΓΛΥΚΕΡΟΥΛΥΤΡΟΝ ΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ
ΖΗΝΔΑΚΟ ΝΤΑΦΙΛΙΠΠ ΟΝΕΠΕ ΥΧΟ ΜΕΝΟΝΔΙΑΠΑΝΤΟΣ
ΣΥΝΚΕΡΑΣΑΕ ΨΥΧΗΙΠΝΕΥΜΑΦΙΛΑΝΔΡΟΤΑΤΗΙ

Οἴην σ[υ]ζυγίην ἔτεμεν θεός, ὥστε θανεῖν μὲν
Πώμπτιλλαν γλυκεροῦ λύτρον ὑπὲρ γαμέτου,
ζῆν δ' ἄκοντα Φίλιππον, ἐπευχόμενον διὰ παντός
συνκεράσα[ι] ψυχῇ πνεῦμα φιλανδροτάτῃ.

1 non fuit Τοίην. — 4 συνκερασΑΕ insculpsit lapicida Latino sermoni adsuetus.

7 in pariete vestibulo introeunti sinistro.

VNV · ET VIGINTI BIS IVNCTI VIX*i*MVS ANNOS
VNA FIDES NOBIS GAVDIA MVLTA DEDIT
ET PRIOR AT LETHEN CVM SIT POMPTI*ll*A RECEPA
TEMPORE TV DIXIT VIVE PHILIPPE M*e*O
NVNC AETERNA QVIES DITISQ SILENTA MAEST
HANC STATVERE AMBIS PRO PIETATE DOMVM

1. 3. 4 quas supplevimus litteras mihi non visas, tamquam de visu dant Mur., Marm., non Stephaninius. — 6 aut AMBIS aut AMEIS lapis, MIHI Mur., AMPLAM Marm., uterque male. Adnotat Franciscus Buecheler: '*ambobus*, non *ambis*' praecipit Pseudo-Caper VII p. 107, 14 Keil.

Unu(m) et viginti bis iuncti vix[i]mus annos,
una fides nobis gaudia multa dedit:
et prior at Lethen cum sit Pompti[ll]a recepta,
'tempore tu' dixit 'vive, Philippe, m[e]o'.
nunc aeterna quies Ditisq(ue) silentia maesti
hanc statuere ambis pro pietate domum.

---

8 sub praecedente.

HANC
LANGVENTEM TRISTS DVM FLET POMPTLLA MAKTVM
VOVIT PRO VITA CONIVGIS IPSA MORI
PRO*t*INVS IN PLACIDAM DELABI VISA QVIETEM
OCCIDIT O CELERE*s* AT MALA VOTA DEI
HAS AVDIRE · PRECES VITAM SERVARE ////
VT PEREAT VITA DVLCIOR ILLA M///

3 PROTINVS, 4 CELERES IN, 5 SERVARE MARITO, 6 ILLA MIHI priores. At in carmine hoc non loquitur uxor. Quae scripsimus, veniunt a Kaibelio.

Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,
vovit pro vita coniugis ipsa mori.
pro[t]inus in placidam delabi visa quietem
occidit. o celeres at mala vota dei!
has audire preces! vitam servare [mariti,]
ut pereat vita dulcior illa m[ea.]

---

9 sub praecedente.

ΕΣΤΡΕΨΕΝΜΟΙΡΩΝΜΙΑΝΗΜΑΤ/////ΝΑΤΕΝΚΤΑ
ΑΙΣΙΔΙΑΙΣΕΥΧΑΙΣΠΑΝΤ///////ΕΝΗ
ΗΠΕΡΙΦΡΩΝΠΩΜΠΤΙΛΛ/ΤΙC ////ΚΟΥ//Μ
ΗΤΙΣΥΠΕΡΓΑΜΕΤΟΥ//////ΕΛΥ////ΜΟΝΗ

Ἔστρεψεν Μοιρῶν μία νήματ[α τὰ πρὶ]ν ἄτευκτα,
[τ]αῖς ἰδίαις εὐχαῖς πάντ' . . . .,
ἡ περίφρων Πώμπτιλλ[α], π[ολυθρύλητον ἄ]κου[σ]μ[α],
ἥτις ὑπὲρ γαμέτου [πνεῦμ' ἀπ]έλυ[σε] μόνη.

Et plura et accuratiora ex ectypo dari poterant quam dedit Lamarmora.

10 in pariete e regione aditus ad sinistram ingredienti.

ΕΞ//ʟΝΒ/ΟΝΗ
ΚΑΙΔΥΑΝΕΝ
ΗΚΛΕΙΝ//ΙΙ
ΕΝΝ⌒
/ / / / / / / / / / / /
ΙΙ/ΟΙΚΟΙ
spatio intermisso
ΟΥΚΕΡ///C
ΝΙ////ΙΣ/
ΕΝΓʼ/////
////////

Ἔζ[ησ]εν β[ί]ον ἥ[δε πρὸς ἑξήκοντ᾽ ἐνιαυτούς
καὶ δύ᾽ ἄνευ[κλήτως . . . . . .]
ἡ κλεινὴ Π[*ώμπτιλλα . . . .*
ἓν μό[νον . . . .]
- - - - - - - - - - - -

Vv. 1 et 2 aetas indicata. Pomptillam et Philippum ʻunum et viginti bis annosʼ una vixisse docet epigramma Latinum VII; LXII annorum mulierem obiisse probabile.

---

11 sub praecedente.

/ / / / / / / / / /
Ι//¯ΟΝΟ//ΣΑΝΘΡΩΠΟΙ//
ΙΛΛ//ΟΝ / / / / / /
/ / ΙΚΛ / / Ν / / / / /
/ / / / / / / / /
/ / / / / / /

Extrema sunt disticha; legi nihil potest praeter [*ἐν ὀ*]ψ[*ι*]*γόνο*[*ι*]*ς ἀνθρώποι*[*ς*] et v. 4 fortasse *κλεινή*.

---

12 in eodem pariete ad dextram ingredienti.

TEMPLA VIRI PIETAS FECT P// MVNERE MAGNO
POMPTILLAE MERVIT ////NA CASTA COLI
NAM SE DEVOVIT IAM////CIENTE MARTO
RAPTA VIRO M/////I//// VT ILLE SVO

Templa viri pietas fecit p[*ro*] *munere magno*
Pomptillae: meruit [*femi*]*na casta coli;*
nam se devovit iam [*defi*]*ciente marito*
rapta viro, m[*eri*]*t*[*o vivat*] *ut ille suo.*

4 supplevit Buecheler.

13 sub praecedente, sed ut principium legatur in pariete ingredienti ad sinistram.

RAPTA VIRO
HIC · POMPTILLA IACET CINER////A////A PHILI/PI
CONIVGIS HIS ARIS INCLVDI//////////A DVORVM
QVAE FACIT AD FAMAE VIVE//////// ARGVMENTVM

1 CINERI CONIVNCTA PHILIPPI Mur., CINERI .... PHILL Steph. — 2 HILARIS INCLVDI ..... ADVOTVM Mur., HIS ARIS INCLVDITVR *arc*A · DVORVM Marm. — 3 QVAE FECIT AD ... MEMINE ... ARGVMENTVM Mur., FACIT AD (TACITAE Lebas) FAMAE VIVENS *erit* ARGVMENTVM Marm.; non viderunt priores plus quam vidimus nos.

Hic Pomptilla iacet. ciner[es pi]a [cur]a Philippi
coniugis his aris includi[t. sign]a duorum
quae facit, ad famae vive[ns erit] argumentum.

Sic explevit Buecheler; Wilamowitzius autem proposuit supplementa haec:

Hic Pomptilla iacet. ciner[em pi]a [dextr]a Philippi
coniugis his aris includi[t, pens]a duorum
quae facit. ad famae vive[ns erit] argumentum.

Kaibelius in fine mavult *vive[ntibus] argumentum.*

---

14 sub praecedente post spatium unius versus vacuum.

QVAE VIVE \RGVM
/VNONIS · SEDES INFERNAE CERNI /////////NCTI
NVMINE MVTATO FVLGET POMPTILLA PER AEVOM

[I]unonis sedes infernae cerni[te cu]ncti:
Numine mutato fulget Pomptilla per aevom.

1 CERNITE CVNCTI Mur. ex supplemento puto.

---

15 sub praecedente.

/ / ET / / / / / / / ΜΗΔΗ / / ΔΝ / / / / / / / / /
TH I / ΝΕΙΦ / / / ΜΟΝ / / / / / / / Ν
ΗΛ / / / / / / Ι / / ΝΕΒ / / ΛΚΟΛC / / / / / / ΩΝ
ΥΜ / / / / / / / / ΣΝ / /ΑΜΕΝΗΣ / / / / / / / /
ΣΙΓΑΣC / / / \ΚΗ / / ΙΣΕΦLΙΛΙΥΛΠΙΩ / / / / / ΑΝ
ΑΙΔΙΣ / ΓΑΔΜ / / ΩΙΝ / ΜΑ / / / \ΩΣΑ / / / /
ΤΑΣΠΟΛΥΘΡΥΛ / / / ΥΣΗΡ / / / / ΞΑΣΟΓ / / / / / /
/ ΙΩ / ΑΘΑΝΑ / / / ΣLΝ / / /ΓΡΑΨΕΧΡΟΝΟΙΣ
ΝΙΙ/ΑΙΕΝΟ / ΙΓΟΝ / / ΞΙ / / ΤΙΛΙΑΗ / ΡΟΦΙΛΙΠΠ / /
ΑΝΔΡC / / ΠΙΣ / / ΤΑΙ / ΝΜΟΙΡ / ΝΕΠΕΥ / ΑΜ / / / /

Restitui fere possunt vv. 5—10 hoc modo:

σιγάσθ[ω δ'] Ἄλκη[στ]ις, ἐφ' .... Πώ[μπτιλλ]αν (?),
αἱ δὶς ἐπ' Ἀδμ[ήτ]ῳ νήμα[τα κ]λωσά[μεναι·]
τὰς πολυθρυλ[ήτο]υς ἡρ[ωίδα]ς, ἃς ὁ [παλαιὸς]
[α]ἰὼ[ν] ἀθανά[τοι]ς ἐν[κατέ]γραψε χρόνοις,
νικᾷ ἐν ὀ[ψ]ιγόν[οισ]ι[ν Ἀ]τιλία, ἡ [π]ρὸ Φιλίππ[ου]
ἀνδρὸ[ς ἀ]πισ[το]τάτ[η]ν μοῖρ[α]ν ἐπευ[ξ]αμ[ένη].

5 lectio certissima; interpretatio non suppetit. — 6 'intellege Parcas, quae cum Admeto ab inferis redire permisissent, vitae eius stamina tamquam retractarunt' Kaibel.

16 sub praecedente post spatium vacuum versus unius.

ΠΩΜΠ / / / / / / / ΔΕΝΗ / ΣΟΔΟΙΠΟΡΕ / ΙΣΥΠΕΙΛΙΔΡ / /
/ / / / / ΓΕΥ / Α / ΕΝΗΣΗΔΥΤΕΛC / / ΙΟΤC /

Πωμπ[τίλλης ὅ]δε νη[ό]ς, ὁδοιπόρε, [τ]ῆς ὑπὲρ ἀνδρ[ός]
αὑτῆς] γευσα[μ]ένης ἡδὺ τέλο[ς β]ιότο[υ].

v. 1 cf. epigr. Lat. 4 'quod credis templum, quod saepe viator adoras, Pomptillae cineres ossaque parva tegit'.

PRIVILEGIA MILITVM VETERANORVMQVE

DE CIVITATE ET CONVBIO

(vol. III, p. 843—919. 1058. Eph. II, 452—466. IV, 181—187).

LXVIII. DOMITIANVS AVRELIO QVIETO.

Leges de civitate veteranorum adhuc notae cum singulae ad singulos exercitus pertineant, haec exceptionem facit specie magis quam ipsa re. Agitur enim ni fallor non de exercitibus duobus Germaniae superioris et Moesiaco, sed de illo solo comprehensis numeris quibusdam eo tempore ad expeditionem nescio quam in Moesiam missis; pariter atque in lege Traiani (n. XXVI p. 869) enumerantur primum alae cohortesque *quae sunt in Pannonia inferiore sub P. Afranio Flaviano*, deinde additur *ala I Flavia .. missa in expeditionem.* Id ita esse colligitur ex iis quae de alis cohortibusque his cum alibi traduntur tum maxime in lege huic quodammodo gemella n. IX p. 852 data eiusdem provinciae auxiliis anno p. C. 74, id est ante hanc octavo. Alae in utraque lege recensentur eaedem sex eodemque ordine, nisi quod Picentiana Scubulorumque locum mutarunt; at quae sexta est Germanicarum legis prioris, secundum posteriorem in Moesia agit. Cohortium autem undecim, quae in hac lege enumerantur, octo redeunt in altera a. 74, nempe in Germania morantes I. III. IV Aquitanorum, I Asturum, VII Raetorum, I Thracum, morantes in Moesia duae III Gallorum et V Hispanorum, quarum illam in Moesia mansisse ostendunt diptycha posteriora (vol. III p. 1151). Iis fortasse nonam addere licebit II Aquitanorum; nam cum in lege antiquiore Aquitanorum nominentur cohortes duae primae veterana et Biturigum, probabile est ab hac cohorte I Aquitanorum Biturigum cohortem Aquitanorum II legis posterioris itemque II Biturigum tituli Mogontiacensis (C. I. Rh. n. 1120) nomine tantum differre. Cohortium duarum in Germania tendentium quae restant I Germanorum et II Raetorum leges aliae ostendunt illam a. 116 in Germania superiore tetendisse, hanc a. 108 in Raetia castra habuisse, a. 116 item in Germania superiore.

a. 82 d. Sept. 19.

Tabellae aeneae altae *verschok* 5, latae *versch.* $3\frac{3}{4}$, repertae in vico Debeletz (hora una ad meridiem a Tirnowa non longe a Nicopoli Moesiae infe-

intus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI VESPASIANI F DOMITIANVS
AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS · TRIBVNIC PO
TESTAT · $\overline{II}$ · IMP · $\overline{II}$ · P P · COS ○ $\overline{VIII}$ · DESIGNAT · $\overline{VIIII}$
IIS QVI MILITAVERVNT EQVITES ET PEDITES IN A
LIS QVINQVE · ET COHORTIBVS NOVEM QVAE AP
PELLANTVR $\overline{I}$ FLAVIA GEMINA ET $\overline{I}$ CANNE
NEFATIVM ET · $\overline{II}$ FLAVIA GEMINA ET SCVBV
LORVM ET · PICENTIANA ET $\overline{I}$ GERMANORVM
ET · $\overline{I}$ AQVITANORVM ET · $\overline{I}$ ASTVRVM ET · $\overline{I}$ THRA
CVM ET $\overline{II}$ RAETORVM ET $\overline{II}$ ET · $\overline{III}$ ET · $\overline{IIII}$ AQVITANO
RVM ET $\overline{VII}$ RAETORVM ET SVNT IN GERMANIA
SVB · Q · CORELLIO · RVFO · ITEM · IN ALA · CLAVDIA
NOVA ET COHORTIBVS○S DVABVS $\overline{III}$ GALLO
RVM ET · $\overline{V}$ HISPANORVM QVAE SVNT IN MOE
SIA SVB · C · VETTVLENO CIVICA CERIALE
QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPEN

tabella posterior.

DIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSI
ONE QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT
IPSIS LIBERIS POST○ERISQVE EORVM CIVI
TATEM DEDIT ET CONVBIVM CVM VXORIBVS
QVAS TVNC HABVISSENT CVM EST CIVITAS
IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES · ESSENT CVM
IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
GVLI SINGVLAS
A D XII K OCTOBR
M LARCIO MAGNO POMPEIO SILONE
COS
T AVRELIO QVIETO
COHORT $\overline{I}$ AQVITANORVM CVI PRAEEST
M GENNIVS M F CAM CARFINIANVS
EX PEDITIBVS
L VALERIO L F PV○DENTI ANCYR
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AE
NEA QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO

11 fin. GERMANIA exemplum scriptum.

rep. Debeletz, servata Tirnowae.

rioris) in sepulcro a rustico quodam; sunt Leskovetz prope Tirnowam apud dominum Jekov.

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI VESPASIANI F DOMITIANVS
AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC
POTESTAT · II · IMP · II · P · P · COS · $\overline{VIII}$ · DESIGNAT · $\overline{VIIII}$
IIS QVI MILITAVERVNT EQVITES ET PEDITES IN A
LIS QVINQVE ET COHORTIBVS NOVEM QVAE AP
PELLANTVR · $\overline{I}$ · FLAVIA · GEMINA · ET · $\overline{I}$ · CANNENEFA
TIVM ET $\overline{II}$ FLAVIA GEMINA ET SCVBVLORVM ET
PICENTIANA ET $\overline{I}$ GERMANORVM ET $\overline{I}$ AQVITANO
RVM · ET · $\overline{I}$ · ASTVRVM · ET · I · THRACVM · ET · $\overline{II}$ · RAETORVM
ET · $\overline{II}$ · ET · $\overline{III}$ · ET · $\overline{IIII}$ · AQVITANORVM · ET · $\overline{VII}$ · RAETORVM
ET SVNT IN GERMANIA SVB · Q · CORELLIO RVFO
ITEM IN ALA CLAVDIA NOVA ET COHORTIBVS DV
ABVS · $\overline{III}$ · GALLORVM · ET · $\overline{V}$ · HISPANORVM QVAE
SVNT IN MOESIA · SVB · C · VETTVLENO CIVICA CE
RIALE QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPEN
DIIS · EMERITIS · DIMISSIS · HONESTA MISSIONE
QVORVM NOMINA · SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS
LIBERIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT
ET · CONVBIVM CVM VXORIBVS QVAS · TVNC · HABV
ISSENT · CVM EST CIVITAS · IIS DATA · AVT SI QVI CAE
LIBES ESSENT · CVM · IIS QVAS POSTEA · DVXISSENT
DVM · TAXAT SINGVLI · SINGVLAS
A · D · XII · K · OCTOBR
M · LARCIO · MAGN · O · POMPEIO · SILONE
T · AVRELIO · QVIETO COS
COHORT · $\overline{I}$ · AQVITANORVM CVI · PRAEEST
M GENNIVS M F CAM · CARFINIANVS ·
EX PEDITIBVS
L VALERIO L · F · PVDENTI ANCYR
DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
QVAE FIXA EST ROMAE IN TRIBVNA
LI · CAESARVM · VESPASIANI · T · DOMITIANI

tabella posterior.

Q · MVCI AVGVSTALIS
C · POMPEI EVTRAPELI
C · IVLI CLEMENTIS
L · PVLLI SPERATI
P · ATINI RVFI
C · LVCRETI MODESTI
P · ATINI AMERIMNI

30 post RECOGNITVM ins. EST exemplum editum errore.

Imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus pontifex maximus, tribunic(ia) potestat(e) II, imp(erator) II, p(ater) p(atriae)[1]), co(n)s(ul) VIII, designat(us) VIIII

iis qui militaverunt equites et pedites[2]) in alis quinque et cohortibus novem, quae appellantur (1) I Flavia gemina et (2) I Cannenefatium et (3) II Flavia gemina et (4) Scubulorum et (5) Picentiana, et (1) I Germanorum et (2) I Aquitanorum et (3) I Asturum et (4) I Thracum et (5) II Raetorum et (6) II et (7) III et (8) IIII Aquitanorum et (9) VII Raetorum, et sunt in Germania[3]) sub Q. Corellio Rufo[4]); item in ala Claudia nova et cohortibus duabus (1) III Gallorum et (2) V Hispanorum, quae sunt in Moesia[5]) sub C. Vettuleno Civica Ceriale[6]), quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis dimissis honesta missione,

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut, si qui caelibes essent, cum iis, quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas

a. d. XII k. Octobr. M. Larcio Magno Pompeio Silone[7]), T. Aurelio Quieto[7]) co(n)s(ulibus),

cohort(is) I Aquitanorum, cui praeest M. Gennius M. f. Cam. Carfinianus, ex peditibus L. Valerio L. f. Pudenti Ancyr(a).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio[8]) in tribunali Caesarum Vespasiani, T(iti), Domitiani[9]).

Descriptam a. 1879 a P. A. Syrku candidato in universitate Petropolitana misit mihi professor eiusdem I. Ponialowsky; idem edidit in commentariolo inserto ephemeridi cuidam Petropolitanae a. 1880 inscripto Russice 'diplomata duo militaria Romana inventa in Bulgaria' (8. pp. 46).

[1]) *Pater patriae* quod est, a prioribus imperatoribus ante consulatum collocari solere, a Domitiano inde post consulatum monui *Staatsrecht* 2² p. 761. Iam haec lex antiquissima Domitianarum data a. 82 d. Sept. 19 cum illam consuetudinem sequatur, quae post eam venit n. XII data a. 85 d. Sept. 5 recentiorem, mutatio inter hos dies concluditur.

[2]) Verba haec redeunt in solis legibus a. 80 et 85 (cf. vol. III p. 906) huic tempore proximis.

[3]) Germaniam ex numeris efficitur intellegi superiorem, pariter atque in lege simillima n. IX (vol. III p. 852), potuitque determinatio omitti, cum legati nomen sufficeret.

[4]) Corellius Rufus notus ex epistulis Plinianis (v. indicem meum p. 407) voluntaria morte obiit a. 97 vel 98 annos natus LXVIII. Praenomen adhuc ignorabatur, nec magis noramus legatum eum a. 82 praefuisse Germaniae superiori.

[5]) Moesiam probabile est circa hos ipsos annos divisam esse (cf. Henzen ann. inst. 1857 p. 19); nondum divisam esse eo ipso tempore, quo haec lex data est, ex ea colligi nequit, cum Germania quoque sine dubio multo ante divisa sine additamento procedat.

[6]) C. Vettulenus Civica Cerialis iusto nomine nunc demum innotescit; nam qui nuper de eo egerunt Leo Renier (*conseil de guerre de Titus* p. 34 seq.) et Waddington (ad Lebasium III p. 709), eos iam apparet duos homines confudisse, Sex. Vettulenum Cerialem et hunc C. Vettulenum Civicam Cerialem illius opinor filium. Et illius quidem tria nomina sine honoribus habet titulus Venafranus I. R. N. 4636 ab uxore eius positus patri equestribus militiis sub Augusto et Tiberio functo; eundem bello Iudaico a. 69/70 Iosephus 3, 7, 34 et 6, 4, 3 (ubi est *Σέξτος Κερεάλιος* et *Σέξτου Κεριαλίου*) et 3, 7, 32. 4, 9, 9 (ubi est *Κεριάλιος* vel *Κερεάλιος*) et 7, 6, 1 (ubi est *Κερεαλίου Οὐετιλιανοῦ*) scribit praefuisse legioni V Macedonicae. Quo loco ei praefuerit, non tam certum est quam somnia esse quae Renierius hac occasione protulit de praefecto equitum legionis, qui nullus umquam fuit, similiaque plura. Apud Iosephum quod legitur 3, 7, 32: *ἔπαρχον ὄντα τοῦ πέμπτου τάγματος* et 6, 4, 3: *τὸ πέμπτον ἄγοντος τάγμα* eo ducunt aut legatum eum fuisse aut certe praefectum vices legati facientem; illud equidem praetulerim, cum praesertim 7, 6, 1 addatur: *εἰς τὴν Ἰουδαίαν πρεσβευτὴς Λουκίλιος Βάσσος ἐκπεμφθεὶς καὶ τὴν στρατιὰν παρὰ Κερεαλίου Οὐετιλιανοῦ παραλαβών.* Contra qui facere videtur locus 3, 7, 34: *Σέξτος τις Κερεάλιος χιλίαρχος καὶ Πλάκιδος* evidenter mendosus est et ita fere corrigendus *Σέξτος Κεριάλιος καὶ χιλίαρχός τις Πλάκιδος*, alterius enim paullo ante Iosephus meminerat. — Diversus est C. Vettulenus Civica Cerialis, quem titulus Chersonesitanus allatus a Waddingtonio: . . . . [illegible] . . *Κεριᾶλιν αὐτοκράτορος Οὐ[εσ]πασιανοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον* ostendit imperante Vespasiano Moesiae praefuisse, haec lex a. 82 item Moesiae legatum facit, ut ab a. certe 79, quo obiit Vespasianus, ad a. 82 eum locum obtinuerit necesse sit. Idem est Civica Cerialis in ipso Asiae proconsulatu paullo ante, quam Agricolae de eo sortiendum erat, a Domitiano occisus (Tacitus Agr. 42; Suetonius Dom. 10). — Avus hic fuisse videtur consulis ordinarii a. 137 Sex. Vettuleni Civicae Pompeiani.

[7]) Consulum horum nomina alibi non repperi, nisi forte alterius meminit Celsus aequalis Plinii iunioris (apud Ulpianum Dig. 17, 1, 16): *cum Aurelius Quietus hospiti suo medico mandasse diceretur, ut in hortis eius quos Ravennae habebat, in quos omnibus annis secedere solebat, sphaeristerium et hypocausta et quaedam ipsius valetudini apta sua impensa faceret.*

[8]) in capitolio *om. extr.*

[9]) in trib. — domitiani *om. intus.* Inter loca aedi Iovis Capitolini proxima, in quibus ad a. certe 86 aera haec figebantur (vol. III p. 916), tribunalis meminerunt duo eorum a. 86 n. XIII. XIV sic: *in Capitolio post tropaea Germanici in tribunali quae sunt ad aedem Fidei p. R.* Videtur tamen tribunal Germanici (id ipsum opinor, cuius meminit senatus consultum de excessu eius VI n. 912 v. 12: *in tribunali marmoreo*) diversum fuisse ab hoc Flavio. Inveniuntur aliquoties tribunalia, fere ut arae, modo defunctis dedicata honore singulari (Tacitus ann. 2, 83: *tribunal Epidaphnae, quo in loco vitam finierat* Germanicus) nec nisi permittente collegio pontificum (cf. titulus Beneventanus I. R. N. n. 1537: *vas disomum . . . posuit et tribunal ex per-*

missu pontif. perfecit), modo numinibus (Orelli 2062; Grut. 1074, 10; cf. vol. VI n. 3559). *Tribunal* autem *Vespasiani Titi Domitiani* cum appareat dedicatum esse per initia principatus domus Flaviae, plane singulare est et generis sui. Hoc probabile omnia tribunalia honorati statuam sustinuisse.

LXIX. TRAIANVS . . . . . .

a. 98 . . . . . rep. Flémalle, est Leodii.

Rep. a. 1880 exeunte inter Flémalle (a Lüttich meridiem versus) et Chokier, adservata Lüttich (Liège) in museo societatis artium et historiae.

intus: tabella prior.

. . . .
FIDA VARD. . . . .
II LINGONVM ET II NE. . . . .
IN BRITANNIA SVB T AV . . . .
DIMISSIS HONESTA M . . . . .
NEPOTE QVI QVINA ET. . . . .
PENDIA MERVERVNT . . . . . .
SVBSCRIPTA SVNT . . . . . .
RISQVE EORVM C O . . . . .
CONVBIVM CVM VX . . . . . .
HABVISSENT CV . . . .
. . . .

extrinsecus: tabella prior.

. . . . VAE F NERVA TRAIANVS
. . . . ICVS PONTIFEX MAXIMVS
. . . . OTESTAT COS II
. . . . VS QVI MILITANT IN ALIS
. . . . VS SEX Q//E APPELLA///R
. . . . A C R ET I TVNGRORVM
. . . . RVM ET I HISPANORVM
. . . . FIDA VARDVLLORVM · C · R ·
. . . . INGONVM ET II NERVIO
. . . . ANNIA SVB T AVIDIO
. . . . S HONESTA MISSIONE A
. . . . QVINA ET VICENA PLVRA
. . . . RVNT QVORVM NOMI
. . . . IPSIS LIBERIS POSTERIS
. . . . M DEDIT ET CONVBIVM
. . . . TVNC HABVISSENT C//
. . . .

[Imp. Caesar, divi Ner]vae f., Nerva Traianus [Augustus German]icus, pontifex maximus, [tribunicia p]otestat(e), co(n)s(ul) II [1])

[equitibus et peditib]us qui militant in alis [duabus et cohortib]us sex q[ua]e appella[ntu]r (1) [I] . . . . a c(ivium) R(omanorum) [2]) et (2) I Tungrorum [3]), [et (1) I] . . . . rum et (2) I Hispanorum [. . . . . et (3) I] fida Vardullorum c(ivium) R(omanorum) [et] (4) . . . . et (5) II Lingonum et (6) II Nervio[rum [4]) et sunt] in Britannia sub T. Avidio [Quieto [5]), item] dimissis honesta missione a . . . . . . Nepote [6]), qui quina et vicena plura[ve sti]pendia meruerunt

quorum nomi[na] subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum c[ivitate]m dedit et conubium cum ux[oribus quas] tunc habuissent, cu[m est civitas iis data, aut, siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas]

. . . .

Prodiit primum in eph. *Gazette de Liège* 17. Febr. 1881, quam non vidi, deinde cura Schuermannsii in eph. Bruxellensi *Bulletin des Commissions royales d'art et d'archéologie* vol. 20 (1881) p. 123.

[1]) Iidem honores redeunt in lege eiusdem anni vol. III p. 862 n. XIX.

[2]) Requiritur ala aliqua prima, quoniam altera prima sequitur, nomen habens bipertitum tam a populo quam a duce ductum litterarum c. XV, denique appellata civium Romanorum. His numeris omnibus quae satisfaciat nullam repperi.

[3]) Redit in exercitu Britannico a. 105 (vol. III p. 866 n. XXIII). Ex ea veteranum fuisse, cui hoc privilegium datum sit, probabiliter coniecit Schuermanns; locus enim in quo repertus est olim Tungrorum videtur fuisse. Omnino qui id impetravit, non in Britannia mansit, sed post missionem domum reversus est.

[4]) Ex cohortibus sex, ad quas privilegium pertinuit, quattuor, quarum nomina supersunt, omnes redeunt in lege pariter ad Britanniam pertinente a. 124, pleraeque aliunde quoque satis notae sunt. Desiderari primam patet; altera quae deficit dubium est utrum exciderit post I Hispanorum an post I Vardullorum; spatium utroque loco sufficit, sed posteriorem non habemus quomodo expleamus nisi cohortis vocabulo inserto, priore aliud aliquod vocabulum ad *Hispanorum* potest adiectum fuisse, quamquam cohors haec in Britannia sub eo nomine solo saepius memoratur.

[5]) De T. Avidio Quieto haec adhuc innotuerunt. Praenomen nuper aperuerunt fistulae urbanae editae a C. L. Viscontio *Bull. della comm. arch. di Roma* 5 p. 73 et a Lancianio in egregio commentario *le acque e gli aquedotti* p. 221 n. 64 p. 240 n. 191. Tegulae quoque eiusdem viri, sed praenomine carentes innotuerunt tam ex urbe Roma (Visconti l. c. p. 75) quam ex insula Sardinia, ubi vidi ipse in museo Cagliaritano (Spano *iscr. figulinarie sarde* p. 19 n. 35). Eundem a. 89 provinciae Thraciae praefuisse legatum imp. Domitiani nuper ostendit decretum urbanum insigne editum vol. VI n. 3828, aere incisum a Viscontio (l. c.), unde item didicimus (quamquam Marquardtius in nupera recognitione *Staatsverwaltung* I p. 314 invento usus non est) non Traianum, ut adhuc statuebant, sed Domitianum ei provinciae legatum dedisse. Eundem esse proconsulem nescio cuius provinciae Quietum, quem laudat amicus eius Plutarchus quaest. conv. 2, 1, 5, probabiliter posuit Patzig (quaest. Plutarcheae. Berolini 1876 p. 48), quamquam de lectione non satis constat Macrobiusque hunc locum compilans ut recte hominem Domitiani temporibus adiudicavit, ita nomen eius male in L. Quinti corrupit. Nam veri simile est, ut Patzigius exposuit, hunc alterum esse ex fratribus duobus, quibus Plutarchus librum de fraterno amore dedicarit, Quinto — immo Quieto — et Nigrino, eosque fuisse Avidios; denique Κύνιε, ut est in libri de sera numinis vindicta dedicatione, et ipsum mutandum esse in Κύητε. A. 97 in senatu sententiam tulit (Plinius ep. 9, 13, 13). Obiit ante a. 107 (Plinius ep. 6, 29, 1; cf. index Plin. p. 403). Huic cum legatio Britannico a. 98 egregie conveniat, cognomen supplementis inserere non dubi-

tari. In umbone autem scuti aeneo reperto in Britannia vol. VII n. 570 cum dubitans legerit Augustus Franks ꟻD · AVIRL · QVINTO, ibi legatum non audeo agnoscere, quamquam litterae non magnopere distant ab AVIDIO QVIIITO, quoniam in militum armatura si qua nomina inveniuntur, aut ipsorum esse solent aut centurionum. — Decretum Aezaniticum vol. III n. 355 Waddington in fastis Asiaticis p. 722 ed. mai. ad filium cognominem rettulit proconsulem Asiae imperante Hadriano, id quod mihi olim dissentienti iam et ipsi probatur.

[6]) Leges cum dimissorum militum passim mentionem iniciant, quinam dimiserit, non enuntiant praeter hanc. Ipsa res non offendit; nam mittendorum militum ius quamquam imperatorium est, quod per alium quis facit, id ipse videtur fecisse, et extant tituli militum missorum per legatum illum vel illum (vol. III n. 1078. 1172). Causa, cur praeter consuetudinem haec lex legatum dimittentem enuntiarit, eam fuisse crediderim, quod cum data est, Nepos nuper inde discessisset missione perfecta; contra sicubi legatus is, qui provinciae tum praeerat, cum lex lata est, eos de quibus agitur milites dimisisset, semel tantum nomen positum esse. Haec si recte posita sunt, non recte Borghesius (opp. 3, 195) legationem Britannicam C. Salvii Liberalis ad id tempus rettulit, quo Nerva et Traianus simul imperio praefuerunt; nec recte opinor ita evitatur scopulus *legati Augustorum* tituli Urbisalviensis (vol. IX n. 5533 = Orell. 1170). Nepos quinam intellegatur, ignoro; gentilicium, quod cum praenomine desideratur, litterarem fuit circiter quinque.

LXX. PIVS SECVNDO.

a. 153 ..... rep. Regensburgi, est in museo Berolinensi.

Rep. Regensburgi prope ecclesiam Dominicanorum, dum aquaeductus fit, emit Schwarzenbergius Potsdamensis. Ab eo comparavit museum Berolinense.

intus: tabella prior.

TRAIANI
AR T AELIVS
NVS AVG PIVS PONT
IMP II · COS IIII P P
D
IN AL $\overline{IV}$ ET COH $\overline{XIV}$
VB VLPIO VICTORE
DIM HON MIS
D

extrinsecus: tabella prior.

NOMIN SVBSCRI
I QVI EOR NON HAB
B CVM VXOR QVAS TV
CIVIT IS DAT AVT CVM IS QV
XIS DVMTAX SING A D
BRVTTIO PRAES
IVNIO RVFIN
ALAE II FL ~ P F CVI PR
TI CLAVDIVS RVFV
EX GREGALI
SECVNDO SASI[illegible]I · F
ET SECVNDAE BORI FIL
DESCRIPT ET RECOGNIT EX
QVAE FIXA EST ROMAE IN
TEMPL DIVI AVG AD MI

[Imp. Caesar, divi Hadriani f., divi] Traiani [Parthici nepos, divi Nervae] pr(onepos), T. Aelius [Hadrianus Antoni]nus Aug(ustus) Pius pont(ifex) [maximus, tribunicia potestate XVI,] imp(erator II), co(n)s(ul) IIII, p(ater) p(atriae)

[equitibus et peditibus qui militaverunt] in al(is) IV et coh(ortibus) XIV[1]) [et sunt in Norico[2]) s]ub Ulpio Victore[3]) [quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis] dim(issis) hon(esta) mis(sione),

[quorum] nomin(a) subscri[pta sunt, civitatem Roma]n(am), qui eor(um) non hab[erent, dedit et conu]b(ium) cum uxor(ibus), quas tu[nc habuissent, cum est] civit(as) is data, aut cum is, qu[as postea du]xis(sent) dum tax(at) sing(ulis).

a. d. . . . . [C.] Brut[ti]o Praes[ente], A. Iunio Rufin[o consulibus][4]),

alae II Fl(aviae) (miliariae) p(iae) f(idelis)[5]), cui pr[aest] Ti. Claudius Rufu[s], ex gregal[e] Secundo Sasip(*vel* r)i f(ilio) et Secundae Bori fil(iae).

Descript(um) et recognit(um) ex [tabula aerea,] quae fixa est Romae in [muro post] templ(um) divi Aug(usti) ad Min[ervam].

Descripsi. Indicavit nobis Bormannus.

1) Praeter consuetudinem nomina alarum cohortiumque omissa sunt festinante eo qui descripsit, defectu eo magis molesto, quod haec prima lex prodit ad exercitum Noricum pertinens, neque aliunde de eo satis constat. Nomen eius ponunt nummi imp. Hadriani (Eckhel 6, 500). A. 69 sub procuratore Norici fuisse alam unam cohortesque octo Tacitus scribit (hist. 3, 5 cf. 1, 11. 70. 4, 70). Iam hoc certe intellegitur secundo saeculo parem fuisse exercitui Raetico, quem constat numeravisse ad minimum a. 108 alas IV cohortesque XI (D. XXIV vol. III p. 867), a. 166 alas III cohortesque XIII (D. LXI Eph. 4 p. 460).

2) Hoc supplementum requiritur cum propter procuratorem (quem duabus provinciis ex ordine praefuisse equidem non statuerim) tum propter alam, nec recte inde, quod aes prodiit ex castris Reginis, colligas veteranum, cuius fuit, meruisse in exercitu Raetico. Nam quamquam verum est veteranos plerumque in ea provincia mansisse ubi missionem accepissent (vol. III p. 916), hoc, ut ibidem monui, anxie premendum non est, nec longe castra illa Raetiae a Norici confiniis aberant.

3) Ulpius Victor procurator Augusti nominatur in titulis Noricis Celeianis vol. III n. 5161. 5169 beneficiariorum suorum, quorum priorem in eadem statione fuisse sub alio procuratore, qui provinciam procurarit anno 158, ex titulis n. 5162. 5166 colligitur. Idem cum hoc loco intellegatur, procurationem Victoris pertinere ad a. 153 iam discimus.

4) Consules cum ad a. certe 167 nulli in legibus nominentur nisi eo tempore fasces gerentes, probabile est hanc per primum eius anni nundinium latam esse.

5) Ala II (sic omnino in aere est, non I) Flavia miliaria pia fidelis redit in lege a. 107 (D. XXIV vol. III p. 866), quo tempore in Raetia

merebat, item in titulo Augustano vol. III n. 5823, qui cum item legionis III Italicae mentionem faciat, verisimile est eam alam etiam post Marcum in eadem provincia constitisse. Nihilo minus post inventum titulum Concordiensem vol. V n. 8660 tabellasque Reginenses a. 166 (huius eph. vol. II p. 460) extra dubium est, ut has edens demonstravi, eo anno solas alas tres primas omnes Raetiae praesedisse; itaque in diplomate anni 153 ad Noricum exercitum pertinente ala ea recte nominatur. Nec mirum est per hos maxime annos in praesidiis duarum provinciarum conterminaum multa novata esse numerosque stationes subinde mutasse. — Ad eandem alam Christius (in actis Monacensibus minoribus a. 1868 vol. 2 p. 436) refert titulos *alae Flaviae piae fidelis miliariae exercitus Raetici* vol. VI n. 3255 et *alae II Flaviae singularium* Augustanum vol. III n. 5822 probabiliter. *Alam II Flaviam Hispanorum civium Romanorum* titulorum Hispanorum (vol. II n. 2600 cf. n. 2554. 2637) et *alam II Flaviam Agrippianam* C. I. Gr. n. 3497 num item recte ad eam traxerit, magis dubium est. Ceterum ad quaestionem de qua nos agimus hi tituli omnes non perveniunt.

LXXI. MARCVS ET COMMODVS VALERIO VALENTI.
rep. Kadiköi, est Tirnowae. a. 178 d. Mart. 23.

Tabellae repertae inter rudera castri Romani Kadiköi quinque sexve horis a Tirnowa, sunt Leskovetz apud dominum Jekov.

(textum vide p. 506. 507.)

Imp. Caesar, divi Antonini fil., divi Ver[i Parthici] maximi frater [1]), divi Hadriani nepos, divi Traiani Parthici pronepos, divi Nervae abnepos M. Aurelius Antoninus Aug(ustus) Germanicus Sarmaticus, pontifex maximus, tribunic(ia) potest(ate) XXXII, imp(erator) VIII [2]), co(n)s(ul) III, p(ater) p(atriae) et

imp. Caesar [L.] Aelius [3]) Aurel[i]us Commodus Aug(ustus) Antonini Aug(usti) fil(ius), divi Pii nepos, divi Hadriani pronepos, divi Traiani Parthici abnep(os), divi Nervae adnepos Germanicus Sarmaticus, tribun(icia) potes(tate) III [4]), imp(erator) II, co(n)s(ul), p(ater) p(atriae)

peditibus et equitibus, qui militaverunt in cohorte I Flavia Numidarum [5]), quae est Lyciae Pamphyliae [6]) sub Licinio Prisco leg(ato) [7]), Iulio Festo tribuno [8]), quinque et viginti stipendis emeritis dimissis honesta missione,

quorum nomina subscripta sunt, civitatem Romanam, qui eorum non haberent, dederunt et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut cum iis, quas postea duxissent, dumtaxat singulis

a. d. X k. Apriles Ser. Scipione Orfito, [P.] Velio Rufo co(n)s(ulibus) [9]).

ex equite Valerio Valeri f. Valenti castr(is).

Descriptum et recognitum ex tabula aerea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

Descriptam ab eodem Syrku misit ediditque I. Ponialowsky cum n. LXVIII. Repraesentavi utrumque exemplum, scilicet ipsum Syrkowianum ab editore mihi missum, cum suis naevis, quatenus typi permiserunt. In interiore pessime scripto litteras deformatas ita ut agnoscerentur ad consuetam formam revocavi, ea de quibus dubitari potest, ut potui reddidi. Exterius in universum recte legi apparet; quae errata sunt, ut 6 XXXIII, 7 AVREVS, 16 DIMMISSIS, 17 RV, 23 D pro P omnino, 28 AGV, pleraque ad exceptorem referenda sunt ceteroquin diligenter officio functum.

[1]) Lex haec, quae prima innotescit lata a Marco post obitum Veri, in nomine illius honoribusque efferendis plane concordat cum inscriptione urbana arcus Marco a senatu dedicati a. 176 (vol. VI n. 1014). Confirmatur igitur post Veri mortem eum fratris consecrati nomen maioribus interposuisse, nominibus autem Armeniaci Parthici Medici legitimo usu abstinuisse.

[2]) Pro IMP · VIII, ut traditur extr., vel IMP · VII, ut videtur esse intus, requiritur IMP · VIIII; nam inscripti sunt nummi cusi per tr. p. XXXI, id est a. 177, alii *imp. VIII*, alii *imp. VIIII*, cusi tr. p. XXXII omnes *imp. VIIII* (Eckhel 7, 64. 65).

[3]) Lex haec, quae prima est data a Commodo, etiam primis annis Aelio nomine tamquam legitimo eum usum esse ostendit, id quod antea opinor ignorabatur; nam titulum Emonensem vol. III n. 3843 non eius esse in adnotatione ad eum ostendi.

[4]) Aes in utroque exemplo etiam II admittit; sed requiritur III.

[5]) In titulo Brundisino (C. I. Gr. vol. III p. 1254 n. 5783 *c*) mentio fit χώρ(της) α' [Φλ. Ν]ουμιδῶν [ἐκ] Πέργ(ης) τῆς [Πα]μφυλίας.

[6]) Esse debuit *in Lycia Pamphylia.*

[7]) Quod plerumque statuunt propter fragmentum Dionis 69, 14 ab a. inde 135 Lyciam et Pamphyliam sub proconsulibus fuisse, ei et titulus contrarius est C. I. Gr. vol. III p. 1140 n. 4303 *h'* scriptus sub legato pro praetore imperante Pio et haec lex a. certe 178 provinciam sub imperatore fuisse declarans.

[8]) Praeter consuetudinem iunguntur legatus et tribunus, quod huius provinciae exercitus una sola cohorte conficiebatur.

[9]) *Orfito et Rufo* intus. — In annis legitime significandis cum consules suffecti locum suum retinuisse videantur ad Commodum usque (v. *Staatsrecht* 2², 87), probabile est anni 178 primum nundinium quadrimestre fuisse, neque id difficultatem facit, quamquam pleraque nundinia tum bimestria fuerunt (l. c. p. 82). — Ordinariorum eius anni plena nomina nunc demum emergunt. Disputavit de iis Borghesius opp. 3, 58 seq. Floruerunt per hos annos Ser. Calpurnius Scipio Orfitus salius Palatinus defunctus a. 191 (VI, 1980, 12 cf. Fabrett. 744, 518) et Cornelius Scipio Orfitus creatus salius Palatinus a. 189 (VI, 1980, 10. 1981, 3); uter a. 178 fasces tenuerit, dubitari potest, quamquam praenomen priori favet. — Collegam Orfiti, quem Borghesius (l. c.) indicarat fuisse Q. Tineium Rufum, iam intellegimus fuisse P. (?) Velium Rufum, quem c. a. 183 Commodus occidit (vita c. 4: *interfecta et Vitrasia Faustina et Velius Rufus et Egnatius Capito consulares*).

intus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI ANTONNI F //DEVI N/EGII/E/ILIII
MAXIM FR/S/Γ Γ P IVI IIEDRMNI NEI · P · DIVI TRAIANI
PARTHICI PRONR DIVI NRCVAE ABNΛΓO M AVRΛ
VSAN⊏LININ AVΓ · GERMANIC · SARMATINMN
ΠFE MAXIMV · TRIRVNIIIΛN \ XXXII IMP VII COS III P I · I
IMP · CAESΛI/ΛEIVΛRELLV COMMODVS LC · ANTONI
AVG · FLL · DIVI PII NEPO DI ◎ VI HADRANI PRONEP
DIVI TRAIANI PARTH · IΓ NFTO DIVI NERVAE PNEPOS
GERMAN IFRMATIC TRIBVN · POT LILM · LI CNS · P · P ·
PEDITIBV ET EQVITIRV QVI MILITAVERVNT NCPYL^{1} A^{z}
TE I FIAVII NVMIDAR QVAE EST LYCIAE MMIPYLLA⊏
SVR LICINIO PRISCO LEG IVLIO FESTO TRIBVNO QVIN
QVE ET VIGINTI STIPENIIS EMERTIS DIM/SSIS
HONESTA MISSIONE QVORVM NOMINA SVBSCRII
SVNT CIVITATEM ROMA ◎ NAM QVI EORV NON HA
ERENT DEDERVNT ET COIVBIVM CVM VXORIBV QVA
V HABVISTNT CVM EST CIVITAS IIS DAT AVT
\ IIS QVA POSTE DVIISSNT DVMTAXAT
SINGVLIS

tabella posterior.

A D · X · K · APRILES
ORFITO ET RVFO COS
◎
EX EQVITE
VALERIO VALEEI F VALENTI CAST
◎
DESCRIPTVM ET RECOGNIT EX TABVL AREA QVAE
FIXR EST ΓNAI IN MVE POS TEMPIV DIVI AVG · AD
MINERVAM

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAESAR DIVI ANTONINI FIL DIVI VE
XIMI FRATER DIVI HADRIANI NEPOS
PARTHICI PRONEPOS DIVI NERVAE A
AVRELIVS ANTONINVS AVG GERMANICVS
TICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC POTES
XXXIII · IMP · VIII · COS · III · P · P · ET
MP CAESAR I · AELIVS AVREVS · COMMODVS AV
ANTONINI AVG · FIL · DIVI PII NEPOS · DIVI HADRIA
NI PRONEPOS DIVI TRAIANI PARTHICI ABNEP · DI
VI NERVAE ADNEPO GERMANICVS SARMATICVS
TRIBVN POTES III · IMP · II · COS · P · P ·
PEDITIBVS ET EQVITIBVS QVI MILITAVERVNT IN
COHORTE · Ī · FLAVIA NVMIDARVM QVAEST LYCIM
PAMPHYLIAE SVB LICINIO PRISCO LEC IVLIO
FESTO TRIBVNO QVINQVE ET VIGINTI STIPENDIS
EMERITIS DIMMISSIS HONESTA MISSIONE QVO
RV NOMINA SVBSCRIPTA SVNT CIVITATEM ROMA
NAM QVI EORVM NON HABERENT DEDERVNT ET CONV
BIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT CVM
EST CIVITAS IIS DATA AVT CVM IIS QVAS POSTEA DV
XISSENT DVMTAXAT SINGVLIS A D X K · APRI
SER · SCIPIONE · ORFITO
D · VELIO · RVFO
EX EQVITE
VALERIO · VALERI · F · VALENTI · CASTR
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM ET TABVLA AEREA
QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO POST TEMP
LVM DIVI AGV AD MINERVAM ·

tabella posterior.

C · BELLI VRBANI
L · SENTI CHRYSOCONI
TI · IVLI CRESCENTIS
L · PVLLI MARCIONIS
5 S · VIBI ROMANI
C · PVBLICI LVPERCI
M · IVNI PII

LXXII. IMP . . . . LVCILIANO.

inter a. 216 et 247? rep. Adóny, extat Pestini.

Tabula aerea fracta nuper reperta Adóny in Pannonia inferiore, ubi fuit Vetus Salina (vol. III p. 431) prodiitque item similis legis fragmentum n. LXV editum supra p. 184.

tabella prior: intus.

HRA
ALPIN·PEDIT·I
N·ET P HEMESEN·ET·
ERIOR·SVB POMPON
E ET VIGINTI STIPEN
IS HONESTA MISSION
A·SVBSCRIPTA SVN
NAM QVI EORVM NON
T CONVBIVM CVM VXO
ABVISSENT CVM ES
AT AVT CVM IS QVAS
ENT DVMTAXAT

tabella prior: extrinsecus.

E QVORVM NOMINA SVBSCRIP
ROMANAM QVI EORVM NON
CVM VXOR·QVAS TVNC HABVIS
S IIS DATA AVT CVM IS QVAS POS
TAXAT SINGVLIS PRAETEREA
DECVRIONVM ET CENTVRIO
I PROVINC·EX SE PROCREATIS
LANI·ESSENT·A D·III·IDVS·AVG·
AEMILIO SEVERO·CANTABRINO COS·
EST·OCTAVIVS FVSCVS·
VRIONE·
F LVCILIANO POROL·
SECVNDINAE VX·EI·BASS
ANO F EI·ET LVCIDAE F EI·
ER·QVE FIXA EST·ROMAE
AD·MINERVAM·

[Imp. Caes.] . . . .

[equitibus et peditibus, qui militaverunt in alis . . . et cohortibus . . . quae appellantur] . . . . [T]hra[cum . . . . . et prima] Alpin(orum) pedit(ata) e[t] . . . . n(orum) et p(rima) Hemesen(orum), et [sunt in Pannonia inf]erior(e) sub Pompon[io . . . . quinqu]e et viginti stipen[dis emeritis dimiss]is honesta missione

quorum nomina subscripta sun[t, civitatem] Romanam, qui eorum non [haberent, dedit e]t conubium cum uxor(ibus), quas tunc habuissent, cum es[t civita]s iis data, aut cum is quas pos[tea duxiss]ent dumtaxat singulis; praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[num, qui cum filis in] provinc(ia) ex se procreatis [milites ibi castel]lani essent.

a. d. III idus Aug. . . . . Aemilio Severo Cantabrino cos.

[cohortis] . . . . ., cui pra]est Octavius Fuscus, [ex cent]urione . . . . . . f. Luciliano Porol(issensi); . . . . . . Secundinae ux(ori) ei(us); Bass . . . . [filio eius et] . . . . ano f(ilio) ei(us) et Lucidae f(iliae) ei(us).

[Descriptum et recognitum ex tabula a]er(ea), que fixa est Romae [in muro post templum divi Augusti] ad Minervam.

Edidit tabellam primus Iosephus Hampel in actis Hungaricis (*Arch. Ertesitö* XIII p. 9—14) descriptam diligentissime adiecta praeterea forma partis

interioris neglegenter scriptae et propterea lectu difficilis. Nihilominus cum litterae quaedam effractae vel ob alias causas dubiae scrupulum mihi movissent, oculis meis tabellam ut inspicere liceret Berolinum transmissam, a musei praefecto Francisco Pulszky optimo amico et horum studiorum egregio patrono impetravi. Iterum edidi ego adiectis tabulis curante Ottone Hirschfeld diligentissime ligno expressis apud Benndorfium et Hirschfeldium *archäologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich* vol. 3 (1879) p. 2 seq., unde quae sequuntur repetita sunt.

De lectione haec observanda sunt. — Partis interioris v. 1 tertia littera quae videtur fuisse A non satis certa est. — 3 pro P Hampelius legit II, non recte. — 11 AT potius est quam quod dedit Hampel TA. — Partis exterioris v. 7 ante PROVINC quod remanet exiguum elementi vestigium pro N ab Hampelio acceptum non minus recte ad I, L, A, M cet. referetur. — 8 prima littera fracta num L fuerit an M vel I, aliquamdiu dubius haesi, sed aere diligenter considerato Hampelii lectionem omnino probandam esse et ego intellexi et intellexerunt aere inspecto viri periti alii. — In redintegratione spatiorum rationem ita habui, ut propter compendia arbitraria in hoc genere scripturae in parte interiore vulgaria ibi quoque, ubi vocabulis solito more perscriptis spatium deerat, consuetas formulas retinerem excepto uno loco int. 6, ubi cum requiratur [DIS PLVRIBVSVE EMERITIS DIMISS]IS HONESTA MISSION, deficiant autem litterae tantummodo plus minus tredecim, PLVRIBVSVE vocabulum omisi. — Extr. 10 pro *cohortis* eodem iure poni potest *alae*, item 11 [*dec*]*urione* pro *centurione*.

Consulis alterius nomen quod remansit *Aemilii Severi Cantabrini* plane ignotum est, ut ne familiae quidem ulla memoria praeterea extare videatur. *Cantabrini* cognomen adeo nunc primum opinor innotescit componendum id cum *Allobrogicino* et *Graecino* (cf. C. I. L. vol. I p. 178). Severum Cantabrinum consulem suffectum fuisse paene certum est cum propter diem (Aug. 11), tum quod inter ordinarios, ut Cantabrinum mittam, ne Severus quidem ullus reperitur, de quo recte cogitemus. Itaque probabile est legem ante a. 247 datam esse; nam certe ab eo tempore inde in legibus his anni ab ordinariis nuncupantur (v. *Staatsrecht* 2^2 p. 88). — Cum ex reliquiis legis quas habemus de anno non constet, ne hoc quidem determinari potest, cuius imperatoris quorumve imperatorum nomina praescripta fuerint. Sane lex ante Diocletianum scripta est, cum in eo collegisque privilegia haec deficiant ratione militiae universa immutata. Sed adsunt indicia aetatis alia paullo certiora. Barbarismum *que* pro *quae* III, 15 in diplomatis ad Marcum usque non reperiri, at ab anno inde 216 constanter fere adesse monui C. III p. 919. E contrario ex iis quae de consulibus modo exposui efficitur legem anno 247 priorem esse. Denique cur tabula non ante Alexandrum scripta esse videatur infra monstrabo. Itaque probabile est legem datam esse inter Alexandrum et Philippos.

Ex nomine exercitus, ad quem privilegium pertinuit, in aere non superest nisi pars vocabuli . . . ERIOR; intellegi Pannoniam inferiorem colligitur cum ex loco, unde aes prodiit (nam veteranos vitam exegisse fere in provincia,

in qua meruissent, demonstravi C. I. L. vol. III p. 916), tum ex cohortium nominibus quae in aere supersunt. Nam diploma a. 167 (C. I. L. III p. 888) in exercitu eius provinciae et Thracum cohortes tres enumerat, scilicet I Thracum Germanicam civium Romanorum, I Augustam Thracum, II Augustam Thracum, et cohortem I Alpinorum peditatam; cohortem autem primam miliariam Hemesenorum nominant eiusdem provinciae tituli non pauci saeculi tertii (C. III n. 3328. 3331. 3334; Eph. epigr. II n. 595. 596. 598. 600). — Legati eius provinciae Pomponii (cognomen intercidit) alibi mentionem non inveni.

Sed quae praeterea in aere reperiuntur cum aut vulgaria sint[1]) aut obscura, comma quo privilegium finitur minime vulgare est nec fortasse ita obscurum, ut de explicatione desperandum sit. Scilicet cum principium dispositionis ad verbum respondeat privilegiis iis quae peregrinae condicionis militibus provincialibus ab a. 154 inde concedebantur (C. I. L. III p. 907), clausula:

PRAETEREA
DECVRIONVM ET CENTVRIO
I PROVINC EX SE PROCREATIS
LANI ESSENT

nunc primum emergit. Neque id per se offendit. Nam privilegia auxiliariis provinciarum militibus concessa cum satis multa supersint ad Marcum usque, adhuc nullum habuimus anno 178 (supra p. 502) posterius; crediderimque hoc de quo agitur longo intervallo a reliquis seiungi, praemia autem veteranorum interim mutata esse.

Ea mutatio quae fuisse videatur antequam expono, error quem in privilegiis antea notis enarrandis commisi mihi retractandus est, cum ab ea quaestione aeris huius interpretatio pendeat. Scilicet cum huiusmodi peregrinae condicionis militibus ad a. 145 civitas Romana concessa esse inveniatur et ipsis et *liberis posterisque eorum*, clausula autem haec in privilegiis per annos 154 ad 178 concessis deficiat, id dixi (l. c. p. 908) factum esse videri culpa eorum qui privilegia ea concepissent, quos sane hac aetate constat officio parum diligenter functos esse. At iam apparet ius potius mutatum esse beneficio inter a. 145 et 154 ad ipsos milites restricto, ut

[1]) Quamquam in vulgaribus his non omnino praetereundum est, quod milites auxiliarii, quo tempore lex haec data est, post emerita quinque et viginti stipendia mittebantur. Nam stipendiorum numerum legitimum tertio saeculo crevisse norunt qui eius aetatis rem militarem non ex enchiridiis solis cognoverunt; scilicet classicorum ex sex et viginti facta esse duodetriginta privilegia ostendunt (C. III p. 907), legionariorum viginti crevisse ad quinque et viginti titulus Dacicus C. III, 1072 et Servius ad Aeneidem 2, 157 quaeque efficiuntur ex loco Modestini Dig. 27, 1, 8, 2 et constitutionibus Caracallae Cod. Iust. 5, 65, 1. 12, 35, 2. Auxiliariorum privilegia cum post Marcum deficiant, expectari potuit simile quiddam de iis cautum esse; nihilominus hoc aes ab antiquioris aetatis numero legitimo non recedit.

liberi ante civitatem adeptam nati deinceps in peregrina condicione remanerent. Id quod confirmat qui c. a. 160 scripsit Gaius 1, 57: *veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium cum his Latinis peregrinisve quas primas post missionem uxores duxerint* (poterat addere 'vel ante ductas retinuerint'): *et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani et in potestate parentum fiunt*, nam tacite cives Romanos esse negat liberos ex eiusmodi iuris peregrini matrimonio ante missionem natos. Iam vero hoc privilegio filiis ante id datum natis civitas conceditur sub certis condicionibus, quae cum integrae ad nos non pervenerint, supplementis opus fuit.

Supplementa formanda erant ratione habita ante omnia argumenti harum legum universarum, quod est de civitate et conubio, ut in his haec quoque clausula necessario versetur; item ratione habita clausulae recensentis inter beneficiarios praeter filios etiam filiam, ut non filiorum tantum, sed liberorum utriusque sexus privilegium hoc loco requiratur; item verborum *ex se*, quae secundum linguae leges requirunt ut veterani sint a quibus enuntiatum regatur[1]). Nam ad verba nascendi et oriundi cum praepositio *ex* ita applicetur, ut aequabiliter et de matre usurpetur et de patre[2]), in legibus de hoc magis adhiberi solet, ut filius *natus ex aliquo* opponatur adoptivo; neque enim aliter id Latine dici potest[3]), cum *filius naturalis* non usurpetur nisi de filio non iusto. His condicionibus ut satisfacerem et difficile negotium aliqua ratione expedirem, proposui quod supra legitur: *praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[num, qui cum filis in] provinc(ia) ex se procreatis [milites ibi castel]lani essent*; aut, si cui magis placebit filios non inter castellanos, sed solita ratione militavisse, sic: *praeterea [liberis eorundem] decurionum et centurio[num, qui probatis filis in] provinc(ia) ex se procreatis [ipsi ibi castel]lani essent.*

Quod si quem offendit ita ex iis quae praecedunt prius comma solum cogitatione suppleri, scilicet *civitatem Romanam dedit*, cum posterius *et conubium .... singulis* ad filios non recte referatur, fortasse hoc ne verum qui-

1) Velim ne leviter hoc aestiment, quibus studia haec hodie curae sunt adsuefacti scriptionibus Latinis quae dicuntur doctorum tertiae magis quam secundae declinationis hominum et propterea saepe iusto mitiores. Neque enim hic agitur de titulo aliquo privato, quos omnis generis soloecismis abundare nemo negat, sed de lege publica eius generis, in quo barbarismi fabris imputandi, ut illud *que* pro *quae*, ante tertium saeculum nulli, barbarismi autem, qui ad auctorem legis redeant, nullo tempore ulli reperiuntur.

2) Inde non minus recte dicitur *nepos ex filio natus* quam *nepos ex filia*. Addo locos quosdam. Ennius fragm. 346 Vahlen: *neve tu umquam in gremium extollas liberorum ex te genus.* Terentius Hecyra 655: *si ex me illa liberos vellet sibi.* Adelph. 15: *ex me hic natus non est, sed fratre ex meo.* Sallustius Iug. 5, 7: *is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque . . . eodem cultu quo liberos suos domi habuit.* Ulpianus Dig. 49, 15, 21 pr.: *si quis ... ex se natum sub titulo naturalis filii ... manumiserit.* Cf. Handius in Tursellino 2 p. 636.

3) Simili ratione lege cautum erat ut socii nominis Latini cives Romani fierent *ii qui stirpem ex sese domi relinquerent* (Liv. 41, 8).

dem est; nam si ponas veteranum tempore missionis habuisse filium maritum, id quod fieri potuit, omnino filio quoque conubio opus fuit, ut matrimonium iustum evaderet et liberi ex eo nati in potestate avi essent. Sed ut qui leges composuerunt de eo casu non cogitarint, quod ego quoque magis negaverim, cum posterior certe clausulae pars de uxore post missionem ducta ad liberos parum recte extendatur: privilegia eius temporis, quo civitas Romana liberis quoque veteranorum una cum ipsis concedebatur, plane simili ambiguitate scripta esse inveniuntur; sic enim ibi est: *ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus quas tunc habuissent cum est civitas iis data* et quae sequuntur. Itaque haec aut ita ut supra indicavi explicanda sunt aut certe toleranda.

Sed militum castellanorum vocabulum, in quod sponte incidit etiam Hirschfeldius, quo pertineat iam videamus.

Militiae Romanae rationem Alexander ita mutavit, ut eam ex aliqua parte et colonam faceret et hereditariam. *Sola,* ait qui vitam eius scripsit c. 58, *quae de hostibus capta sunt limitaneis ducibus et militibus donavit ita, ut eorum essent, si heredes eorum militarent, nec umquam ad privatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent; addidit sane his et animalia et servos, ut possent colere' quod acceperant, ne per inopiam hominum vel per senectutem possidentium desererentur rura vicina barbariae, quod turpissimum ille ducebat* (cf. vita Probi c. 16). Haec rura hostibus erepta et barbarico solo vicina proprie esse *castella* colligitur ex lege a. 423 (C. Th. 7, 15, 2 = C. Iust. 11, 60, 2): *quicumque castellorum locos quocumque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castellorum territoria quibus adscripta sunt et de quibus iudicavit antiquitas. Quod si ulterius vel privatae condicionis quispiam in his locis vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum bonorum publicatione plectatur.* Iidem agri sub nomine limitotrophorum sive limitaneorum passim in constitutionibus commemorantur; id quod vel rubrica significat Codicis Iustiniani (11, 60) *de fundis limitotrophis et terris et paludibus et pascuis limitaneis vel castellorum.* Huius instituti, quod ad Alexandrum rerum scriptores referunt, tamquam corollarium est quod aere Pannonico significatur, scilicet militibus peregrinae condicionis cum honesta missione civitatem Romanam ita concessam esse, ut gregales ipsi tantum eam acciperent, decuriones autem et centuriones una cum liberis, modo illi relati essent inter milites castellanos filiosque eiusdem condicionis haberent, aut, si mavis, modo ipsi relati essent inter castellanos filiosque milites haberent. Filii autem requiruntur ex ipsis procreati, non adoptione quaesiti, ne orbus in fraudem legis privilegium usurpet.

LXXIII. VALERIANVS ET GALLIENVS P. ANNEIO PROBO.

a. 254 d. Ian. 13 (immo 7) rep. Industriae, extat Taurinis.

Tabellae duae aereae iunctae filo aeneo, quas Industriae, nunc *Monteu da Po*, repperit Baptista Micca, comparavit advocatus Victorius del Corno Crescentinensis, ex cuius dono iam adservantur in nummophylacio regio Taurinensi.

(textum vide p. 514. 515.)

Imp. Caes(ar) P. Licin(ius) Valerianus Pius [1]) Fel(ix) Aug(ustus) pont(ifex) max(imus), tr(ibunicia) pot(estate) II, [consul II et] [2])
Imp. Caes(ar) P. Licinius Egnatius Gal[i]enus Pius Fel(ix) Aug(ustus) pont(ifex) max(imus), trib(unicia) pot(estate) II, co(n)s(ul)
nomina militum, qui militaverunt in cohortibus praetori[s] Valerianis Galienis d[ecem] I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. VIIII. X piis vindici[bus], qui piae et fortiter militiam funct[i sunt], ius tribuimus conu[b]ii [3]) [dumtaxat cum sin]gulis et primis uxoribu[s, ut etiam si pe]re[grin]i iuris feminas im matrimonio suo iu[n]xerint, proinde liberos tollant ac si ex duobus civibus Romanis natos.
a. d. [4]) id. Ian. impp. Valeriano Aug. II et Galieno Aug. co(n)s(ulibus)
coh(ortis) I pr(aetoriae) Valerian(ae) Galienae p(iae) v(indicis). P. Anneio P. f. Probo Pap. Petobione.

Descriptu(m) et recognitu(m) e[x] tabula aer[ea, quae f]ixa est Rom(ae) im mu[ro] pos[t templum divi] Aug(usti) ad M[inervam].

1) PIVS/IVS intus ut videtur vocabulo male geminato.

2) COS · II · ET omissum est intus, extrinsecus deficit in hiatu. Patris patriae et proconsulis vocabula in neutro imperatore videntur adscripta fuisse.

3) CONVBVII aes.

4) Excidisse videtur VII (cf. vol. III p. 913).

Vidi. Vinc. Promis in actis academiae Taurinensis minoribus vol. 13 (a. 1877/78) p. 565 testium nomina edidit, vol. 15 (a. 1879/80) p. 243 meo adiutorio usus totum diploma adiecta tabula. Interiores paginae tam male scriptae sunt, ut prioris (quam in tabula repraesentavit Promis) partem totamque posteriorem legere non potuerimus. Hoc apparet partem tantum in ea scriptam fuisse plerisque omissis.

intus: tabella prior.

IMP CAES P LICI//VS VALERIA
NVS PIVS /IVS FEL AVG
PONT M/X TR POT II
IMP CAES P LIC//////
sequuntur versus tres lectionis parum certae.

tabella posterior legi non potuit.

extrinsecus: tabella prior.

IMP CAES P LICIN
PIVS FEL AVG PONT MAX TR
IMP CAES P LICINIVS EGNATIVS GAL
FEL AVG PONT MAX TRIB POT II COS
NOMINA MILITVM QVI MILITAVERVNT IN C
BVS PRAETORI/ VALERIANIS GALIENIS D
I · II · III · IIII · V · VI · VII · VIII VIIII · X · PIIS VINDICI
QVI PIAE ET FORTITER MILITIAM FVNCT
IVS TRIBVIMVS CONVBVII
GVLIS ET PRIMIS VXORIBV
RE////I IVRIS FEMINAS IMMATRIMONIO SV
O IV/XERINT · PROINDE LIBEROS TOLLANT AC SI
EX DVOBVS CIVIBVS ROMANIS NATOS · A D ID IAN ·
IMPP VALERIANO AVG II ET GALIENO AVG COS
COH · I · PR VALERIAN GALIENA · P · V ·
P · ANNEIO · P · F · PROBO ·
PAP PETOBIONE
DESCRIPTV ET RECOGNITV E/ TABVLA AEI
C/// FIXA EST ROM IMMV// POS
////AVG AD N

tabella posterior.

M · AVRELI	QVINTIANI
L · AVRELI	SIMPLICI
P · APPEI	MARCELLINI
C · CAELI	GERMANICINI
P · AELI	BASSANI
M · AVRELI	MAGRINI *sic*
P · BELLICI	VICENTI

TH. MOMMSEN.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XXIX. ALPES POENINAE.

Vallem Poeninam in provinciarum ordinatione Augusti cum Raetia contributam esse ostendi vol. III p. 707 (cf. vol. V p. 757). Cui meae demonstrationi cum nuper contradixerit G. Zippel (*die römische Herrschaft in Illyricum.* 1877. p. 286), Alpes eas partem fuisse provinciae Germaniae superioris contendens, non abs re erit argumenta in alteram utram partem prolata denuo expendere.

Ex auctoribus qui unus considerandus est Ptolemaeus (reliqui enim quae huc faciant non afferunt) vallem Poeninam duplici nomine Raetiae adiudicat. Primum cum in finibus determinandis proficiscatur a monte Adula, apud quem ait confinia esse Belgicae (2, 8, 6), Narbonensis (2, 8, 6. c. 10, 1), Raetiae (2, 12, 1), Italiae (3, 1, 1), aperte intellegit montes ad lacum Lemannum; nam eo solo loco Belgica (scilicet Helvetii a Ptolemaeo ad Belgicam relati) et Narbonensis et Italia conterminae sunt et contermina item vallis Poenina, quam sic cum Raetia contribui apparet. Adula monte igitur sequitur Alpes ad dextram Rhodani superioris ad Lemannum usque a Ptolemaeo comprehendi, quod utrum recte fecerit an vocabuli usum iusto latius extenderit, ad nostra non pertinet. Zippelius certe cum miratur, qui factum sit, quod Ptolemaeus Poeninas Alpes ab oriente Adulae collocet, rem parum intellexit. — Multo magis autem erravit de oppidis apud Ptolemaeum ad Raetiam relatis. Scilicet geographus Raetiae oppida enumerans (2, 12) post sita prope lacum Brigantinum Taxgaetium et Brigantium cum ita finiat: μετὰ δὲ ταύτας Οὔικος Ἐβόδουρον Δρουσόμαγος Ἐκτόδουρον, ut legitur in codicibus plerisque, at secundum optimum Vaticanum 191, cuius lectiones liberaliter, ut solet, mecum communicavit Car. Mueller, ita: Οὔικος Ἐβόδουρον Ὀκτόδουρον Δρουσόμαγος, quod olim contendi has esse vallis Poeninae civitates iam extra dubium est. Nam quod tertio loco nominatur

Octodurum vallis Poeninae oppidum esse notissimum lectio reformata stabilivit, nec quisquam opinor Zippelium audiet conicientem alterum nescio quod eiusdem nominis oppidum alicubi in Raetia esse potuisse. — Confirmatur ita, quod item olim conieci, pro Οὔικος [1]) reponendum esse Οὐισυισκος notum ex itinerariis, hodie Vevey. — Ebodurum cum legatur interpositum inter Octodurum et Viviscum, quaerendum esse apparet ad caput lacus Lemanni. At pendet quaestio haec de loco Notitiae Dignitatum Occidentis c. 42, 15 adhuc parum recte tractato, ubi cum nominetur *praefectus classis barcariorum Ebruduni Sapaudiae,* is ubi sedem habuerit considerandum est. Enumerantur ibi praeposituraе quinque constitutae Viennae, Arelate, Ebruduni Sapaudiae, Massiliae Graecorum, Sapaudiae Calaronae sub praescriptione, ut est in libris, *in provincia Gallia niparensi.* Quae verba cum aperte corrupta sint, *riparensem* pro *niparensi* qui restituerunt id coniectando creaverunt, quod si traditum esset, crux interpretum foret; nam cum distributio Galliarum notissima sit, riparensis Gallia nusquam redit. Contra tres urbes clarae Vienna Arelate Massilia cum omnes Viennensis provinciae sint sequanturque statim simili loco Novempopulana Lugdunensesque et prima et Senonia et locus omnino flagitet mentionem tam dioecesis (id quod pervidit Seeckius) quam provinciae, praescriptio quomodo emendanda sit, extra dubium positum est, scilicet scribendum *in Gallia: in provincia Viennensi.* Itaque etiam *Sapaudiae Calaro* sine dubio *Cularo* est sive Gratianopolis (Grenoble) urbs et ipsa Viennensis provinciae finibus comprehensa, nec quicquam obstat, quominus Sapaudiae vocabulum eatenus porrigamus. Postquam quattuor urbes demonstratum est ad Viennensem provinciam pertinere, idem de quinto quoque obtineat necesse est. Ebrudunum igitur iam intellegitur neque Eburodunum Caturigum (Embrun) esse neque Eburodunum Helvetiorum (Yverdun); illud enim in provincia Alpium maritimarum fuit, hoc in Maxima Sequanorum. Accedit quod Sapaudiae finibus neutrum recte comprehenditur [2]). Alio quoque nomine Ebrodunum Notitiae oppidorum eorum neutri aptum est, sed magis quaerendum in ripa lacus Lemanni. Nimirum classis nullo modo referri potest ad Ebrudunenses Caturiges et parum apte ad Eborudunenses Helvetios; lacus enim is cui hi adiacent classem armatam non requirebat. Immo eiusmodi classis ea aetate in his partibus cogitari nulla potest nisi in lacu Lemanno. Ebrudunum igitur cum fuerit et in

---

[1]) Quod in uno libro non optimo Vaticano 178 legitur Οὔισκος auctoritate caret.

[2]) Locos de Sapaudia composuerunt Boeckingius ad Not. Dign. Occid. p. 1015 eumque secutus Binding *Geschichte des burgundisch-romanischen Königreichs* p. 5, sed Notitiae loco parum intellecto decepti sunt. Qui primus Sapaudiae meminit Ammianus 15, 11: *Rhodanus ... paludi sese ingurgitat nomine Lemanno, unde per Sapaudiam* (liber *perpensa paudium*) *fertur et Sequanos longeque progressus Viennensem sinistro perstringit, dextro Lugdunensem,* si ita scripsit, male scripsit; crediderim paullo aliter atque fecit Valesius locum sanandum esse scribendo *praeter Sapaudiam* et hoc significari Rhodanum a Genava inde finem facere primum inter provinciam Maximam Sequanorum et Sapaudiam, deinde inter Lugdunensem et Viennensem provincias.

provincia Viennensi et in Sapaudia et ad lacum Lemannum, iam videndum est, quam partem ripae eius probabiliter attribuamus provinciae Viennensi. Ita, cum Noviodunum et Aventicum finibus Maximae Sequanorum comprehensa fuerint, exclusa ripa ad septentrionem ad alteram reicimur, ubi Genavam constat in Viennensi fuisse nec quicquam impedit, quominus universam ripam ad influentem Rhodanum usque cum eadem provincia contribuamus. Nam conterminae provinciae Alpium Graiarum et Poeninarum Notitia Galliarum non adiudicat nisi duo oppido Tarantasiam Ceutronum (Moutiers *en Tarantaise*) et Octodurum Vallensium (Martigny) et facile fieri potuit, maxime post Genavam ex vici condicione ad rei publicae statum translatam, ut tota haec ripa ei attribueretur et propterea fines provinciae quoque augerentur imminuta contermina Alpium. Statio autem classis, cum praesertim regio media alpestris portubus destituta sit, commodior alia nulla reperitur quam ubi Rhodanus in lacum influit ad Villeneuve. — Iam ubi redimus ad Ptolemaeum, quod apud eum nominatur oppidum Ebodurum vidimus situm fuisse inter Viviscum et Octodurum, id quod ei loco, quem ex Notitia effecimus, plane convenit, nisi quod nomen recte opinor in Notitia traditum apud Graecum auctorem corruptelam subiit. — Drusomagus denique cum alibi non nominetur, vero ordine Ptolemaei patefacto quaeri poterit apud Sedunos vel, si magis placet, apud Uberos Lepontios: certe non invenietur qui dicto audiens sit Zippelio nescio quomodo neganti extra Raetiam suam a Druso oppidum nominari potuisse. Itaque quattuor civitates, quas extremo loco in Raetia Ptolemaeus recenset, cum praesertim is vallis Poeninae oppida aut hoc loco rettulerit necesse sit aut omiserit, nos iam tenebimus esse Viviscum, hodie Vevay; Ebodurum vel Ebrodunum prope Villeneuve ad Lemannum; Octodurum, hodie Martigny; Drusomagum ibi fortasse ubi nunc est Sitten.

Hactenus de Ptolemaeo. Iam videamus, num in titulis explicandis Zippelius meliore fortuna usus sit quam in interpretando geographo.

Titulus Interprominus vol. IX n. 3044 sive apud Henzenum n. 6939 aetatis Tiberianae inter honores, quos equestris ordinis vir Sex. Pedius Lusianus Hirrutus consecutus est, cum verba ponat *prim. pil. leg. XXI, pra[ef.] Raetis Vindolicis valli[s P]oeninae et levis armatur(ae)*, inde confirmari dixi tres illas regiones sub eodem praeside fuisse. Contra quae protulit Zippelius, hoc tantum probant eum nec titulum intellexisse nec constitutionem militarem eius aetatis satis didicisse. Nam quod statuit Hirrutum eodem tempore et primum pilum in legione XXI duxisse et praefuisse levi armatures eiusdem legionis itemque Raetis et Vindolicis in vallem Poeninam deductis, et cum legio ea eo tempore fortasse in Germania superiore constiterit, vallem Poeninam ita tecte cum hac provincia contribui, quot verba, totidem errores sunt. Scilicet nec legio huius aetatis levem armaturam sibi propriam habuit, nec qui primum pilum ducebat simul auxiliariis praeesse potuit, nec de mirifica illa deductione Raetorum Vindelicorumque in Poeninas Alpes quicquam traditum habemus. Denique primipilus legionis ad equestres militias quae sequuntur nequaquam pertinet, sed hoc ait titulus

Hirrutum cum in caliga ad primum pilum pervenisset, transitu facto ad militias ordinis maioris duas praefecturas suscepisse, alteram Raetorum et Vindolicorum et vallis Poeninae, alteram levis armaturae. Id enim linguae ratio flagitat hac aetate copulam non admittens solo ultimo ex pluribus loco, nec minus flagitat res; nam *praefectus levis armaturae* per se in eiusdem aetatis titulis aliquoties reperitur [1]). Iungi autem duo officia diversa interposita copula non admodum rarum est, quamquam plerumque vocabulum commune repetitur; in hoc titulo cum praefectus in priore parte tertium casum adsumat, in posteriore secundum, id est illic participii loco sit, hic substantivi, eo magis certum est non de eodem officio haec omnia accipi posse. — Praefectus *Raetis, Vindolicis, vallis Poeninae* (*incolis*) elliptice dicitur, quoniam Poeninae vallis incolae non appellantur Poenini suoque vocabulo carent [2]). Iam vero cum provinciae procuratoriae quae dicuntur eodem iure praefectoriae dici possint et Inalpinis praesertim qui praesunt saepenumero praefecti appellentur, quod ex hoc titulo effeci vallem Poeninam cum Raetia et Vindelicia imperante Tiberio sub eodem praeside fuisse, manet inconcussum.

Altero loco quem citavi, titulus Veronensis vol. V n. 3936 Q. Caecilii Cisiaci Septicii Picae Caeciliani *procur*(*atoris*) *Augustor*(*um*) *et pro leg*(*ato*) *provinciai Raetiai et Vindelic*(*iai*) *et vallis Poenin*(*ai*) tam aperte loquitur, ut quod ei opponeret hoc solum Zippelius invenit uni testi male credi vallemque Poeninam eo tempore cum Raetia Vindeliciaque extra ordinem coniunctam esse potuisse. Nam quod addit: *ausserdem kommt der Titel* procurator pro legato *für die Statthalter procuratorischer Provinzen meines Wissens nie vor*, si memor fuisset adulescens eruditus titulorum duorum notissimorum Orellianorum n. 3570 *proc*(*uratoris*) *pro leg*(*ato*) *provinc*(*iae*) *Mauretaniae Tingitanae* et n. 732 *praefecti pro legato ins*(*ularum*) *Baliarium*, certe non scripsisset et multo minus demonstratum ivisset pro legato officium ei soli provinciae convenire, quae legitimo statu sub legato esset. Immo quod de Tiberii aetate titulus Interprominus docuit, id Veronensis, qui propter men-

[1]) Venafri vol. X. n. 4868 = Orell. 3426: *Sex. Aulieno Sex. f. Ani. primopil. II, tr. mil., praef. levis armat., praef. castr. imp. Caesar. Aug. et Ti. Caesaris Augusti, praef. classis, praef. fabr., II vir Venafri* cet. Gaetae vol. X n. 6098 = Henzen 6735: .... *rius C. f. Aem. Gallu*[*s prae*]*f. levis armaturae p*[*rovinciae* ?] *Hispaniensis.* Intelleguntur opinor milites extra ordinem in provincia conscripti, quales aliquoties memorantur apud Tacitum (hist. 1, 68: *Raeticae alae cohortesque et ipsorum Raetorum iuventus.* 2, 58: *decem novem cohortes, quinque alae, ingens Maurorum numerus.* 3, 5: *cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute*). Post primum saeculum eiusmodi officium non memini memorari; quod si abolitum est, fortasse auxiliorum eius generis condicio mutata est aucta adversus subditos imperatorum diffidentia.

[2]) Hoc ut apertum est, ita quod posuit Zippelius: *die Dative können nur als abhängig von dem folgenden Genetiv verstanden werden, das heisst Pedius war Präfect über die Raeter und Vindeliker in dem poeninischen Thale,* ipsius verbis adscripsi, nam intellego quidem iungi ab eum praefectum vallis Poeninae, sed quid ita de dativis fiat pendentibus si deo Priscianoque placet a genetivo, equidem ignoro.

tionem duorum Augustorum non ante divos fratres scriptus esse potest, de horum aetate confirmat. Demonstrant igitur tituli id ipsum, quod ex Ptolemaeo collegimus, ab Augusto inde certe ad vergens saeculum secundum vallem Poeninam procuratori Raetiae paruisse.

Hoc non negamus testium contemptum, cuius Zippelium reum facimus, aliquatenus eo excusari, quod testimonia rem demonstrant per se parum probabilem; scilicet administrationem civilem militaremque eandem pervenisse a Vevey et Villeneuve ad Augsburg et Regensburg oppida. Nihilominus quod Zippelius Augusto suppeditavit imperii distribuendi consilium, ut vallem Poeninam cum Germania superiore contribueret, imperatori ni fallor parum probavisset. Scilicet imperii ordinatio Augusti eo vel maxime nititur, quod ab Italia arma removit, non ignarus nimirum viae ad imperium paternae; itaque ita rem administravit, ut Italiae provincia nulla contermina esset, a cuius praeside sibi timeret, regiones autem Inalpinae cum armis plane vacare non possent, ne senatorii quidem ordinis praesidem ullum iis praefecit. Hanc esse originem provinciarum exiguarum, quae a septentrione Italiam circumdant, constitutarum sub procuratoribus praefectisve, quamquam nec Maecenas nobis neque Agrippa narravit, nihilominus certum est, neque egregium documentum artis imperatoriae nescio quibus auctorum locis titulisque parum recte intellectis eripi nobis patiemur.

Sed fortasse coniunctionis vallis Poeninae cum Raetia praeterea altera causa accedit. Neque enim Caesar pater solus fuit, qui civitates vallis eius vinceret, sed filius quoque Augustus in tropaeis suis (Plinius h. n. 3, 20, 136 = vol. V n. 7817) inter populos Alpinos a se devictos Uberos, Nantuates, Sedunos, Varagros adnumerat. Id quando fecerit cum rerum auctores non tradiderint, admodum probabile est Raeticum bellum a. 739 etiam ad vallem Poeninam pertinuisse. Id si ita fuit, consentaneum est legem provinciae constituendae quodammodo a victoria illa dictatam esse. Quid quod Drusomagi oppidi vocabulum non sine specie veri ad id ipsum bellum revocabitur.

XXX. COGNOMINA AFRICANA.

Nobis, quibus non in votis quidem, sed in fatis fuit, ut aetatem exigeremus in parando magis quam utendo apparatu epigraphico, cum nuper indicis cognominum Africanorum conficiendi munus impositum esset, admirationem movit eorum quae in *-osus* vel *-osa* finiuntur condicio et proprietas. Missa facimus praeter ea quae corruptelae suspecta sunt et adiectiva in nominum locum adsumpta, ut sunt[1]) †*Exitiosus* — *Fructuosus* (2), *Fructuosa* (2), *Fructosa*, *Frutosa* — *Generosus*, *Generosa* (2) — † *Gratiosus* — *Gulosus* (3) — *Imperiosus* — *Ingeniosus*, *Ingeniosa* — *Luctuosa* — *Musculosus* — *Pom-*

[1]) Numeros titulorum non adscripsimus petendos ex ipso illo indice; adscripsimus si qua vocabula saepius redeunt. Crux ante nomen Christianum distinguit.

posa — *Pretiosa* — *Rugosus* — *Vinosa* — *Vitiosa*, quibus addi potest *Gaudiosa* Christianorum, ea quoque, de quorum origine parum liquet vel certe veriloquium ulteriore examine indiget, ut sunt *Cebosus* — *Cucosa* — *Didosa* — *Faosa* (2), *Fausa* — *Fedosus* — *Libosus*[1] (4), *Libosa* (4) — *Lillosa* — *Murosa* — *Mussiosa* — *Mussosa* — *Nicrosa* (2) — *Pocosa* — *Potosa* (3) — *Veteriosa*. Demptis his quae restant haec sunt:

		Aeliosa
Bonosus (2)	—	Bonosa (6)
		Carosa
Datosus		
		Feliciosa
		Flaviosa
Gallosus, Galosus		
		Iuliosa (17)
		Luciosa (15)
		Maniosa
		Marciosa (4)
		Maurosa
		Maximosa
Monnosus (3)	—	Monnosa (2)
Mustiosus	—	Mustiosa (Mustius, Mustia *passim*)
		Nampulosa (Nampulus, Nampula *passim*)
		Nonnosa
Primosus (5)	—	Primosa (12)
		Proculosa
Quetosus	—	Quetosa
Quintosus (3)	—	Q(u)intosa 2
		Valeriosa
		Veneriosa
		Urbanosa.

De Africanis eiusmodi cognominibus ut recte iudicari posset, in indicibus voluminum syllogae nostrae II (Hispaniarum) III (Orientis et Illyrici) V (Italiae superioris) quae reperiuntur eiusdem terminationis similiter componi iussi. Inventorum ibi (missis Graecis, ut sunt *Drosus, Tryphosa*) ad primum ordinem pertinent *Fructuosus, Fructuosa* — *Generosus* — *Gaudiosa* — *Ponderosus* — *Pretiosa,* ad secundum *Caritosus, Caretosa*[2] — *Colosus* (V, 7194) — *Variosus* (V, 8744), ad tertium, id est eum, de quo agimus, sola duo haec:

Bonosus III, 919. 6150, 32. † V, 1639.	*Bonosa* III, 805. 1474. 2264. 2274. 2283. 3539.
Carosus III, 2027.	

[1]) Adde indici n. 401.

[2]) Illud legitur in christiana V, 1680, hoc in pagana lectionis parum certae II, 3307. Fortasse est vocabulum hybridum; cf. Χαριτῶσα tituli item Christiani C. I. Gr. n. 5850.

Italia reliqua et imprimis urbs Roma eiusmodi cognomina maiore numero suppeditabit, at non ob aliam causam ni fallor quam quod labente aetate Afri homines permulti in Italiam commigraverunt. Sed de his viderint quibus datum erit uti syllogae nostrae indicibus futuris; nos satis habebimus unum nomen afferre repertum in lamina Arretina (edidi eam in Hermae vol. 4 p. 282) *Sallustias* [*Ven*]*eries sive Ven*[*e*]*rioses,* quoniam inde intellegitur hoc nominum genus apud Italos peregrini quiddam habuisse et fortasse pro signis ea magis ibi fuisse quam pro legitimis cognominibus.

In Africa igitur non solum a cognominibus usitatis, ut sunt Felix, Maximus, Primus, Proculus, Urbanus, sed item a praenominibus, ut sunt Lucius et Quintus, gentiliciisque, ut sunt Iulius, Marcius, Valerius, formantur nomina in *-osus* et *-osa*, cui terminationi non eam vim tribuendam esse, quam meliore aetate in adiectivis obtinet, sed hypocoristicis potius eam adnumerandam inde colligitur, quod mulierum ita denominatarum numerus quater tantus est quam virorum. Ea autem terminatio ut extra Africam rara est, ita ne ad hanc quidem universam pervenit; nam in partibus ad orientem perraro invenitur (scilicet in Africa proconsulari cum Tripolitana et Byzacena quinquies solum n. 165. 581. 917. 1534. 10572), frequenter adest in Numidia et etiam magis in Mauretania Caesariensi. Temporis notam cum ex titulis supra relatis tenuiorum fere et plebeiorum hominum perpauci habeant, antiquissimi quos offendi sunt Auzienses duo n. 9014. 9065 annorum 224 et 225, recentissimus Pomariensis n. 9926 anni 545, crediderimque intra hos fere terminos reliquos quoque comprehendi, certe nullum inveni, quem probabile sit ante tertium saeculum exaratum esse.

Cognomina mulierum in *-itta* exeuntia collegerunt olim Otto Iahn in Hermae vol. 3 (1869) p. 170, nuper Iosephus Klein in mus. Rhenani vol. 31 (1876) p. 297. Sed ut ille non omnino sibi cavit ab alienis, ita hic iis quae composuit quaestionem non tam elucidavit quam obscuravit. Nam cum agatur de linguae Latinae nominum formandorum consuetudine, primum procul habenda sunt tam Graeca, ut *Carite* III, 2163 pro *Charite* est[1]), *Carito* vol. VIII n. 3200 pro *Charito,* quam barbara, ut *Urchail Atitta f.* tituli Hispanici vol. II n. 1087, *Loucita Messori* Norici vol. III n. 5289, *Pussitta* civis Raeta vol. VII n. 972, *Lohitto* tituli Aquitanici Grut. 764, 1[2]). Removendum item *Frunita* utpote fruendi verbi participium miro errore a Kleinio ita emendatum, ut fieret *Frunitta.* Removenda pariter *Bonita* et *Monnita* utpote vere in *-ita* exeuntia, non in *-itta*[3]). Removenda gentilicia, ut *Suavittius* et

[1]) Cf. *Charitae* tertio casu vol. V n. 3831.

[2]) His, quae attulit Kleinius, similia vocabula tam virorum quam mulierum finientia in *-itto* vel *-ito* plura innotuerunt, ut virorum *Atito, Atitto — Bito, Bitto — Brito, Britto — Citto — Clito — Itto — Mosgaito — Stritto,* mulierum *Dito — Mellito — Titto* in indicibus nostris reperientur. Eadem alibi redeunt formata in *-ittus* et *-itus,* ut inter alia leguntur *Bitus* et *Bito, Brittus* et *Britto, Cittus* et *Citto, Ditus* et *Dito, Mosgaitus* et *Mosgaito.* Ab hac tamen disquisitione aliena sunt utpote non Latina.

[3]) *Nonnita* est et in titulis a Kleinio citatis omnibus et vol. V n. 1691. 6252; *Bonita* in titulis Kleinianis duobus, cum in tertio (VIII, 2906) sit *Bonitta.* Fortasse

quod ex cognomine quod est *Livittiana* effici videtur *Livittius*; neque enim inde recte colligitur etiam Suavittam et Livittam cognomina in usu fuisse. Denique eliminanda sunt corrupta vel corruptelae suspecta, ut in titulo urbano Marinii Arv. p. 233 non *Favita* est, sed teste Detlefseno *Fausta*; ut *Casinitto*, quod ponit Kleinius citans ex Templio *Casinitio Honorati*, vere est *Cassia Honorati filia* vol. VIII n. 1559; ut *Senecita* tituli Britannici parum bene traditi vol. VII n. 932. Nam in quaestionibus eius generis grammaticis et orthographicis multo minus peccant, qui titulos omnes procul habent quam qui temere iis utuntur nullo delectu nulloque iudicio adhibito. Immo in hac quaestione ea fere sola cognomina in censum veniunt, quae et pluribus testimoniis fulciuntur, cum unicus titulus plebeii ordinis ob id ipsum auctoritate semper careat, et etymon habent evidenter definitum.

Purgata area quae restant vocabula sunt quattuor tantum numero haec: *Gallitta, Iulitta*, *Pollitta* sive *Politta, Livilitta*, quorum tria prima multis et certis testimonii nituntur, in his optimae aetatis quibusdam, quartum unico titulo Africano vol. VIII n. 6777, ubi pro *Vilitta* Renierii *[L]ivilitta* Wilmannsius de lapide excepit. Iam in his cur lingua ad ὑποκοριστικὸν minus sollemne confugerit, in aperto est; nam a Galla, Iulia, Polla sive Pola, Livilla sollemni declinatione quae efficerentur Gallilla, Iulilla, Pollilla, Livililla propter liquidae repetitionem aures offendissent.

Epicoeni generis adiectiva ubi in cognomina abeunt, plerumque viris reservari novit quicumque nominum rationem apud Romanos perpendit. Hoc fortasse observatione non indignum est in titulis Africanis cognomina quaedam muliebria reperiri ex epicoenis formata legitima declinatione ita immutata, ut genus certo indicio significaretur. Sic inveniuntur *Maiorica* — *Minorica* — *Natalica* — *Vitalica* — *Spenica*. Sunt tamen item cognomina similiter formata necessitate nulla cogente, ut *Matronica* — *Nonnica* — *Primulica* — *Victoricus*. Ad eiusmodi usum insularum Baliarium nomina quae nunc sunt redeunt.

Ut generis differentiam certam cognomina sectantur, ita hoc quoque usum curare, ne cognomina et ethnica confundantur ea certe quae ab urbibus derivantur, alio loco (*röm. Forsch.* 2, 290) de hominum patriciorum vocabulis exposui. Similis lex in Africanis quoque obtinet. Nam *Africanus, Maurus*, *Numidicus, Gaetulus, Noricus*, *Lacaena, Aurasius* similiaque passim adsunt; contra in universo volumine Africanarum, nisi quid me fugit, haec tantum reperiuntur cognomina oppidana: *Aquileiensis* (1), *Lambesi-*

---

haec vocabula aetatis Christianae fere similiter interpretandae sunt atque quae in *-osa* exeunt supra explicata; neque enim videntur separari posse a *bona* et *nonna* vocabulis, nec magis, ut monuit doctus amicus Adolfus Tobler, ab hypocoristoricis linguarum recentiorum qualia sunt *Teresita* et *Giulietta*. Reliqua in *-ita* finientia, quatenus certae interpretationis sunt (id quod non cadit in *Caesita* vocabulum titulorum Zaraitanorum vol. VIII n. 4544. 4545) alio pertinent, ut sunt praeter Frunitam *Avita* — *Crinita* — *Cupita* — *Finita* — *Mellita* — *Popita*. Nomina similia masculina perrara, ut *Macita* V, 1179 — *Reita* V, 2743 — *Popita* V, 7456 sine dubio barbara sunt, componenda cum *Fravitta, Neritta, Tzitta* (V, 7793).

tanus (1), *Larensis* (1), *Putiolanus* vel *-na* (4), *Sitifensis* (1), *Thevestinus* vel *-na* (5), *Tiburtina* (1), id est quattuordecim numero in corpore milium undecim fere titulorum. Etiam certius fugam, ut ita dicam, veri ethnici inde deprehendimus, quod passim pro cognominibus adhibentur formae illud evitantes, ut sunt *Iolitanus, Iolitana* et *Carchedonius,* item *Cirtesia* (4), *Lambesius* (3), *Madaurius, Thagasius.* Causa sine dubio est quod, cum hominis nomini domus adici soleret, cavendum erat, ne cognomen et domus confunderentur.

XXXI. VEXILLATIO LEGIONIS XI CLAVDIAE.

Inter Almum in ripa Danuvii castellum Moesiae superioris extremum ad orientem (hodie Lom Palanka) et Serdicam (hodie Sofia) vicus est Kutlowitza. Ibi nuper prodiit titulus is qui sequitur, quem cum rustici in opus conicere vellent, forte per eas partes transiens princeps Bulgariae nuper constitutus servavit et in museo quod condit in regni urbe primaria Sofia collocavit. Altus est cent. 78, latus c. 50, crassus c. 25; supra cum ipse integer esse videatur, deficit principium in epistylio opinor perscriptum; extrema abrupta sunt. Descriptum eum cum Kieperto nostro communicavit Constantinus Jirečik Sofiensis curator antiquitatum novi regni, cuius industria et eruditione fore speramus, ut harum regionum adhuc fere clausarum antiqua monumenta in communem utilitatem proferantur. Apographum hoc est:

(textum vide p. 525.)

Id est:

\- -

[permissu? T. Flavi] Longini leg(ati) Aug(usti) pr(o) pr(aetore)
vexillat(io) leg(ionis) XI Cl(audiae)
sub cura Fl(avi) Maximi (centurionis) leg(ionis) eiusdem
Severo et Sabiniano cos. p. Chr. 155

b(eneficiarius) co(n)s(ularis):
1 Ulpius Alexander
principales:
tes(serarius):
2 Iul(ius) Aeternalis
[t]ub(icen):
3 Aurelius Postumus
cornice[n]:
4 Valerius Rufus
med(icus):
5 Aurel(ius) Artemo

LONGINI LEG ⅃ AVG ❦ PR PR
VEXILLAT ❦ LEG ❦ XI ❦ CL ❦
SVB CVRA ❦ FL ❦ MAXIMI Ͻ LEG
EIVSDEM ❦ SEVERO ET SABINIANO
B COS VLPIVS COS ALEXANDER
PRINCIPALES · TES · IVL · AETERNALIS
· IVB · AVRELIVS POSTVMVS CORNICEM
VALERIVS RVFVS · MED · AVREL · ARTEMO
· IMVNES · VEN · IVLIVS · LONGINVS · ET · FL ·
VALERIVS · CHOR · I · CALPVN · TERTIANVS
VAL · FELIX · ELA · VALENS · AVREL · PEDO · FII · ЄRACL
AVREL · TIBERINVS · IVL · MARCVS · AVRELIVS
CERÒNIVS · CHO · II · AVRELIVS APPIANVS · FLA
REGINVS AVREL · CAIREAS · VAL · FRONTO · IVLIVS
CLAVDIANVS · CHOR · $\overline{III}$ · IVLIV HORTESIS AELIVS
MARTIALES · VAL · VALENS · ANTONS · VALENS
PONTI : PONTIANVS · VAL · ANTONIVS · VAL · RVFVS
CLAV · IANVARIVS CHOR · $\overline{IIII}$ AEL · PAVLVS · AVREL
GERMANVS · AVR · SANCTVS · VAL · MAXIMVS
ANTO · VALENS · IVL · VALENS · VAL · LONGVS · VLP
BASSVS · FL · PRIMVS · CHOR · $\overline{V}$ · AEL · APOLLODORV[S]
AELI SABINVS · IVL · FLACCVS · AVR · HELENVS
AVR · ARTEMO · COCCEIVS · LONG · ATIL · CRISFVS
AVR · QVADRATVS · AEL · APELLES · FL · ALEXANDER IVL
NIGRINVS · AEL · ANTVL · II · NVS · AEL · VICTORINVS QRVIV / *'sic'*
MAXI · MVS · VAL · FIRMVS · AEL · FLAVINVS · PETRO VALENS
////NGINVS · VAL · VALENS · IVL · ALEXANDER AVR M/ATЄIO
IFS · IV//////VMI QVADRATVS MVM CELER TRI VALE
ΓL TERTIVS · AVR ... IVLINVS · CL · PONTIANVS AVR · NIGER
/ AL / NENS FL · LON(GI)NVS · IVCV ////////////
IVL · VINDEX AVR · D ..... AVS .... NIN IVCVN ////
DECVRIO POMPONI ////// ERCVLIANVS PX
EQVES · XI · CL ·

imunes ven(atores):
6 Iulius Longinus
7 et Fl(avius) Valerius
chor(tis) I:
8 Calpu[r]n(ius) Tertianus
9 Val(erius) Felix
10 [F]la(vius) Valens
11 Aurel(ius) Pedo
12 F[l(avius) H]eracl(a)
13 Aurel(ius) Tiberinus
14 Iul(ius) Marcus
15 Aurelius Ceronius (?)
chor(tis) II:
16 Aurelius Appianus
17 Fla(vius) Reginus
18 Aurelius Caireas (?)
19 Val(erius) Fronto
20 Iulius Claudianus
chor(tis) III:
21 Iuliu[s] Horte(n)sis
22 Aelius Martial[i]s
23 Val(erius) Valens
24 Anton[iu]s Valens
25 Ponti(us) Pontianus
26 Val(erius) Antonius
27 Val(erius) Rufus
28 Clau(dius) Ianuarius
chor(tis) IIII:
29 Ael(ius) Paulus
30 Aurel(ius) Germanus
31 Aur(elius) Sanctus
32 Val(erius) Maximus
33 Anto(nius) Valens
34 Iul(ius) Valens
35 Valer(ius) Longus
36 Ulp(ius) Bassus
37 Fl(avius) Primus
chor(tis) V:
38 Ael(ius) Apollodoru[s]
39 Aeli(us) Sabinus
40 Iul(ius) Flaccus
41 Aur(elius) Helenus
42 Aur(elius) Artemo
43 Cocceius Long(us?)
44 Atil(ius) Crispus

45 Aur(elius) Quadratus
46 Ael(ius) Apelles
47 Fl(avius) Alexander
48 Iul(ius) Nigrinus
49 Ael(ius) Antul[l]inus
50 Ael(ius) Victorinus
51 [Ce]rviu[s] Maximus
52 Val(erius) Firmus
53 Ael(ius) Flavinus
54 Petro(nius) Valens
55 . . . . [Lo]nginus
56 Val(erius) Valens
57 Iul(ius) Alexander
58 Aur(elius) Mateio (?)
59 ifs .... Iu .....
60 ... umi(us) Quadratus
61 Mum(mius) Celer
62 Tri .... Vale ...
63 Fl(avius) Tertius
64 Aur(elius) .. iulinus
65 Cl(audius) Pontianus
66 Aur(elius) Niger
67 [V]al(erius) .. nens
68 Fl(avius) Lon[gi]nus
69 Iucu . . . . .
70 . . . .
71 Iul(ius) Vindex
72 Aur(elius) D .....
73 Au[r(elius)] ... nin(us)
74 Iucun ......

decurio:

75 Pomponi(us) Erculianus PX (?)

eques XI Cl(audiae):

76 . . . .

In ingenti lapidum militarium turba cum hic primus sit, qui vexillationis legionariae milites cum officiis eorum recenseat indidemque quaedam addiscantur scitu omnino digna de principalium condicione, quam in hoc ipso fasciculo diligentissime pertractavit Eduardus Cauer, titulum ad me adlatum eo ipso tempore, quo fasciculum editurus eram, ei pro corona addere placuit et simul de argumento quaedam adnotare.

Loci unde prodiit nomen antiquum ignoratur; castellum ibi fuisse cum praesidio perpetuo probabile est. Vexillationes sane pleraeque, quarum in titulis mentio superest, ad tempus dimissae esse inveniuntur aut expeditionis causa aut ob alia quaecumque, ut habemus missas ad saxa caedenda in Ger-

mania, ad fenum secandum in Africa[1]). Sed stationes (eas nimirum quibus Hadrianus imperator in contione ait legionarios Africanos distineri multis et diversis) occupantia praesidia legionaria, ea scilicet, a quibus burga aedificantur et custodiuntur, item eodem nomine utuntur (vol. VIII n. 1. 3. 2482. 8796). Ea enim ut re stabilia erant, ita ad ordinationem militarem non pertinebant, nec qui eis praeerant certum in honorum gradu locum obtinebant nec milites praesidiarii propter ea numerum mutabant. Praesidium hoc octoginta fere militum (nam quamquam lapis infra abruptus est, non multa interierint necesse est, cum pedites legionis adsint omnes) consistebat in confinio Moesiarum duarum, pertinens, ut ostendit tam legatus quam legio, ad exercitum provinciae inferioris. Quam ob causam titulus dedicatus sit, non intellegitur deficiente principio; fortasse numinis cuiusdam sacrarium vel imperatoris Pii statuam aliquando ornabat.

Legionem XI Claudiam imperante Traiano noramus Germaniae superiori praesedisse[2]), imperante Marco Moesiae inferiori[3]). Quo tempore castra mutasset cum adhuc ignoraretur, alii de bello Marcomanico Marci cogitaverunt[4]), alii de Dacicis Traiani[5]). Illam coniecturam iam redarguit titulus quem edimus legionem a. 155 imperante Pio in Moesia collocans; haec probabilis est.

Castra legionis XI saeculo tertio exeunte et deinceps fuisse Durostori constat[6]). Sed secundo cum in iisdem castris legionem I Italicam constitisse auctor sit Ptolemaeus, sub Pio alibi in Moesia tetenderit necesse est. Iam cum in ea provincia terna castra legionaria fuerint Novensia Durostorensia Troesmensia, hic titulus in extremo castello ad occidentem inventus

---

[1]) Brambach n. 672. Vol. VIII n. 4322. Cf. Marquardt *Staatsverw.* 2, 449.

[2]) Brambach n. 1666.

[3]) Laterculus legionum urbanus vol. VI n. 3492 scriptus inter Hadrianum et Marcum (nam legiones tres a Severo additae, fortasse etiam duae additae a Marco extra ordinem in fine adiectae sunt) legiones enumerans secundum ordinem provinciarum, in provinciis autem secundum numeros, uno tenore recenset I Italicam, V Macedonicam, XI Claudiam Moesiae inferioris omnes. Nam quod nuper proposuit Pfizner *(Gesch. der röm. Kaiserlegionen* 1881 p. 80. 163. 253) legiones duas has una cum ea quae sequitur XIII gemina secundo saeculo in Dacia castra habuisse, quamquam ob alias quoque causas reiciendum est (Daciae enim legato ante Marcum praetorio tres legiones parere non potuerunt, neque inter tot titulos Dacicos ullus est, qui legionem XI Claudiam ibi castra habuisse monstret), iam ita redarguitur hoc ipso de quo agimus titulo, ut refutationis is nobis otia fecerit. Concidunt simul quae idem auctor de legione V Macedonica contra me scripsit contendentem eam ad Severum usque in Moesia inferiore tetendisse. Nam postquam extra dubium est tam legionem quae in laterculo praecedit quam subsequentem secundo saeculo in ea provincia castra habuisse, item decisum est de interposita quinta. Itaque de titulis Troesmensibus III, 6162. 6166 idem auctor quam graviter erraverit, demonstrare supervacaneum est.

[4]) Brambach C. I. Rhen. p. XII.

[5]) Pfizner l. c. Eiusdem errorem legionem ad ipsam Daciam trahentis modo notavimus.

[6]) Testes sunt itinerarium Antoninianum et Notitia dignitatum. Cf. vol. III p. 997.

eo ducit, ut legio ad quam pertinet eo tempore proxima castra obtinuerit, quae sunt Novensia. Probabile igitur est imperante Pio legionem XI Claudiam constitisse Novis, I Italicam Durostori, deinde castra ita commutata esse, ut tertio saeculo undecimani Durostori essent, primani Novis.

Legati, sub quo a. 155 provincia fuit, titulus Tomitanus vol. III n. 767 plena nomina subministrat dedicatus *T. Flavio Longino Q. Marcio Turboni.* Quo tempore is Moesiam rexisset, adhuc ignorabamus; vixisse eum sub Pio cum iam appareat, probabile est filium eum esse aut adoptivum aut naturalem Q. Marcii Turbonis praefecti praetorio imperante Hadriano [1]).

Centurio legionis aliquis cum curam agat vexillationis huius, si quidem recte titulum rettulimus ad stationem perpetuam militarem provinciae Moesiae, probabiliter inde colligemus praesidia ea ita ordinata fuisse, ut singula centurio regeret, habentque tituli indicia quaedam quae eiusmodi ordinationem confirmant, ut Cidamensi praesidio in penetralibus Africae centurio legionis Africanae videtur praefuisse [2]). At utrum ita praefuerit, ut cum iis eodem loco consisteret, an pluribus stationibus simul praepositus curam earum ita gesserit, ut praeses curam gerebat provinciae, iure dubitari potest, cum praesertim laterculus is quem edimus magis ad hanc ordinationem ducat. Sed universa quaestio, centuriones tam legionis quam cohortium itemque decuriones alarum quomodo extra praetorium agentes sub nominibus diversis, sed eodem redeuntibus omnibus significantibusque omnibus officium extraordinarium [3]) curam egerint vexillationum numerorumque certis locis constitutorum, cum per hanc occasionem expediri non possit, omnino digna est, quae testimoniis quae supersunt non paucis collectis et coniunctis diligenter pertractetur.

Beneficiarios praesidis provinciae [4]) quod supra (p. 400) docuimus referri potissimum ad stationes militares, laterculo hoc egregie confirmatur; neque enim obscure indicat praesidiarios numero fere octoginta paruisse beneficiario consularis. Plane eadem ratione *beneficiarius consularis legionis III Augustae cum suis* titulum dedicat *exacta statione* Vazanitana in Numidia (l. c. n. 424 similiterque n. 426. 427). Unde iam clara luce illustrantur arae quibusdam locis, ut Novis in Dalmatia (vol. III n. 1906 cet.), Sis-

---

[1]) Videatur de eo Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* I p. 225.

[2]) Vol. VIII n. 1. Conferri potest item titulus Rhenanus (Brambach n. 672): *Herculi saxano vexillatio leg. XXII pr., qui sunt sub cura* [*Fl.*] *Aprili* [*s*] (*centurionis*) *m* (?). Similes tituli complures ad Rhenum erudERati sunt dedicati a centurionibus legionis cum vexillariis sive commilitonibus suis.

[3]) Plerumque appellantur *praepositi* vel *curatores.* Similis est *magister cohortis miliariae Hemesenorum* huius eph. vol. II n. 598. — Curatores nec turmarum nec veteranorum (composuit utrosque Cauer supra p. 435. 436) huc pertinent.

[4]) Eo pertinent qui supra p. 379 seq. referuntur beneficiarii consularis omnes opinor; nam legatum legioni, non provinciae imperantem ne tum quidem, cum per exceptionem post consulatum eo honore fungeretur, consularis vocabulo usum esse crediderim. Ubi autem muneri subiungitur legio, puta scribitur *beneficiarius consularis legionis I Italicae,* sine dubio uterque genetivus a nominativo pendet, non posterior a priore.

ciae in Pannonia superiore (vol. III n. 3942 seq.), Celeiae in Norico (vol. III n. 5154 seq.), a beneficiariis praesidum ita consecratae, ut eos inde colligas ibi quodammodo sedem habuisse. Scilicet praesidia militaria ibi fuerunt posita sub beneficiario consularis, qui cum ad aliud munus avocaretur, stationis feliciter expletae gratias numini referret. Beneficiarii autem si non omnes, certe longe plerique eorum extra praetorium agebant rebus agendis ita praefecti, ut id per se peragerent a castrensibus officiis eius rei causa liberati. Quocum recte convenit, quod Bithyniae praeses Plinius tam procuratori eiusdem provinciae quam praefecto orae Ponticae denos beneficiarios adsignat[1].

Principalium vocabulum[2] in titulis rarum similiter usurpatur in notissimo urbano vol. VI n. 221 anni 113. Eum dedicarunt *principales* centuriae cuiusdam vigilum numero duodecim, scilicet *beneficiarius subpraefecti, vexillarius in centuria, optio in centuria, tesserarius in centuria, beneficiarius tribuni, librarius ur(bicorum?) subpraefecti, librarius cohortis, secutor tribuni, bucinator in centuria* aliique duo, de quibus non satis constat; cui ordini quinque principalium praesidii Moesiaci satis respondet, quatenus conveniunt. Discordant autem duo tituli eo, quod antiquior beneficiarium subpraefecti principalium primum facit, recentior beneficiarium consularis a principalibus eximit iisque praeponit. Illud sine dubio antiquam et legitimam ordinationem recte reddit; hoc inde explicandum est, quod primus inter pares facile par esse desinit.

Tesserarios composuit Cauer l. c. p. 452 seq. et singulos in singulis centuriis esse ostendit. Praesidium hoc ad centuriae numerum prope accedens eo officio non caruisse consentaneum est.

Tubicines et cornicines idem exhibuit p. 374 seq. Utriusque ordinis quot in legione fuerint, parum constat, nisi quod in titulo Lambaesitano VIII, 2557 enumerantur *cor(nicines)* legionis Africanae numero sex et triginta. In ordine officiorum tubicines cornicinibus honoratiores fuisse aliunde quoque intellegitur.

Medicos legionis[3] vere militiam meruisse et ex laterculo apparet et antea iam satis constabat; id ipsum enim significant qui se dicunt *medicos ordinarios* legionis, scilicet merere se in numeris[4]. Droyseni, qui reliquis diligentius de iis egit, dubitatio, principalibus utrum medici recte adnumerentur necne, iam tollitur invento titulo Moesiaco.

---

[1]) Plinius ad Traian. 21. 27.

[2]) Quid significet, iustius quam rerum perturbator sollemnis Vegetius 2, 7. 15. 19 indicat Macer (Dig. 49, 16, 13, 4): *inreverens miles non tantum a tribuno vel centurione, sed etiam a principali coercendus est.*

[3]) Cf. Marquardt *Staatsverw.* 2, 536 quique ibi citantur, praesertim Ioh. Droysen in commentariolo inserto eph. *deutsche militärärztliche Zeitschrift* vol. I a. 1874, indicem exhibens medicorum militarium adhuc notorum.

[4]) Vide quae exposui supra p. 259 not. 1. Droysenus in commentario citato negat sibi compertum esse, quid intersit inter medicum et medicum ordinarium.

Immunes habes supra recensitos p. 409 seq. Quod adicitur vocabulum explicat Tarrutenus Paternus in libro de re militari (Dig. 50, 6, 7) inter reliquos immunes recensens *venatores*. Eius loci militem adhuc tituli nullum dederunt, ut adeo primus hic sit qui ad immunis vocabulum immunitatis causam adscribat; sed cum legio pecuarios suos habeat, venatores quoque recte ei conveniunt, maxime praesidiariis constitutis in deviis partibus et venationi sine dubio aptis.

Sequuntur gregales solito more dispositi secundum cohortes, electis, modo omnia recte et plene tradita sint, ex cohortibus I. II. III. IV hominibus a quinis ad nonos, ex quinta hominibus XXXVII, ex quinque reliquis nullis. Hi numeri possunt sane casu ita processisse, cum in praesidiis constituendis aequabilis inter cohortes distributio minime requiratur. Videndum tamen, num praesidia ex legione ita constituta sint, ut alteram partem cohortes quinque priores darent, alteram posteriores, quoniam etiam in Notitia Dignitatum occidentis in legione distinguuntur *praefecti legionis, cohortium quinque, partis* (vel *pedaturae*) *superioris* et *partis* (vel *pedaturae*) *inferioris* [1]).

Agmen claudunt equites legionis, nempe decurio et eques unus; plures enim in praesidio non fuerunt. Nec mirum id, cum praefecto cuidam manu militari indigenti dati esse reperiantur beneficiarii decem, equites duo [2]). Equites legionarii ut noti sunt, ita qui in laterculo nominatur *decurio* eorum, primus ni fallor eius loci est qui innotescat. Similiter *vexillarius* quoque *equitum legionis* adhuc stat uno titulo Africano vol. VIII n. 10629 addendo supra p. 356 compositis. — Quod equites recensentur extra cohortes, cum laterculi adhuc noti, maxime urbani, equites intra cohortes recenseant adnotatione distinctos similiter atque principales, rationem habet; nam in hoc recensu etiam principales praemittuntur ex ordine exempti.

Nomina militum cum solita sint huius aetatis, non abs re videtur esse observare, quod recensentur Iulii X, Claudii II, Flavii IX, Cocceius I, Ulpii II, Aelii VIII, Aurelii XVII, praeterea Valerii XI, aliorum gentiliciorum XI. Medio igitur saeculo secundo nomina imperatoria et castrense antiquum Valerium reliqua in provinciis certe iam fere expulerant.

XXXII. PRINCIPALIVM RECENSVS SECVNDVM PRAEPOSITOS.

Commentarii Caueriani de principalibus (p. 355—481) diligentissime elaborati cum utilitatem eo impediri intellexissem, quod auctor non addidit recensum secundum praepositos digestum, supplementi loco indicem eum

---

[1]) Locos composuit Seeck in indice editionis p. 332. Quod pro *cohortium quinque* perpetuo traditur *cohortis quintae*, natum crediderim ex compendiis male solutis.

[2]) Plinius ad Trai. 21: *ut contentus esset beneficiariis decem, equitibus duobus, centurione uno.*

subieci adiectis observationibus quibusdam, quae ad imperii militaris naturam et condicionem aetate imperatoria facere videbantur.

Principalium officia in universum in duo genera diduci poterunt, quorum alterum a militum corpore pendet, alterum a praeposito. Et illius quidem generis, ut in his fere, de quibus Cauer exposuit, nos contineamus, sunt *optiones, speculatores, tesserarii, custodes armorum, signiferi, vexillarii, aquiliferi, imaginiferi, aeneatores, bucinatores, tubicines, cornicines, fisci curatores, carcerarii, medici*[1]), *candidati*[2]), quibus ut saepe adiungitur numerus, apud quem occupati esse inveniuntur (ut tesserariis adscribitur *in centuria* vel *centuriae*), ita praepositus sub quo militarint numquam enuntiatur. Contra in altero genere, quo pertinent potissimum *cornicularii, commentarienses, codicillarii, librarii, actarii, exacti, exceptores, a quaestionibus, stratores, singulares, secutores, beneficiarii, immunes*, non semper, sed ibi fere,

---

1) Cf. p. 530 adn. 3.

2) Candidatos quoniam Cauer non admisit, cum apud Vegetium 2, 7 extremo loco inter principales recenseantur idque tituli confirment, quae de eo officio ad manus habeo adscripsi, quamquam praeter nomen vix quicquam de iis traditum accepimus. Scilicet et in laterculis militum legionariorum inter reliquos principales adsunt VIII n. 2569 candidati numero duo, VIII n. 2568 numero quinque, III n. 1190 numero sex, item VIII n. 2618 inter veteranos tres *ex candidato* (nisi quod in uno praepositio neglegenter omissa est), et inveniuntur tituli quidam candidatorum legione adscripta II adiutrice III, 3308. 3398, III Augusta VIII, 2866 (cf. VIII, 2801). Praepositi nomen nusquam adsumunt, adsumunt fortasse nomen imperatoris; certe *candi(datus) d(omini) n(ostri)* vol. III n. 3503 ab iis de quibus agimus candidatis non videtur diversus esse. Plures numero in legione fuisse et ex laterculis illis intellegitur et inde quod apud Vegetium l. c. recensentur *candidati duplares* et *simplares*. — Diversi sunt *candidatus L. Annii Italici Honorati legati Moesiae inferioris* vol. III n. 6154 idem decurio alae; item *κανδιδάτοι* T. Aelii Naevii Antonii Severi consularis nescio cuius provinciae iidem alter frumentarius, alter centurio legionis, qui posuerunt titulum Graecum nuper Romae repertum (Lanciani *Bull. della comm. arch. comunale* a. 1881); item *candidatus L. Fabii Cilonis praef. urbi cos. II* (a. p. C. 204) vol. VI n. 1410 idem a militiis, id est eques Romanus, non tam propterea quod praepositi nomen adsumunt quam propter gradum equestrem equestrive proximum et supra principales. — Item diversi sunt, ut pervidit Valesius ad Ammianum 15, 5, 16, candidati saeculi quarti et deinceps, scilicet ipsi ii qui in Notitia Dignitatum Orientis c. 11 n. 6. 10 recensentur tamquam scholae duae gentilium seniorum et iuniorum; id enim efficitur praesertim ex Cod. Iust. 12, 33, 5 et Chronico Paschali ad a. 243 et a. 251. Ex eo genere est *Antiochos candidatus premeceri[us]* tituli Christiani a. 450 (Rossi inscr. chr. I n. 748). — Haec tria genera candidatorum, licet re temporeque diversa, nihilo minus probabile est ab eadem causa nuncupatos esse, scilicet insignes fuisse vestimento quodam sibi proprio, id quod item cadit in candidatos sacerdotes Iovis Dolicheni titulorum urbanorum vol. VI n. 406. 409. Nam quamquam chronici Alexandrini auctor de origine candidatorum suae aetatis fabulosam narrationem proposuit, eatenus ei fidem habere poterimus lectos esse candidatos propter speciem et proceritatem (ὡς τελείους καὶ εὐσθενεῖς καὶ μεγάλης ὄντας θέας). — Contra *centurio cohortis VII vigilum Rom(anorum) candidatus Ti. Caesaris* vol. VI n. 2993 sine dubio unus est ex centurionibus beneficio Tiberii factis (Sueton. Tib. 12) imperante Augusto, de quibus egi *Staatsrecht* 2², 1101.

ubi officium plene et diligenter determinatur, praepositus adscribitur. Causa ni fallor non in omnibus eadem fuit. Quaedam genera ex supra dictis ita coniuncta erant cum praepositi persona, ut plene enuntiari non possent nisi eo vocabulo adsumpto; ut singulares (p. 401) et stratores (p. 406) raro inveniuntur nude ita positi, similiterque apud vigiles tam secutores (p. 404) quam codicillarii qui creduntur (p. 420) tribunorum vocabulum sollemniter adscribunt, etsi vix dubium est eius ordinis milites nullos in eo corpore fuisse nisi tribunis attributos. Alibi probabile est praepositum addi ad honoris gradum determinandum, id quod potissimum cadit in beneficiarios; eos enim cum constet minime circa praepositum versatos esse, e contrario certum est diversis praepositorum generibus attributos beneficiarios pro portione diversum locum obtinuisse[1]. Itaque in his dux ut saepe enuntiatur, ita etiam saepius praeteritur; neque enim ut enuntietur ita ad rem pertinet, ut in singulari et stratore.

Iam videamus, quibus ducibus qui principales attribuantur et primum quidem in exercitibus provinciarum:

1. *Legatis Augusti provinciarum* tam consularibus quam praetoriis[2] itemque *procuratoribus* et *praefectis provinciarum rectoribus,* qui in imperio militari eodem loco fuerunt, additi sunt

cornicularius consularis p. 412 n. 1—6; legati pro pr. p. 412 n. 7—12.

commentariensis vel *a commentariis* consularis p. 424 n. 1—5; legati p. 424 n. 6. 8.

librarius consularis p. 426 n. 1—8.

actarius legati p. 430 n. 1.

notarius legati (provinciae?) p. 433 n. 10.

exceptor praesidis p. 432, 2.

exactus consularis p. 431 n. 1—5.

strator consularis p. 406 n. 1—18; legati p. 407 n. 19—21. 24. 25; procuratoris praesidis p. 407 n. 28—30.

singularis consularis p. 401 n. 1—20.

a rufo praefecti (Aegypti?) vol. III n. 54.

beneficiarius legati consularis p. 381 n. 63; consularis p. 401 n. 1 62. 64—162; legati p. 385 n. 163—169. 172—188; procuratoris praesidis p. 388 n. 216. 219. 234. 236. 237. 239; praesidis p. 398 n. 384. 388.

immunis consularis p. 409 n. 1—6; legati p. 410 n. 7. 8.

---

[1]) Quod dixi *Staatsrecht* 2, 254 beneficiarios beneficium accepisse videri ab eo praeposito, apud quem merere se profitentur, redarguit Plinius ad Trai. 22. 27, procuratori praefectoque beneficiarios testans adsignari a praeside. Beneficii vocabulum latiore significatione usurpatum maxime aetate meliore cf. *Staatsrecht* 2^2, 1070 et beneficiarii qui dicuntur non plane aequabili sermonis lege reguntur.

[2]) Huc ut par est rettuli eos quoque titulos qui legatum legionis enuntiant simul provinciae praesidem.

2. *Legatis legionum* non simul praesidibus provinciarum:
cornicularius p. 413 n. 13. 14.
commentariensis p. 424 n. 7 (probabiliter).
librarius p. 426 n. 9—11.
strator p. 407 n. 23. 26.
beneficiarius p. 386 n. 170. 171. 190. 196.

Longe rarius legatorum legionis beneficiarios reperiri quam legatorum provinciae inde potissimum explicandum est, quod eiusmodi additamenta honoris causa adscribuntur itaque ibi ubi minuunt plerumque omittuntur. Hoc autem non casu factum est, quod singularem legati legionarii nullum habemus, cum praesertim singulares nude dicti pauci admodum inveniantur. Immo cum singulares exercituum provincialium quodammodo praetorianorum locum teneant (v. quae adnotavi p. 404), causa in aperto est, cur summis ducibus reservarentur.

3. *Praefectis castrorum* sive *legionis* (cf. Wilmanns huius Eph. vol. I p. 100):
cornicularius p. 414 n. 42—45.
a commentariis p. 425 n. 14.
librarius p. 426 n. 14.
beneficiarius p. 393 n. 290—295.

Praefectus legionis a legato legionis ita differt, ut legatus provinciae a procuratore praeside; honor minor est, vis imperii eadem.

4. *Tribunis legionum* fortasse solis *laticlaviis* (vide quae adnotavi p. 394):
cornicularius p. 415 n. 46—52.
commentariensis p. 424 n. 6.
beneficiarius p. 394 n. 302—326.

5. *Tribunis* et *praefectis*[1]) *cohortium auxiliarium*[2]):
beneficiarius p. 394 n. 300. 301. p. 398 n. 381—383.

6. *Procuratoribus Augusti provinciarum* non praesidibus:
cornicularius p. 413 n. 18. 19. 21. 22.
beneficiarius p. 388 n. 217. 218. 220—233. 235. 238. 240. 241.

Plinius quoque in epistula ad Traianum 27 procuratori solos decem beneficiarios datos esse significat, nec dubium est praeter hos et cornicularium nullos milites procuratoribus adsignari solitos esse.

Principales militiae urbanae inventi sunt attributi his:

1. *Praefectis praetorio*[3]):
cornicularius p. 413 n. 18—31.
a commentariis p. 425 n. 9—11.
a quaestionibus p. 421 n. 4.
strator p. 407 n. 27.

---

[1]) Alarum praefecti adhuc desunt, casu puto.

[2]) Cornicularii (v. p. 414 n. 45) his non recte tribui videntur, multo minus singulares (v. p. 403 n. 27).

[3]) Exceptorem p. 432 n. 1 non recepi, cum non sit huius aetatis, sed componendus cum officialibus Codicis Theodosiani et Notitiae Dignitatum.

singularis p. 403 n. 23—25.
beneficiarius p. 390 n. 244—259.

2. *Praefecto urbi* (cf. *Staatsrecht* 2^2 p. 1020):
[*cornicularius?* p. 413 n. 32]
a quaestionibus p. 422 n. 5. 6.

3. *Praetori urbano* (cf. quae adnotavi p. 392):
beneficiarius p. 391 n. 260—265.

4. *Praefecto annonae:*
cornicularius p. 414 n. 41.

5. *Procuratori annonae Ostiis:*
cornicularius p. 413 n. 20.
beneficiarius p. 389 n. 242.

Praefecto procuratorique annonae principales attributos esse inde explicandum, quod mature officia annonaria militarem formam induerunt.

7. *Praefecto vigilum:*
cornicularius p. 414 n. 33—38.
a quaestionibus? p. 422 n. 7—10.
exceptor p. 432 n. 3. 4. 8.
beneficiarius p. 392 n. 266—284.

8. *Subpraefecto vigilum:*
cornicularius p. 414 n. 39—40.
librarius ur(bicorum?) p. 427 n. 15.
beneficiarius p. 393 n. 285—289.

9. *Tribunis cohortium praetoriarum:*
cornicularius p. 415 n. 53—59.
singularis p. 403 n. 28. 29.
secutor p. 404 n. 3. 4.
beneficiarius p. 397 n. 327—343.

Notabile est singulares, quos summis ducibus reservatos esse supra vidimus, defuisse tribunis legionis, adfuisse tribunis praetorianis.

10. *Tribunis cohortium urbanarum:*
cornicularius p. 415 n. 60—62.
singularis p. 403 n. 30. 31.
secutor p. 404 n. 3. 4.
beneficiarius p. 397 n. 344—346.

11. *Tribunis cohortium vigilum:*
cornicularius p. 416 n. 63—65.
codicillarius (?) p. 420 n. 1—26.
exceptor (?) p. 432 n. 5. 6.
secutor p. 405 n. 5—41.
beneficiarius p. 397 n. 347—368.

12. *Tribunis equitum singularium:*
beneficiarius p. 397 n. 371—374.

Haec puto non iniucunda fore iis qui in vim et potestatem imperii militaris aetatis principum inquirunt; nam ut multa restant incerta et ambigua,

ita in administratione Romana explananda horum munerum consideratio iustum locum iam in futurum sibi vindicabit. In summa re hoc intellegitur principales adsignatos esse cuivis militiam senatoriam equestremve ab imperatore adsecuto, demptis tamen fortasse tribunis legionum angusticlaviis, quippe quibus beneficiariis certe opus non esset[1]). Procuratio provinciarum cum praesidatu coniuncta cum et ipsa militia esset, reliquis quoque procuratoribus non praesidibus ideoque ab imperio militari per se alienis nihilominus principales attribuebantur eodem favore, quo praeterea per omnia utuntur utpote creati ad administrandam imperatoris rem privatam. Ceterum ut constat milites attributos esse procuratoribus iis qui provincias imperatorias administrabant, ita missis in senatorias provincias inermes num idem ius fuerit, dubium est.

Ut nulli fuerunt principales ab imperatore nuncupati (cf. p. 400 n. 423), ita qui infra equestrem militiam positi sunt centuriones ipsique principales non magis principales habent sibi adsignatos (nam optio centurionis et re et tempore diversus est) et si qui iis attribuuntur inferioris gradus milites, adiutores dicuntur vel discentes; nisi quod unum titulum habemus *librarii principis*, de quo dixi supra p. 232.

Proconsules, utpote qui honore utantur non ab imperatore sibi tributo, nec milites nec principales suos habere potuisse olim intellectum est, quamquam quae inde moventur difficultates nequaquam satis sublatae sunt et fortasse admittendum erit armatis, quos finium tutandorum causa civitates sibi constituebant, etiam praesides iure militari carentes uti potuisse. Hoc enim genus militiae, quod supra p. 519 tetigimus, sine dubio late patuit. De eo fortasse cogitavit Ulpianus (Dig. 1, 16, 4, 1), ubi: *nemo proconsulum*, inquit, *stratores suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur.* Sed nec haec obiter explanari possunt nec hic tractabimus de proconsulibus duobus, qui exceptionem faciunt, Sardiniae et Africae. Nam Sardinia quamquam a Nerone ad Commodum a proconsulibus administrabatur, nihilominus etiam eo tempore iustus exercitus in insula fuit; Africae autem proconsul ut ante Gaium imperio militari usus est iustae legioni auxiliisque eius non aliter imperans atque legati Syriae et Germaniarum legionibus suis imperabant, ita postea quoque testibus tam Tacito quam imperatore Hadriano in oratione Lambaesitana partem aliquam exercitus Africani secum habuit. 'Aequatum imperium' inter proconsulem legatumque Africae, cuius Tacitus meminit, cum tituli militares qui adhuc ex Africa innotuerunt non satis elucidarint, prodiit nuper ad Simitthu (hodie Schemtu) oppidum provinciae proconsularis is qui sequitur, quem missum ab optimo curarum nostrarum adiutore Carolo Tissot quoniam syllogae nostrae inserere non potuimus volumine iam absoluto, hoc loco publice edimus dignum sane, qui non lateat:

---

[1]) Vide p. 394 adn. Hos quoque creatos esse ab imperatore extra dubium est (vol. III n. 335; cf. *Staatsrecht* 2, 254.).

L · FLAMINIVS · L · F · ARN
MIL · LEG · III · AVG
7 · IVLI LONGi DILECTO
LECTVS · AB · M · SILANO · MIL
ANNIS · XIX · IN · PRAESIDIO
VT · ESSET · IN · SALTV · PHILOMV
SIANO · AB · HOSTEM · IN · PVGNA
OCCISVS · VIXIT · PIE
ANNIS · XL
H · S · E

M. Silanus, de quo diximus in hac eph. vol. 1 p. 61, Africam pro consule rexit a. p. C. 33—38 ultimus eorum, quibus legio pareret. Eo igitur tempore proconsuli vel ius fuit dilectus in sua provincia instituendi (militem origine Karthaginiensem fuisse etiam tribus ostendit), ut ius ei fuisse donorum militarium tribuendorum auctores scribunt[1]). Sed cum miles in praesidio saltus Philomusiani (quem Tissotus iudicat fuisse a Simitthu 4 chiliom. Thabracam versus) per annos undeviginti permanserit occisus deinde extremis annis Claudii primisve Neronis, idem titulus confirmat quod aliunde noramus, vel post a. 38 proconsuli milites quosdam mansisse, de quibus disponeret.

XXXIII. TITVLVS VENETVS VINDICATVS.

Erroris confessio cum non differenda sit, prima quae mihi offertur utar occasione tituli vindicandi inter falsos voluminis quinti syllogae relati iniuria et fortasse etiam incuria nostra.

Sertorius Ursatus Patavinus in schedam a. 1674 scriptam titulum rettulit repertum, ut ait, paullo ante Venetiis adservatumque ibi in domo Nicolai Venieri ad S. Antonii, qui titulus deinde prodiit a. 1719 in eiusdem opere postumo *marmi eruditi* p. 276, repetitus inde apud Muratorium 670, 1 et ut dixi in vol. V syllogae nostrae n. 136*, neque enim quisquam postea lapidem vidit. Falsum dixerunt Marinius Arv. p. 751. 787, Orellius, Henzenus, neque ego aliter iudicavi, nisi quod propter originem recte testatam adscripsi in lapide titulum extitisse videri. At nuper Venetus Laurentius Seguso (*ingegnere*), dum fundamenta domus cuiusdam iacit, denuo repperit partem eiusdem lapidis maiorem inferiorem. Tabula est marmoris Graeci, alta m. 0.45, lata m. 0.32; elementa ita fere formata sunt ut cernuntur in titulis pictis Pompeianis. Ediderunt Seguso ipse in eph. *Gazzetta di Venezia* 26 Iul. 1880, item Cecchettius et Lucianius apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 243 et lapide expressam I. B. Rossius *Bull. di arch. cristiana* 1880 tab. IX commentario non adiecto, sed promisso. Mihi Otto Hirschfeld

[1]) Tacitus ann. 3, 21. Suetonius Tib. 32. *Staatsrecht* 2, 255.

optimus amicus ectypum misit sumptum a Ludovico Zdekauer. Inscriptio haec est addita parte deperdita ad exemplum Ursati scriptum:

Q · AEMILIVS · Q · F
PAL · SECVNDVS *in*
CASTRIS · DIVI · AVG · S*ub*
P · SVLPI*ci*O · QVIRINIO · LE*g aug.*
C*a*ESARIS · SYRIAE · HONORI
BVS · DECORATVS · PR*a*EFECT
COHORT · AVG · I · PR*a*EFECT
COHORT · II · CLASSICAE · IDEM
IVSSV · QVIRINI · CENSVM · EGI
APAMENAE · CIVITATIS · MIL
LIVM · HOMIN · CIVIVM · CXVII
IDEM · MISSV · QVIRINI · ADVERSVS
ITVRAEOS · IN · LIBANO · MONTE ·
CASTELLVM · EORVM · CEPI · ET · ANTE
MILITIEM · PRAEFECT · FABRVM ·
DELATVS · A · DVOBVS · COS · AD · AE
RARIVM ET · IN · COLONIA ·
QVAESTOR · AEDIL · II · DVVMVIR · II
PONTIFEXS
IBI·POSITI·SVNT·Q·AEMILIVS·Q·F·PAL
SECVNDVS·F·ET·AEMILIA·CHIA·LIB
H · M · AMPLIVS · H · N · S ·

2 in. hiatus adnotatur. — 2 fin. 3 fin. 4 fin. hiatus non adnotantur. — 4 SVLPITIO traditur. — QVIRINIO Urs. ms., QVIRINO idem ed. — 5 CESARIS, 6. 7 PREFECT traduntur. — 9 fin. ECL Urs. ms., FEC idem ed. — 15 PREFECT Urs.

Ut qui lapidem ectypumve vidit, de sinceritate dubitare non potest et ne hoc quidem diffiteor quaedam legi in lapide supra falsarium nec satis nos qui eum reiecimus rem ponderasse, nimis facile adquiescentes in iusta de Quirinii censu ecclesiaque Apamena diffidentia, ita periti non magis negabunt in eo inesse, quae iure offendant, neque qui eum ab incerto auctore accipere recusarunt ita reprehendendos esse, ut non simul excusentur.

Titulum non origine Venetum esse, sed venisse eo, inter saburram opinor, ex Syria argumentum prodit. Eum olim prostitisse Beryti ut propter commercii rationes probabile est, ita eo ducunt cum quod aetate Augusta alia colonia nulla in Syria fuit tum usus linguae Latinae a reliqua Syria alienus. Ex honoribus quoque, quos Secundus in patria gessit, duoviratus et pontificatus in Berytensibus titulis aliis redeunt, quaestura et aedilitas, cuius notanda est iteratio perrara, eidem rei publicae aptae sunt. Tribus quod Palatina est, cum Berytenses in Fabia censeantur, non officit; nam tribum illam urbanam in libertinae stirpis hominibus saepissime ita reperiri, ut cum persona magis quam cum domo coniuncta sit, periti non ignorant, etsi fines eius consuetudinis nondum satis explorati sunt.

Lingua formulaeque quaedam habent rara, quaedam etiam mira. *Milities* novum, sed non magis molestum est, quam *amicities* et *notities* apud Lucretium, *avarities* titulorum supparis aetatis vol. I n. 1011. 1459. At vehementer offendit quod honores recensens is cuius monumentum est prima persona ita utitur, ut narratio implicetur, oratio non efficiatur; cuius formae sermonis alterum exemplum non habeo quod ponam, nec crediderim ita quemquam locuturum fuisse nisi peregrinum Latini sermonis usu parum imbutum. Ordo quoque, quo honores enumerantur, titulorum Latinorum Augustae aetatis severitati nequaquam respondet. At ut haec levia sunt, ita quae in fine legitur formula *h*(*oc*) *m*(*onumentum*) *amplius h*(*eredem*) *n*(*on*) *s*(*equetur*) aut caecutio ego aut caecutivit qui dictavit. Haec enim formula cum eam vim habeat, ut successio in monumentum a successione rei familiaris secernatur heredibusque substantiae procul habitis monumentum familiae nominive defuncti reservetur, id quod inseritur *amplius* non solum praeterea, ni fallor, sine exemplo est, sed etiam contra rationem adiectum, nam quod proprie significat heredibus in praeteritum ius in monumentum fuisse, iam vero eis adimi, ita ineptum est ut nihil supra. Quod si hoc voluit tituli scriptor monumentum, ex quo condita ibi sint corpora duo, iam ad rem eius qui fecit pertinere desinere et diversa lege posteris in id ius esse, sanam cogitationem enuntiando ita pervertit, ut dictum Trimalchionem sapiat vel ut mitius dicam peregrinum; nam aliena lingua loquentes Trimalchionismum vix effugiunt. Potest item qui scripsit abusus esse formula *eo amplius*, qua in testamentis capita coniungi solebant; certe recte scribi potuit *et eo amplius curatum volo, hoc monumentum heredem ne sequatur.* Utut de hac formula iudicabitur, res quae in titulo traduntur nulla inde labe afficiuntur.

A praefectura fabrum ut incipiamus, quam *ante militiem* habuisse se Secundus scribit, id quod addit praefectum se *a duobus consulibus ad aerarium delatum esse* ita alibi redit, ut hoc solo titulo plena et sollemnis officii determinatio reperiatur in reliquis breviloquentia commoda magis quam iusta obscurata. Nam cum ex auctoribus notum sit praefectum fabrum ita fieri, ut destinatum consul praetorve eo nomine ad aerarium deferat[1]), tituli adhuc noti ita id efferunt, ut sit *praefectus fabrum a co*(*n*)*s*(*ule*) *adlectus* vel *praef. fabr. donatus a co*(*n*)*s*(*ule*) vel, idque, saepius, *praef. fabr. co*(*n*)*s*(*ulis*)[2]). A duobus consulibus quod Secundus sic delatus est, non significat delationem communi consilio collegarum fieri oportuisse, sed honorem auget duplici delatione. — Militiae quod praefectura fabrum opponitur, confirmat quod aliunde

---

[1]) Locos collectos reperies *Staatsrecht* 1, 288 n. 3. 2, 93 n. 2. Hoc non recte posui praefectum delatum esse non a consule, sed a consulari. Immo consuetudo redit ad id tempus, quo magistratus ex consulatu praeturave in provincias profiscebantur et ante quam exibant quos comites elegissent ad aerarium deferebant, videturque consulibus praetoribusque ius tum quoque non mutatum mansisse, cum provincias post intervallum demum administrabant.

[2]) Titulos composui in Hermae vol. 1 p. 60.

notum est hac certe aetate id officium a re militari eatenus alienum fuisse, ut vel Asiae proconsul militari imperio carens praefectum fabrum sibi nominet[1]) inveniaturque adeo praefectus *iure dicundo et iudicibus sortiendis*[2]). Nihilominus dubium est, num legitimo sermone praefectura fabrum a militia secludi debeat; certe inter tres quattuorve militias equestres, quae ad officia quaedam capienda requirebantur, praefecturam fabrum connumeratam esse probabilitate non caret.

Deinde Secundus *in castris divi Augusti honoribus decoratus* est. Id aut significat dona militaria cum equestri militiae convenientia iussu imperatoris a legato accepisse, aut, quod magis crediderim, sequentibus viam parat, ut honores sint ipsae militiae equestres. Comparari potest quod legitur in titulo Corfiniensi[3]) reliquisse quem filium *usum castresibus Caesaris August(i) summis equestris ordinis honoribus et iam superiori destinatum ordini.*

Praefecturas Secundus cepit cohortium duarum Augustae primae et secundae classicae. Illud nomen si recte traditum est, et contra verborum ordinem sollemnem peccat et primario nomine male omisso: nam cum cohortes fuerint Bracarum[4]), Ituraeorum, Lusitanorum, Nerviorum, Thracum[5]) omnes appellatae primae Augustae, quomodo haec appellatio nude recte intellegi potuerit, non perspicitur[6]). — Contra cohors II classica alibi quoque nominatur[7]), nec quicquam obstat, quominus imperante Augusto in Syria constiterit.

Equestribus illis militiis Secundus meruit sub P. Sulpicio Quirinio legato Augusti[8]) Caesaris Syriae. Eum eo honore functum esse constat a. u. c. 759 et deinceps, probabile est antea iam idem munus eum sustinuisse et quidem per a. 751. 752. Sed cum titulus Berytensis nihil conferat ad quaestionem tantopere agitatam de tempore et iteratione legationis Quirinianae, ad eam alibi diligenter a nobis tractatam[9]) hic non redimus.

Duas res gessisse se ait Secundus iussu missuve Quirinii, censum et bellum. Huic ut eum interfuisse praefectum cohortis alterius utrius dubitari non potest, ita altero quoque officio eum functum esse eodem loco constitutum ratio suadet. Nam census imperatoria aetate secundum provincias ordinatus cum aut ipsi praesidi committeretur aut legato misso ad census accipiendos, ille certe rem ita perficiebat, ut negotium inter comites divi-

---

1) C. III, 398; Henzen 6470. *Staatsrecht* 1, 118.

2) Henzen 6470. *Staatsrecht* 2, 224.

3) Vol. IX n. 3158 melius quam I. N. 5369. Pro EQVES|TRIS traditur FOV//|TRIS.

4) Vol. VIII n. 9358.

5) Vol. III p. 1151.

6) *Ala Augusta* nude passim invenitur in titulis Britannicis.

7) Orell. 3620 = vol. IX n. 4855 *a*. Titulus non ab omni suspicione immunis est, sed probabiliter genuinus.

8) Ita supplevi, ut est in titulis Orell. 642 et Henzen. 6450 et I. R. N. 5369 (ubi alternant *Augustus Caesar* et *Caesar Augustus*), cum nomen Caesaris nudum hoc loco vix ferri possit.

9) Mon. Ancyr. p. 115. 121 seq.

deret singulisque singulas partes provinciae attribueret, quae sub eo censeretur. Ita Tacitus[1]) narrat Germanicum census Galliarum accipientem ad eos misisse P. Vitellium et C. Antium ex comitibus suis; similiterque iudicandum est de iis, quos tituli suppeditant, equestris fere loci viris, qui census accepisse dicuntur partis cuiusdam provinciae, sive acceperunt sub legato eius militia aliqua equestri fungentes[2]) sive in comitatu legati alio nomine versantes[3]). Secundum probabile est illo loco Quirinii iussu censum egisse. Census intellegitur omnino notissimus ille cuius mentionem Iosephus facit l. 18 *i* n. : *Κυρήνιος .... ἐπὶ Συρίας παρῆν ὑπὸ Καίσαρος δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἀπεσταλμένος καὶ τιμητὴς τῶν οὐσιῶν γενησόμενος*, item c. 2, 1: *τῶν ἀποτιμήσεων πέρας ἐχουσῶν, αἳ ἐγένοντο τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει μετὰ Ἀντωνίου ἐν Ἀκτίῳ ἧτταν ὑπὸ Καίσαρος*, id est a. u. c. 759. 760. Eum censum non ad *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην* pervenisse, ut evangelista Lucas 2, 1 errore opinatus est, sed ad Syriam provinciam solam, hodie opinor extra controversiam positum est, confirmaturque denuo titulo eo de quo agimus. Apamea enim intellegitur ad Orontem Syriae civitas primaria. In ea urbe eiusque territorio (ita enim omnino censio accipienda est) numerata esse hominum (itaque non virorum tantum, sed mulierum quoque et puerorum puellarumque) civium (scilicet Apamenorum), non comprehensis igitur servis, milia CXVII ex inscriptione discimus hoc nomine unica; certe praeter census civium Romanorum numeros vix habemus eius generis alios certos et indubitatos. Ceterum cum nec de numero civium intramuranorum ex ruderibus quae supersunt coniectura fieri possit[4]) nec satis constet de territorii finibus, huius census resuscitatio quae adhuc obscura fuerunt vix illustrat.

---

[1]) ann. 2, 6.

[2]) Cadit id in tribunum militum legionis III Augustae, cui statuam ponunt *civitates XXXIIII ex prov. Africa, quae sub eo censae sunt* (vol. III n. 388), et in tribunum legionis VII geminae, qui item missus est *at census accipiendos civitatium XXIII .... Vasconum et Vardulorum* (vol. VI n. 1463), et in praefectum cohortis II Asturum, quae castra habuit Aesicae in Britannia (vol. VII p. 132), *censitorem civium Romanorum coloniae .. Camaloduni* (Orell. 208). Cf. *Staatsrecht* 2, 411.

[3]) Eo pertinent *censor civitatis Remorum foederatae* (Herzog Gall. Narb. n. 510. 511) item tribunus militum legionis II adiutricis, et qui *censum egit in provincia Gallia Aquitanica* (vol. II n. 4188) item tribunus militum legionis V Alaudarum. Hi si simul utrumque officium sustinuerunt, iussu legati sui imperatorisve in aliam provinciam deputati sunt. At id ut statuamus cum nihil cogat, magis probabile est eos civitatibus censendis operam dedisse sine militia certa inter comites praesidis versantes.

[4]) Apameae rudera qui nuper adiit Eduardus Sachau collega meus in universitate Berolinensi quamquam ambitum ruderum satis definiri posse negavit, multo minus inde de civium numero coniecturam fieri posse, nihilominus quae de ruderibus mecum communicavit lecturis haec non invidebo. *Der Stadtplan bildet ein durch Mauer und Graben scharf markirtes Oblongum mit der Längenrichtung von Nord nach Süd. Die Breite beträgt im Süden und in der Mitte gegen $\frac{2}{3}$ der Länge, im Norden beträchtlich weniger als die Hälfte. Im Durchschnitt kann man die Breite gleich der Hälfte der Länge setzen. Thomson, der Wiederentdecker von Apamea, schätzt die Längenlinie, dargestellt durch die Centralstrasse vom Nord- zum Südthor, auf 1 engl. Meile (= $\frac{1}{4}$ deutsche Meile oder etwa*

Ituraei in Libano monte ii sunt, de quibus Strabo 16, 2, 18 p. 755 sic scribit: *τὰ μὲν οὖν ὄρεινα* (ad Chalcidem ad Libanum) *ἔχουσι πάντα Ἰτουραῖοι τε καὶ Ἄραβες κακοῦργοι πάντες, οἱ δὲ ἐν τοῖς πεδίοις γεωργοί· κακούμενοι δ' ὑπ' ἐκείνων ἄλλοτε ἄλλης βοηθείας δέονται.* Deinde castella eorum recenset ex parte a Pompeio expugnata, unde Byblum adeo et Berytum infestassent. Tale auxilium, quale memorat Strabo, Quirinius quoque provinciae incolis pacatis praestitit nec sine causa virum Berytensem contra vicinos grassatores misit. Apud rerum scriptores eius expeditionis mentionem non fieri consentaneum est.

---

21 Minuten). Dies stimmt vollkommen mit meinen Notizen: man braucht etwas über 20 Minuten, um die Ostmauer, die jener Centralstrasse parallel läuft, abzureiten; etwa 10 Min. für die Breite. Die Westmauer macht in ihrer Mitte eine halbkreisförmige Einbuchtung nach Ost, innerhalb deren sich eine isolirte Anhöhe erhebt; auf der breiten Spitze derselben die Akropolis, jetzt ein Araberdorf von 100 Häusern, wo für wenigstens 4—500 Häuser Platz genug wäre. Während die Mauer im Westen gegen die Niederung des Orontes steil abfällt, ist sie im Norden, Osten und Süden wenig höher als die angrenzende Ebene. Auf diesen Seiten dürften Vororte sich an die Festung angelehnt haben, wie ich denn auch antike Bauten vor dem Nordthor und im Süden an dem Wege nach Skêlebijje — Larissa bemerkt habe.

INDICES*).

I. NOMINA.

I. IMPERATORES ET DOMVS EORVM.

*) F. C. significat fastos consulares Capitolinos *p.* 253—255
F. A. significat fastos consulares Amiterninos *p.* 192. 193
H. significat Hemerologium Allifanum *p.* 1. 2
T. T. significat tabulas triumphales Capitolinas *p.* 256—258
M. significat monumentum Calaritanum *p.* 484—494

II. PRAENOMINA RARIORA.

III. NOMINA PRIVATORVM.

IV. COGNOMINA.

II. NOTABILIA.

APPARITORES ET OFFICIALES

BELLA

CARMINA

GRAMMATICA QVAEDAM

apices in cognominibus nominibusve Graecis:

Aristión; Callistión; Chlórus; Endymión; Euanthés; Euprepés; Eutychés; Hermés; Lacón; Nicéphorus 112

geminae literae pro singulis:

Aurellius 747
consservus 659
doccet 557
erres 166
Μάαρκος *p.* 215 *passim*
sempptemvir 867

singulae literae pro geminis:

anus 323. 947
clase 918
colac[tane]ae 313
Marcelus 423
Μέμιος *p.* 215, 13
nula 557
Φίλιος *p.* 215, 26
quinquenal(is) 259
Στηλατεῖνα *p.* 215, 12
tera = terra 430
vilicus 723*a*

Graecanica perperam scripta:

h *post* c *omissum:* Anci[alo] 894*d*, 31; Dolecenus 742; Euticeti 323; nauarcus 922; Prunicus 236; scola 503; Tyceni 28
u = y: Ilurica 238; Lucus 434; Phutius 107

varia:

Aetrhae 866
Filumenos 245
Thaegenes 437
Icia = *Hygia* 320

Hispaniensium nomina: Vaenico 28 *femininum*; Bode; Antopate *p.* 18 *genetivus.*

coniugationes:

fecere 577
fecet 244
perquodset = percussit 420
posierunt 324
posit 462
posuiru(nt) 294
requiescet 851

declinationes

1 *decl. genetivus in Latinis vocabulis in* es: Concordies 868; Minerbes 911; Syriaes 873
dativus in Lat. vocab. in ai: Caniai 88; Iuliai Marcellai 14; Vetiliai 575
in a: Maia 76; memoria 938; Regina liberta 718*a*
2 *decl. acc. sing. in* o: eo — magno — posto — quanto 936; *nominativus plur. in* es: magistres 76
dativus plur. in bus: dibus *p.* 18. 514

LVDI

MEDICAMENTA

METALLA

MILITARIA

VI	[praetoria] 895	miles 907; *centuria adiecta* 70. 132. 886. 887 II, 5. 17. 892—896 *passim*. 898. 901. 903. 904. 905. 906. 909
VI	praetoria 906	[m]issi honesta m[i]ssio[ne] 890
VI	pr(aetoria) Ant(oniniana) p(ia) v(index) 897. 905	opt(io) *adiecta centuria* 892, 13. 893, 20. 894*b*, 18. 896*B*. I, 29. II, 20. *C*, 16. 26. *D*. I, 3
VII	praetoria 70	se(squiplicarius) 896*B*. I, 6
VII	pr(aetoria) Ant(oniniana) (pia) v(index) 897	sig(nifer) 887 III, 8. 896*A*, 26. *B*. I, 20. 39. II, 16. *D*. I, 6. 28. *fr*. 3
VIIII	pr(aetoria) 907	speculator 886, 10. 11. 887 II, 10. III, 1. 6. 892 II, 14. 896*B*. I, 30 37. *C*, 10. 30. *D*. I, 24. 25
X	pr(aetoria) 908	tes(serarius) 896*C*, 19
	coh. pr(aetoria) p(ia) v(index) An(toniniana) *incerta* 897. 909	tu(bicen) 896*C*, 5. *B*. II, 24. *D*. I, 31
	cohortes praetoriae incertae 886. 887 I. II. III, 1—9. 888—896. 898 (*a. 137. 138. 141. 142. 183. 184 200*)	veteranus 900 vict(imarius) 896*D*. I, 13

d) *cohortes urbanae*

X	urbana *p(ia) f(idelis) Ant(oniniana) 589	b(ene)f(iciarius) pr(aetoris) ur(bani) 887 III, 13. 15. 21 (*cf*. *p*. 392. 535)
X	urbana 887 III, 10. 914. 915	centurio 914
XI	urb(ana) 916	*milites centuria adiecta* 887 III, 11—23. 915 opt(io) *centuria adiecta* 887 III, 19 opt(io) ab act(is) 887 III, 16 miles 589. 916

e) *cohortes vigilum*

	cohortes vigilum Gordia[nae] 917	trib(unus) 917
	vigiles 746	praefectus 746

f) *cohortes auxiliariae*

III	A . . . . . . (*in Britannia*) D. LXVII	
I	ALPINARVM PEDITATA (*inter a. 216 et 247 in Pannonia inf.*) D. LXXII p(rima) Alp(inorum) 203 *teg.*	
I II III IIII	AQVITANORVM (*a. 82 in Germania sup.*) D. LXVIII	cohort(is) I ex peditibus } *ibid.* *praefectus* }
	coh. Aquitanorum 357	miles 357
I	ASTVRVM (*a. 82 in Germania sup.*) D. LXVIII	
I	*AVGVSTA *p*. 538	praefectus *p*. 538
I	BELGARVM 350	vexillarius equitum *turma adiecta* 350
I	BRAC(ARAVGVSTANORVM) 205 *teg.*	
III	BRITANNORVM 206 *teg.*	
I	CAMP(ESTRIS) 236	centurio 236
III	CAMPE(STRIS) 103	miles *centuria adiecta* 103
I	CAN(ATHENORVM) 634 *teg.*	
II	CLASSICA *p*. 538	praefectus *p*. 538


NOTAE ET COMPENDIA SCRIPTVRAE

INDEX COMMENTATIONVM.


Prodiit d. 31. Octobris a. 1881.

Formis Academicis (G. Vogt).

B



E



A



B





M ——— *2*


F




E





ΕΤ
ΤΗ
ΣΙΓΑΣ
ΑΙΔΙΣ
ΤΙΩ ΑΘΑΝΑ
ΑΝΔΡΟ ΤΙΣ


ΕΣΤΡΕΨΕΝΜΟΙΡΩΝΑ
ΑΙΣΙΔΙΑΙΣΕΥΧΑ
ΠΕΡΙΦΡΩΝΠΩΜΠ
ΗΤΙΣ ΠΕΡΓΑΜΕ


3.


ΩΝΟ ΣΑΝΘΡΩ
ΟΝ

1.


ΜΗΔ ΔΝ
ΝΕΙ ΜΟΝ
ΝΕΒ ΛΚΟΛ ΩΝ
ΑΜΕΝΗ
ΣΙΓΑΣ ΙΣΕ ΙΤΑΙΝΑΠΙΣ ΑΝ
ΑΙΔΙ ΛΔΝ ΩΙΝ ΜΑΤ ΑΩΣΑ
ΑΣΤΙ ΘΡΥΑ ΥΣΗΡ ΑΣΟ
ΙΩ ΛΘΑΝΑ ΣΕΙ ΓΡΑΨΕΥΡΟΝΟΙΣ
ΑΓΕΝΟ ΠΟΝ ΤΙΛΙΑΗ ΡΟΦΙΛΙΠΠ
ΑΝΔΡΟ ΤΙΣ ΤΑΝ ΝΜΟΙΡ
ΔΕΝΗΙ ΣΟΔΟΙΠΟΡΕ ΙΣΥΠΕΙΑ
ΕΥ Α ΕΝΗΣΗΔΥ ΕΛ ΠΟΤ
ΕΣΤΡΕΨΕΝΜΟΙΡΩΝΜΙΑΝΗΜΑΤ ΙΝΑ ΕΝΚΤΑ
ΑΙΣΙΔΙΑΙΣΕΥΧΑΙΣ ΠΑΝΤ Ε ΙΗ
ΠΕΡΙΦΡΩΝΠΩΜΠΤΙΛ ΚΟΥ
ΗΤΙΣ ΠΕΡΓΑΜΕΤΟ ΕΛΥ ΜΟΝΗ

3.


ΓΟΝΟ ΣΑΝΘΡΩΠΟΙΣ
ΙΛΛ ΟΝ
ΝΑ
ΓΑ ΟΥ

2


ΕΙ ΝΒΟΝ
ΚΑΙΔ ΑΝΕ
ΗΚΛΕΙ
ΕΝΝ
ΟΙΚ
ΟΥΚΕ ΡΟ
ΝΙ Σ
ΕΝΠ

O